



Vita  
S. EXCELSI



LE TELLIER, avocat.

E. No. 2

3




DE VITA  
FRANCISCI  
XAVERII,

Qui primus è Societate IESV in Indiam  
& Iaponiam Euangelium inuexit,

LIBRI SEX  
HORATII TURSELLINI,  
E SOCIETATE IESV,

*Ab eodem aucti & recogniti.*



ANTVERPIAE,  
Ex Officina Ioachimi Trognælij.

M. D. XCVI.

*Cum Priuilegio Summi Pontificis.*





## AVTHOR LECTORI.

**N**IMIRVM nihil simul inchoatum & perfectum est. Nec posteriora solem consilia, sed etiã opera meliora. Scripseram annis superioribus FRANCISCI XAVERII vitam quanta maxima potui vel diligentia, vel fide. Ceterum illam Xaverij effigiem me absente vulgatam vix egomet agnoscebam: aded multis eam mendis inquinatam atque oblitam vidi. Nec mendosa magis quam manca prodijt in lucem. Nã cum olim Lusitani Regis iussu ab India Prorege egregia FRANCISCI facta cõquirerentur, ea ferme perscripta sunt, quæ ille in Lusitana ditione præclare gesserat. Neq. hæc omnia; sed quacũque ex idoneis testibus, qui aderant, potuerit cognosci. Cætera verò præsertim apud Sinas Japoncsq; ab eo gesta, quamvis memoranda atque illustria, maximam partem in silentio ac tenebris iacuerant. Itaque cum nuper hæc quoque ab his, qui per id tempus apud Sinas vel Iapones versabantur, conscripta in manus meas aliquando peruenissent; feci non inuitus, vt ea



primo quoque tempore in Latinum conuerterem, & cum fide suis intexerem locis. Etsi enim ab integro tractandi ac prope denno reficiendi operis labor nonnihil animum ab incepto deterrebat meum; vicit tamen laboris difficultatem qua Xaverij amor, quia studium publicae utilitatis. Novorum quippe factorum tanta sunt tum copia, tum dignitas, ut quatuor libros (ne plus nimio crescerent) in sex distrabi oportuerit. Ferrò vi Xaverius noster sicut instructior, ita emendatior prodiret in publicam, omni ope atque operâ curavi. Quâquam aduersus errata nunquam satis est cauta mortalitas: ut prudentissimus quisque iustissimusq; rerum aestimator emendatissimum iudicare debeat, quod minime mendosum in hoc genere esse videatur. Vale.

S. D.

S. D. N. D.

CLEMENTI VIII.

PONT. OPT. MAX.

**S**ISI Pontificia ma-  
iestas, qua proxime  
accedis ad Deum,  
Pater Beatissime, de-  
terrebat humilita-  
tem meam ab eo conando quod  
molior, tamen illa non minus be-  
nigna probis quàm seuera impro-  
bis clemètia, quam tuum nomen  
ac vultus pollicetur, animû erexit  
allexitque meum, vt hoc quale-  
cumque munusculum, tibi vti que  
optimo iure debitum, offerre non  
dubitarem. Mitto beneuolentiæ  
ruæ in Societatem nostram iudicia  
nec parua, nec obscura, quibus nos

\* 3      deuin-

EPISTOLA

deuinxisti in perpetuum vniuersos . Incredibilis iste ardor animi, studiumque Christianæ religionis vel tuendæ, vel propagandæ, postulare, atque ad eò flagitare videbatur, vt vulganda FRANCISCI XAVERII vita in tuo potissimum nomine appareret . Quippe vir ille, miro Dei hominumque amore ardens, non modò auitam religionem iam syluescentem in Europa, Asiæque ora, quæ Indiam continet, diligenter excoluit; verùm etiam trans Gangem per ignotas antiquitati vias ac nationes Christi nomen circūtulit: lōgissimèq. prouectus in vltimas Orientis oras, ad ipsos Iapones, in orbis terræ angulo sitos, Euangelij lumen primus inuexit . Quocirca  
 quis

DEDICATORIA.

quis non videt æquum ac par fuisse, talis ut viri vita, cuius in India, totoque Oriente, æterna extant sanctimonix impressa vestigia, eius maximè nomini dicaretur, qui orbis terræ Parens, sacrorum Antistes, religionis Princeps sit, & sanctitatis? Nimirum ut, Xaverio velut præcurfore, celerius expeditiusque in vltimas terras tanti Pontificis fama penetraret, ac teneras illas novorum Christianorû mentes, quæ egregio sanctimonix exëplo imbueret, quæ Pontificalis auctoritatis quadam quasi maiestate in officio contineret. Itaque benigno hilarique vultu ( quod in minimis etiam donis maximos Reges fecisse non ignoras, P. B.) hoc quicquid est, quantulumcun-

EPIST. DEDICAT.

que est, accipies : paruum & exile  
munusculum fateor, sed ex mag-  
no gratoque animo profectum :  
Xaueriumque nostrum, vel tuum  
potiùs, tuo nomine regi fouerique  
patieris; vt idem & testis sit tuæ  
erga Ordinem nostrum beneuo-  
lentia non vulgaris, & obles no-  
stræ erga tuum nomen obseruan-  
tiæ sempiternæ. Vale.

*Sanctitatis tuæ*


*humillimus seruus*

Horatius Turfelinus.

# INDEX CAPITVM.

## Libri Primi.

### CAPVT I.

	<b>I.</b> FRANCISCI Xauerij <i>genus, indoles, educatio.</i> pag. 4
	<b>II.</b> <i>Parisijs ab Ignatio Loyola ad studium pietatis conuertitur.</i> 8
	<b>III.</b> <i>Eius seruior in domando corpore, ac studio perfectionis.</i> 14
	<b>IV.</b> <i>Venetias non sine magna corporis vexatione contendit.</i> 18
	<b>V.</b> <i>Venetijs dat operã valetudinario insanabili, inde Romam ad Pontificem adit.</i> 24
	<b>VI.</b> <i>Vicetia post diuinam preparationem Deo sacerdotij primitias offert.</i> 30
	<b>VII.</b> <i>Bononiam Romanis, exemplis &amp; sermonibus inuat.</i> 36
	<b>VIII.</b> <i>India Prouincia diuinitus illi destinatur.</i> 43
	<b>IX.</b> <i>Ad hoc Pontifice, in Lusitaniam proficiscens, magnarum virtutum indicis edit in viã.</i> 48
	<b>X.</b> <i>Ab Rege Lusitania benigne acceptus, Olyssiponenses ad studium pietatis excitat.</i> 56
	<b>XI.</b> <i>Profectio eius in Indiam frustra impeditur.</i> 62.
	<b>XII.</b> <i>Nauigaturus in Indiam, ab Rege Pontificum diploma legationis accipit, viaticum recusat.</i> 66
	<b>XIII.</b> <i>Indiam petens, eodem exempla virtutis suã.</i> 71
	<b>XIV.</b> <i>Aegris ministrans, Mozambicum appellit.</i> 77

I N D E X

- XV. *In Mozambici valetudinario ager ipse egros  
subleuat.* 82
- XVI. *Melindæ, & in Socotora insula, non sine in-  
colarum fructu paulisper moratus, in Indiam  
peruenit.* 90
- Libri Secundi.
- I. **Q**VO *in statu Indiam offenderit.* 99
- II. *Conciliato Episcopo, in India elabo-  
rare instituit.* 106
- III. *Pellices miro artificio nuptiis iungit, aut de-  
trahit: pueros rudesq; Catechismo instruit.* 112
- IIII. *Goanum Collegium Societati parat.* 118
- V. *Ad Comorinenses neophytos iuuandos proficisci-  
tur.* 122
- VI. *In Comorino Promontorio elaborat.* 129
- VII. *Multis miraculis per se ac neophytos editis,  
ob eximiam humilitatem vulgò Pater sanctus  
appellatur.* 135
- VIII. *Tradendæ Christianæ doctrinæ Vicarios sibi  
substituit, eisq; certum stipendium à Rege Lu-  
sitaniæ curat.* 142
- IX. *Brachmanas conuincit, nonnullosq; eorum con-  
uertit.* 145
- X. *In ora Piscaria ingenti cum gaudio fructuq;  
degens, neophytos afflictos recreat.* 152
- XI. *Trauancoridis regnum Christo adiungit,  
neophytosq; à Barbaris tuetur.* 158
- XII. *Neophyti pro Religione casi Christianum no-  
men illustrant.* 163
- XIII. *In Ceilanum insulam transmissus, nauis  
guber-*

CAPITVM.

<i>gubernatorem à perdita vita reuocat.</i>	167
XIIII. <i>Sancti Thoma sepulchrum visit.</i>	172
XV. <i>A Daemonibus caesus, tamen in oratione pernoctat.</i>	178
XVI. <i>Energumenum liberat, Ioannem Durum socium adiungit.</i>	182
XVII. <i>Depravatos Malacensium mores corrigit.</i>	185
XVIII. <i>In Amboino multa edit vaccinationis &amp; caritatis iudicia.</i>	192

Libri Tertij.

I. <b>I</b> N Moluco lapsos incolarum mores restituit.	198
II. <i>Maurice incolis periclitantibus vel cum capitis sui periculo subuenire statuit.</i>	202
III. <i>Essecios Mauricensium mores mitigat, Christianisq; praeceptis instruit.</i>	209
IIII. <i>Ternatimos denno excolit.</i>	213
V. <i>Lusitans egregia de barbaris victoria &amp; vates &amp; auctor est.</i>	217
VI. <i>Amboinicos reuifit, atque omni ope iuuat.</i>	220
VII. <i>Malagenses summa ope instruit: visum Duro socio suo oblatam diuinitus cognoscit.</i>	223
VIII. <i>Malaciam Acenos, Christiani nominis hostes, classem comparat.</i>	227
IX. <i>Prætoriam nauim amissa, duarum linceniū accessione prædicens, ad piū bellum serpentes excitat.</i>	232
X. <i>Lusitana classis, auctore Xauiro, egregiam de Barbaris victoriam refert.</i>	236
XI. <i>Xauius Malacensibus partem victoriae, cuius auctor fuerat, vates extulit.</i>	242

Anger



I N D E X

XII.	<i>Anger Iapon Francisci congressu ad Christum conuerituy.</i>	246
XIII.	<i>Tempestate perfunctus, Comorinensibus So- ciis precepta tradit.</i>	251
XIV.	<i>Goam reuersus, res Indicas componit.</i>	256
XV.	<i>Duos Lusitanos à perdua vita ad honestam reuocat.</i>	259
XVI.	<i>Sociis in suas prouincias destinatis, ipse Ie- poniam adire statuit.</i>	263
XVII.	<i>Malace multa gerit memoria digna.</i>	271
XVIII.	<i>Piratico rectus lenbo, tandem nauarcho &amp; Damombus inuitis in Iaponiam appellit.</i>	278
Libri Quarti.		
I.	<b>I</b> aponum mores religionesq; cognoscit.	284
II.	<i>Cangoxima complures Christo parit</i>	291
III.	<i>Mortuam puellam ab inferis excelsit, de profum sanat.</i>	298
IIII.	<i>De Antonij Crimin. alis mari pno cognoscit.</i>	301
V.	<i>Rei Christiane cursu Cangoxime napedito, Fi- randi &amp; Amanguij Euangelium predicat.</i>	303
VI.	<i>Meacum magno labore contendit.</i>	310
VII.	<i>Amanguij Rege numeribus conciliato, com- plures Christianos facit.</i>	314
VIII.	<i>Cognitis Iaponum sectis, complures eorum conuertit.</i>	319
IX.	<i>Bungi Regem ipius inuitatu adiens, insigni honore excipitur à Lusitanis.</i>	331
X.	<i>Insigni ppa à Lusitanis in Regiam deditur.</i>	335
XI.	<i>Bungi Rex per honorificam se. I. amisco praber natis Bonzatis.</i>	338

C A P I T U M.

XII. Regem & populum Christianis mysterijs im-	
buic, Bonziorum audaciam frangit.	345
XIII. Bonziorum doctissimum, certamine coram	
Rege imo, vincit.	350
XIV. Francisci constantia in consternatione Bon-	
ziorum.	356
XV. Nota de Principe Bonziorum victoria.	359
XVI. Amanguy Bungig, Reges conciliat nomine	
Christiano.	365

Libri Quinti.

I. Sinas aditurus, Indiam repetere statuit.	371
II. Sinas petens, abreptam vi tempestatis	
scapham precibus recuperat.	374
III. Portum Sinarum, & Malacense iter vaticin-	
ationibus insigne reddit.	381
IV. Goe Socium moribundum sanat: res à Sociis	
gestas cognoscit.	387
V. Legatione adornata, Sinas petit.	394
VI. Malacæ Praefectio sacris interdicit.	401
VII. Fractio Legationis consilio, nihilominus in	
Sinas pergit.	410
VIII. Sinarum fines frustra pateficere conatur.	414
IX. Trāssigit cū Sina, ut se clā Cantonē inuehat.	420
X. Trāssmissione dilata, suam obitum praedicat.	425
XI. Sanctissime moritur.	431
XII. Vna in calce sepelitur.	436
XIII. Corpus integrum reperiunt Malacæ denuo	
humatur.	439
XIV. Corpus in Indiam aduehitur.	444
XV. Eius funus Goe omni apparatu celebratur.	451

Ad

INDEX CAPITVM.

XVI. *Ad eius corpus visendum maximi concursus  
fuit.* 456

Libri Sexti.

- I. **F**rancisci facta ac miracula Lusitani Regis  
imperio perseribuntur. 462
- II. Xaverius futura & absentia pradicat, cogita-  
tiones hominum introspicit. 466
- III. Miracula cuiusque generis edit in vita. 473
- IIII. Miracula per eum post mortem edita. 480
- V. Studium orationis. 492
- VI. Cordis mundities & castimonia. 502
- VII. Crucis & Evangelicæ paupertatis studium.  
504
- VIII. Obedientia & humilitas. 511
- IX. Magnitudo animi, diuinæq; sciencæ. 519
- X. Dei caritas & proximorum. 526
- XI. Comitas gratitati iuncta. 537
- XII. Prudentia, & præcepta Goani Collegij Re-  
ctori & Gaspari Belgæ tradita. 541
- XIII. Præcepta Ioâni Bratio aliisq; sociis data. 555
- XIIII. Præpositos ac Superiores Societatis quales  
requireret. 562
- XV. Quales esse optaret homines è Societate. 570
- XVI. Concionatores Societatis quales expeteret.  
575
- XVII. Confessarios Societatis quales effingeret. 587
- XVIII. Cultores animorum quales optaret. 596

F I N I S.





CHRISTE sat est, clamus: exundant vbera caeli  
 Pectora: nec tantum mens capit archa Deum.  
 Pande sinus, FRANCISCE Pater, totum accipe  
 numen.  
 In quos effundas, quod superabit, erunt.

HORATII  
TVRSELLINI  
DE VITA  
FRANCISCI  
X A V E R I I  
LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO.



FRANCISCI XAVERII,  
viri ad India potissimum, vlti-  
miq̄ue Orientis salutem nati,  
vita omnibus sanctimonia no-  
tis insignem memoria prodero  
consilium est. Is quippe ex no-  
uem Ignatij Loiola Parētis no-  
stri discipulis primis exstitit magistro simillimus: &  
in India, Iaponia, alijq̄ barbarorum regionibus,  
vel primus è Societate, vel plurimum laborauit, vt  
viam Indis in calum, sociis in Indiam aperiret. Ita  
quà insigne Societati decus attulit, quā illustre sociis  
exemplum reliquit. Quocirca pulcherrimam eius in  
omni genere virtutum effigiem nostris hominibus  
proponi iam diu vniuersa Societas haud immeritò  
expetebat. Quippe cum illustribus maiorum exem-  
plis, quadā egregius viris flamma crescat in pectore,  
A qua se-

qua sedari non potest antè quàm præstantem illo-  
 rum virtutem expresseris imitando. Equidem vide-  
 bam præcipua Xaverij facta aliorum historiis sanè  
 magnificè intexta; cæterum ægre admodum ferebam,  
 amplius xxxv. annorum spatio neminem extitisse,  
 qui omnibus ornatam virtutibus vitam proprio vo-  
 lumini mandandam censeret; tamq̃ amplam ac fru-  
 giferam provinciam aut alteri demandaret, aut  
 sibi deposceret. Itaque nuper cùm me & amicissi-  
 morum hominum sermo, & verò superiorum aucto-  
 ritas ad hoc opus inuitaret, haudquaquam abnuis,  
 ratus posse me, quod posse existimaret. Feci igitur  
 non modo non inuitus, verumetiam libens, pro mea  
 erga XAVERIUM veneratione, vt succisuiis ope-  
 ris tanti viri memoriam proderem posteris, effice-  
 remque, si quo modo possem, vt vir immortalitate  
 dignus, quem viuere iure credimus in celo, in meis  
 quoque scriptis, non tantum in Sociorum mentibus,  
 viueret. Ac mihi quidem non tam humano quàm  
 diuino consilio fieri videtur, vt laboriosissima eius  
 vita ratio eo potissimùm tempore nostris hominibus  
 expromatur, cùm ex regionibus ab illo cultis maxi-  
 mas percipi fruges videmus animorum. Nuper quip-  
 pe complures Iaponia Dynastas Regesque cum suis  
 ferè populis ad Christi religionem traductos, & in  
 Sinas aditum, quem Satana calliditas vndique se-  
 ptum atque obuallatum tenebat, diuinitus Euan-  
 gelij præconibus aliquando patefactum accepimus.  
 Quod vtrumque profectò secundum Deum XA-  
 VERIO potissimùm acceptum referre debemus,  
 qui no-

qui nostris hominibus non solum ad illarum gentium  
 conuersionem sese praeiuit ducem, sed etiam procliuo  
 ac facile id negotium tradidit. Huius igitur ego vi-  
 tam sanè variam atque multiplicem scribere aggred-  
 dior, voluntate utique maiore quàm facultate; nec  
 tam satisfaciendi spe, quàm studio obtemperandi.  
 Caterùm simul Francisco deprecatore, cuius causa  
 hic à me susceptus est labor, simul diuina obedientia  
 vi subnixus, futurum spero, ut & vires animo, &  
 conatus expectationi hominum, aliqua forsitan ex  
 parte respondeant. Quod si assequi nequiuero; illud  
 certè assequar, ut meo hoc qualicumque studio ad  
 idem opus studia excitem aliorum. Me quidem, ut  
 cunque erit, iuuabit paruisse optimo Parenti, & san-  
 ctissimi viri memoria, quantum in me fuerit, con-  
 suluisse. Perficiam enim sortasse, ut posteritas intelli-  
 gat, cuiusmodi ex semèe tanta in desertis illis locis  
 nouorum Christianorum extiterit seges: ex qua na-  
 uus ille atque experiens agricola, qui flens misit  
 semina sua, retulerit cum exultatione manipulos  
 suos. Etsi autem maioribus nostris magis cordi fuit  
 praecleara FRANCISCI facinora factis exprime-  
 re, quàm mandare litteris; ego tamen ex iis quæ  
 extant, quæq; ad manus meas peruenerunt, duntaxat  
 colligam certis comperta auctoribus, qui scilicet  
 aut viderūt ipsi, aut ab iis, qui viderant, acceperunt.  
 Ac de prima eius etate pueritiæq; pauca quedam  
 exponam, qua ex Martino Azpilqueta Nauarro,  
 homine cum probitate tum doctrina inlyto, eodemq;  
 XAVERII cognato, atque olim familiari, &



4 FRANCISCI XAVERII  
*aquali, paucis ante eius obitum mensibus, ipse cog-  
 noui. Reliqua autem vita facta familiares FR AN-  
 CISCI ipsius, primò quidem, cum minus clara esset  
 eius virtus, negligentius obseruarunt: deinde verò, vt  
 illustrior esse cœpit, accuratius Lusitani Regis impe-  
 rio conquesta litteris prodiderunt. Quo factum est,  
 vt non aequè omnes eius vita partes virtutibus ac  
 factis instructas haberemus. Nec dubito quin ple-  
 risque, qui P. N. IGNATII cognouerint vitam,  
 XAVERII tyrocinium, primaq; illa efferuescentis  
 virtutis opera, magna ex parte nota, minus incun-  
 ditatis præbitura sint festinantibus ad illa, qua præ-  
 clarè gessit in India. Verùm hos meminisse oportet,  
 & ex illo tyrocinio XAVERIVM tantum Christi  
 extitisse militem, nec oportuisse eius facta, quan-  
 quam iustis de causis narrata alieno loco, reticeri  
 suo. Sed iam FRANCISCI Vitam ab eius ge-  
 nere, cuius permagna vis est in vtramque partem,  
 ordiamur.*

## CAPVT I.

### FRANCISCI XAVERII *genus, indoles, educatio.*

*Xauerium  
 castellū gen-  
 tilitium Xa-  
 ueria fami-  
 lia,*  
 IN altera Nauarræ parte, quæ vergit ad  
 Hispaniam, sub Pyrenæi radicibus, Xaue-  
 rium castellum est situ & opere munitum,  
 peruetusta ac gentilitia sedes Xaueriæ fa-  
 milia: vbi Francisci Xauerij incunabula  
 hodie

VITAE LIBER I. §

hodieque visuntur. Castella quippe, gentis more, ferme nobilitas incolit. Et Xauerium haud procul admodum Pompelone abest vrbe regia Nauarræ. Francisci maiores bellica virtute, eximiaque erga Reges suos fide, multa ac magna decora simul & præmia sibi ac posteris pepererunt, haud minùs factis suis quàm regis beneficiis insignes. Maternum genus in primis clarum, ac nobile: vt pote cuius antiquitas, longissima clarorum bello virorum serie, per plurimas deinceps atates, haud dubiis testata monumentis, ab anno prope millesimo repetatur. Maternus auus Martinus Azpilqueta fuit, clarissimæ familiæ iam ad paucitatem redactæ propemodum stirps relicta, vir non maiorum gloria quàm sua virtute clarior. Is Ioannam Xaueriam, pari splendore ac nobilitate virginem, spem item Xauerij generis, duxit vxorem. Ex ea Mariam vnicam filiam suscepit, stirpem ac spem familiæ vtriusque: vt duæ nobilissimæ penè Nauarræ totius familiæ in vnus ferme puellæ capite consisterent. Et fuit Maria egregia pariter forma ac pietate, tam excellenti nomine non indigna. Hanc Ioannes Iassus sibi matrimonio iungit, homo genere copiosq. maximè verò doctrina & prudentia nobilis, idemque apud Ioannem Regem Nauarræ gratiosus in paucis,

*Generis nobilitas.*

*Parètes Xauerij.*

6 FRANCISCI XAVERII  
consiliique regij longè primus. Qui foceri  
hortatu ex Iasso castello paterno auitoque  
in Xauerium dotale castellum coniugis  
cùm demigrasset; feliciori quàm focer ma-  
trimonio vsus, foceri magis consuluit gen-  
ti, quàm suæ. Pluribus enim ex Maria liberis  
(inter quos Franciscus hic noster fuit)  
genitis; grauis eius animum incessit cura,  
duas antiquissimas Nauarræ familias iam  
deficientes ab interitu vindicandi. Ergo  
statuit posthabito gētis suæ nomine (quan-  
quam nec humili, nec obscuro) transmit-  
tere gentilitia coniugis suæ nomina liberis  
suis posterisque. Quocirca eius filij, paterno  
cognomine omissio, partim Azpilquetæ,  
partim Xauerij appellati. His igitur paren-  
tibus ac maioribus Franciscus Xauerius  
nascitur, Ioanne Rege Nauarræ, Innocen-  
tio viij. Pont. Max. anno post Christum  
natum circiter M. CCCC. XCVII. Fratrum  
quidem natu minimus, sed, tanquam alter  
Dauid, summi parentis destinatione ma-  
ximus. Nec verò illi ad destinatum sancti-  
tatis fastigium adiumenta vel diuina, vel  
humana, vnquam defuere. Ab incunabulis  
in sinu optimorum parentum educatus,  
pueritiam egit ex eorundem sanctissima  
disciplina: primamque eius ætatem solers  
magistrorum cura iis artibus erudiuit, qui-  
bus ingenia ad summum excitantur decus.

Et erat

*Educatio.*

VITAE LIBER I.

Et erat in eo rara indoles animi, egregia corporis forma, constitutióque, magnum & acre ingenium, studium litterarum (vt est captus puerorum) non vulgare. Nihil illo probius, nihil festiuus, nihil comius. Quibus ille rebus assequebatur, vt notis ignotisq;e carus esset. Nec mortalibus eodem tempore carior fuit quàm cælestibus. Vel illud argumento est, quòd in tanta affluentia rerum, iuuentæq;e licentia, præ clara specie habituq;e corporis adolescens, pudore cupiditatem frenante, sui potens fuit: singulari q;e Dei beneficio virginalis integritatis florem intactum illibatumq;e seruauit: vt cælestis ille sponsus, qui paicitur inter lilia, iam tum videretur certam in eo sedem sibi delegisse. Acuebat, vt sit, castimonia ingenium, animumq;e ad sapientiæ satus accipiendos, tanquam purum solum, diligentius præparabat. Igitur contemptis militaribus fratrum vocibus ad domesticum armorum decus reuocantium, institutum tenuit: ac siue recenti patris exemplo incitatus, siue scientiæ dulcedine delinitus, siue etiam diuino instinctu inflatu, doctrinæ gloriam bellicæ prætulit laudi. Sed interuenit rectissimis studiis autum malum, honorum cupido. Etenim (vt eximia nobilitas ferè auida est excellentiæ) cum illa ipsa puerili disciplina ingétes

*Virginalis  
pudicitia.*

*Casti-  
cap. 2.*

*Doctrinam  
armis ante-  
ponit.*

8 FRANCISCI XAVERII

hausit spiritus: cepitque nixus ingenio magna quædam & alta spectare, vt familiæ decus, quod amplum à maioribus acceperat, maius & auctius posteris suis traderet. Decreuit itaque maximarum artium præfidia, quæ ad dignitatem opesque augendas viam facerent, sibi parare, consilio specioso magis quam salubri.

CAPVT II.

*Parisius ab Ignatio Loiola ad studium pictatis conuertitur.*

*Academia Parisiensis.*

**E**RAT illis temporibus Parisiensis Academia non solum vetustate fama que sapientiæ inclyta; sed etiam ob magistrorum præstantiam, diurnitatemque pacis, maximè celebris, acerrimis vndique ingenii eò confluentibus, vt inde referrent eruditionis eximie famam. Franciscus ergo haud scientiæ audior quam gloriæ, vt primùm satis imbutus literis sibi visus est; Lutetiam ipse quoque iter intendit. Quò vt primùm peruenit, in Collegium S. Barbaræ doctoribus iuxta discipulisque florentissimum adscriptus, totum se Philosophiæ tradit, facilius deinde ac tutius operam diuinarum rerum scientiæ daturus. Magno incepto adhibet maximarum rerum effectricem

*Collegium S. Barbaræ. studet Philosophiæ Parisiis.*

VITAE LIBER I. 9

aricem contantiam. Non illum assiduus  
 frangebat labor: non ludus intemptius,  
 non voluptas, cæteraque lubrica ætatis  
 pestes aut auertebant ab instituto cursu,  
 aut retardabant: contraque in tanta Gym-  
 nalij frequentia, præstantium ingeniorum  
 æmulatio, maximum studiorum incita-  
 mentum, cupidam excellentiæ mentem  
 acerrimè stimulabat. Itaque conatui re-  
 spondit euentus. Philosophiæ cursu vt con-  
 stanter, sic feliciter confecto, non doctri-  
 nam sibi modò, sed doctriinæ etiam decus  
 peperit. Namque Gymnasij moderatoribus  
 industriam cum egregiè probasset suam;  
 de more philosophici magisterij laurea &  
 insignibus ornatus est: Philosophiæque  
 insuper tradendæ præpositus, Aristotelem  
 Parisiis publicè, nec sine laude, aliquam-  
 diu explicauit. Inde animo à naturalibus  
 rebus ad diuinas verso, Theologiam per-  
 sequitur eodem vel animi ardore, vel te-  
 nore vitæ. Inter hæc Franciscus tuendæ  
 inter æquales, vt fit, nobilitatis & digna-  
 tionis audus, extra modum sumptu prodi-  
 bat. Mouit ea res Ioannem lassum patrem,  
 vt de illo domum reuocando agitaret. Erat  
 Xauerij soror maior natu Gandiæ (vrbs est  
 Hispaniæ nobilis) Antistita sacrarum Virgi-  
 num, quas ob summam vitæ asperitatem,  
 Discalceatas appellant, virgo sanctimoniam  
 insignis.

*Aristotelem  
 Parisiis pub-  
 licae interpre-  
 tatur.  
 Studet Theo-  
 logiæ.*

*Vaticinatio  
de eius Apo-  
stolatu in no-  
uo Orbe.*

10 FRANCISCI XAVERII

infignis. Hæc patris consilium odorata, & quantus tandē vir Franciscus esset futurus, edocta diuinitus, Iassum patrem impensē monuit, vt Francisco Parisiis ingenium maximis artibus excolenti affatim suppetidaret omnia; nec sumptui parceret, etiam si domesticas in eam rem opes exhauriri oporteret: quippe illum à Deo noui Orbis vltimiq. Orientis Apostolum destinatum. Extant hæ, quas dico, litterę in Xaue-rio castello testes vaticinationis, quam suo deinde tempore comprobauit euentus. Igitur Iassus filia, cuius eximiam sanctitatem exploratam habebat, prædictione erectus, necessarios subinde sumptus Francisco abunde subministravit. Cæterū dum Xaue-rius dignitatis magis quàm salutis memor, studia scientiæ diuinæ ad humana refert præmia, inanibus eius contentionibus cælestis vis interuenit: hominemque auidum gloriæ, ad gloriosius piæ sanctæque vitæ curriculum aliquando traduxit. Versabatur Franciscus (vt paulo antè diximus) in Collegio S. Barbare, Contubernalem habebat Petrum Fabrum Allobrogem, virum ingenio quàm genere nobiliorem. Eodem tempore Ignatius Loiola (is qui postea Societatis I E S V parens & auctor fuit) studiorum optimarumque artium causa Lutetiam profectus, ad Philosophiam primùm,  
inde

inde ad Theologiam applicuit animum. Igitur vt in Fabrum Xaueriumque incidit, contraxit eos celeriter (vt fieri solet) ingeniorum studiorumque similitudo. Demum *Familiaritas eius cum Ignatio.* Ignatius ab eisdem in contubernij vitæque societatem benignè receptus, gratiam vtrique bene cumulatam retulit. Eximia quippe in ambobus indole ingenij animaduersa, amborumque sensibus perceptis, paulatim eos officiis delinire, salubribus præceptis pro re nata excolere, atque ad Christianæ vitæ perfectionem allicere cœpit. Reputarent secum non ad breuem *Ignatij opinio.* hanc & miseram vitam natum esse hominem immortali animo præditum; sed ad sempiternam illam beatamque: & memores, quæcunque oculis cernerent, mortali- libus non tam ad fruendum vtendumve tradita, quam proposita ad cognoscendum diligendumque Deum, æternis bonis ac propriis caduca & commodata ducerent leuiora. *Matth. 16.* *Quid enim prodesse homini si vniversum mundum lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur?* Iam si ipse Dei Filius certissima salutis præsidia reliquisset hominibus, quod tandem consilium esse, sine his munimentis inter infesta hostium tela versari? Quo- circa subinde, & (si ipsum audirent) octauo quoque die Sacramentis, Confessionis & Eucharistiæ, animum salutemque suam committit.



» communirent. quippe cælestibus hisce ar-  
 » mis tectos facile hosti resistere, nudos iu-  
 » gulum dare. Eadem monita haud iisdem  
 ab utroque auribus animisque audita. Faber, qui humanum nihil magnopere ex-  
 teret, auidè arripuit: at Franciscus, animo  
 amplitudinis cupidine occupato, penitus  
 exclusit. Erat Xaverio viuudum, sed tracta-  
 bile ingenium, nisi naturam mala consue-  
 tudo corrumperet. Itaque ingenti spiritu  
 iuuenis proteruè procaciterq; obloquens,  
 vltro Ignatij dicta, ipsumque Ignatium car-  
 pere, pietatemque eius egregiam petulan-  
 tius interdum illudere. Ille contra iuuenili  
 ferocia exultantè obsequiis omnibus per-  
 mulcere. Nec frustra. Vicit denique pa-  
 tientia peruicaciam. Xaverius (vt erat ge-  
 nerosus ac nobilis) paulatim tanta modera-  
 tione ac facilitate mitigatus, respexit primò  
 quem exagitarat: ad extremum diuino  
 tactus Spiritu, totum se illi regendum gu-  
 bernandumque tradidit. Cæterùm magni  
 refert, quàm vacuo liberoque animo ad  
 Deum accedas. Fabrum quidem rerum  
 mortalium contemptorem, & quadriennium iam ex Ignatij præscripto sacra my-  
 steria frequentantem, haud ægre pellexit  
 cœlestis vitæ dulcedo, vt Christum ducem  
 expeditus miles sequeretur. At Xaverius, vt  
 qui adhuc imaginariis honoribus, speique  
 suæ in-

*Xaverij fe-  
 rociam Igna-  
 tius permul-  
 set.*

suæ indulgeret, quanquam idem vitæ ge-  
 nus amplexus, tamen Spiritui sancto ob-  
 stinatè resistebat; quominus Christum du-  
 cem secutus *egrederetur ad eum extra castra,* Ad Heb.  
*eius improprium portans.* Iuuenis cætera pius *cap. 13.*  
 ac facilis, ab hac vna parte durus erat. Eo  
 impensius illum Ignatius flens depreca-  
 batur à Deo. nec incassum missæ preces.  
 Tandem assiduis eius lachrymis animus  
 Francisci mollitus fleëtitur: iniectaque di-  
 uinitus ingenti salutis cura, aliquando col-  
 ligit se: & quæ in vtramque partem hinc  
 cupiditas, hinc pietas subiiciebat, inter se  
 conferre & æstimare tacitus cœpit. Vo-  
 cantem Deum audiam, nudumque Chri-  
 stum nudus sequar? At durum vitæ genus  
 & abiectum erit subeundum. Dei voce  
 contempta, vitæ splendorem meumque  
 retineam institutum? Enimvero pericu-  
 lum est, ne si, vocante Deo, renuerim; ira-  
 tus ille in meo interitu rideat. Quis tandem  
 crucis acerbiteriam probrumque perferre  
 poterit? Quid igitur? malimne aggregari  
*Frãncisci de-*  
*liberatio de*  
*vitiæ ratione*  
*mutanda.*  
*Ad Philip.*  
*cap. 3.*  
 inimicis crucis Christi, quorum finis interitus, &  
 gloria in confusione ipsorum? Quo ore notorum  
 oculos, quibus auribus sodalium feram vo-  
 ces? At sermonibus hominum ab honesta  
 beataque vita reuocari, summæ non modò  
 leuitatis est, sed etiam dementiæ. Quid?  
 inopinatus hic nuncius quàm acerbum  
 cogna-

14 FRANCISCI XAVERII  
 cognatis & parentibus inuret dolorem?  
 Parentumne aut cuiusquam mortalium  
 amor me plus quàm mea salus, plus quàm  
 Dei Christi què ipsius caritas tangat? Tali-  
 bus curis in diuersa trahentibus, anceps ac  
 dubius nutabat animus. Diebus aliquot in-  
 ter has cogitationes absumptis, ad vltimum  
 pertinacia victa est, vrgentique Deo ma-  
 nus dedit. Extemplo in contrarium muta-  
 tus aspicere cœpit in auctorem fidei, & consum-  
 matorem IESVM, qui proposito sibi gaudio sus-  
 tinuit crucem, confusione contempta. Ac primùm  
 quidem, quo ad miniculo erectus erat,  
 eodem innixus Ignatio stetit. Inde quasi ab  
 secunda origine latius ac felicius renatus,  
 egregio Christianę virtutis edidit fructus,  
 Ignatij iam similior quàm sui.

Ad Heb.  
 cap. 12.

### CAPVT III.

*Eius feruor in domando corpore, ac  
 studio perfectionis.*

NAM breui ardentius sui abiectionem  
 & crucem quæsiuit, quàm dignitatem  
 antea & honorem quæsierat. Id adeò pro-  
 prium est feruè præstantium ingeniorum,  
 vt quancumque in partem se dederint, eò  
 toto animi ferantur impetu. Francisco ita-  
 que sanctitatis palmam perenti, prima (vt  
 affolet)

affolet) orta est pugna cum corpore. Cum  
*caro concupisceret aduersus spiritum*, edoman- *Morsifod-*  
 dum sibi esse corpus statuit, ne illius re- *tiones.*  
 tractatio peruicaciaque Christianae perfe-  
 ctionis cursum moraretur. Quocirca vfi-  
 tatas inediae, verberum, ciliciorum aspe-  
 ritates, velut cupiditatum moderatrices,  
 delictorumque vindices, non minus saepe  
 quam auidè tum florente aetate adhibuit,  
 tum in omni vita. Et fortitudinis eius indo-  
 les inter primum nouae militiae rudimen-  
 tum haud leuibus se prodidit argumen-  
 tis. In campo suburbano adolescens, inter  
 aequales gregalesque suos, saltu (vnus hic  
 ludus cordi fuerat) libenter se impigrèque  
 exercens, aliquando corporis agilitate, qua *Agilitas cor-*  
 reliquos longè anteibat, nimium sibi pla- *poris.*  
 cuerat. Igitur vbi respuit, leuem noxam,  
 minimeque diuturnam, vindicauit grauif-  
 simo multorum dierum supplicio. Dies  
 quippe aliquot continuos exegit, noxiis *Membra fu-*  
 membris funiculo non sine acri dolore *niculo per*  
 constrictis. Eodemque tēpore animi quo- *stringit.*  
 que elationem expiandam ratus, assidua  
 rerum piarum meditatione exercuit men-  
 tem, vt poenae magnitudo in posterum &  
 animum cohiberet & corpus. Nec minùs  
 ad mentem excitandam, quam ad culpam  
 eluendam, iuueniles domuit motus. Inter  
 ipsas humanarum diuinarumq. rerum pias  
 commen-

## 16 FRANCISCI XAVERII

commentationes (quæ exercitia spiritualia vocamus) cum nimis effrænatam ac retractatam corporis vim fame debilitare atque comprimere conaretur, peruincendi studio prouectus est longius. quatuor dies totos cibo abstinuit, audaci quidem incepto, verum non improbo: quippe quod tyrociniij ipsius, ætatisque feruor excuset. Nulla utique res est nec difficilior, nec efficacior ad virtutem, quàm sui ipsius victoria: vt autem in medio ardore certaminis modum nunquam excedant tyrones, optandum magis quàm sperandum est. Quocirca Xauerius secum assidue certans, ac semet vincens sedulo, in dies & fortior seipso fiebat, & melior. Præcipuè adiumento erat crebra ac pia Christi cum vitæ mortisque, tum verò eximiæ illius caritatis meditatio, maximum diuini amoris inuitamentum, Christianæque virtutis. Quo plus materiæ ea commentatio addebat diuinæ caritati, hoc magis in Francisci pectore exardecebat humanæ salutis ac martyrij cupido. Eò demum res euasit, vt Dei Filio, qui suum caput pro eius salute deuouisset, inuicem totum se pro ipsius gloria, & salute hominum, in perpetuum deuoueret. Ergo vt nulla eum res à caritate Christi separaret, Ignatij hortatu, simul cum sociis qui tum erant numero nouem, palàm statuit certis

se Deo

*Quætriduum  
inedia tra-  
ducit.*

*Sui victoria*

*Christi vitæ  
mortisque  
meditatio.*

*Martyrij cu-  
piditas.*

se Deo votis obstringere, quibus peteretur martyrij decus. Anno igitur huius seculi **xxxiiii.** huic negotio dicunt ipsium diem Assumptioni sacrum Beatæ Mariæ, eam scilicet promissorum suorum & testem & præsidem habituri. Is dies ubi venit, in ædem suburbanam, cui Mons Martyrum nomen est, (vt locus ipse accensam martyrij cupiditatem inflammaret) ardentibus diuturna meditatione animis coeunt. Ibi sub sacrificium Missæ, diuinæque epulas, gaudio alacres, votis nuncupatis, Deo dicant sese. *Votis se Deo obstringit.* Votorum summa fuit, vti confecto Theologiæ curriculo, rerum omnium possessione exuti, in paupertate perpetua, diuinæ gloriæ interirent, salutique animorum: vt ad certam diem Hierosolymam nauigarent, operam Turcarum conuersioni vel cum aperto capitis periculo daturi. Si quis fortè casus id consilium impedisset, anno circumacto, Romam contenderent: suamque operam Pontifici Max. ad animorum salutem atque auxilium, sine vlla temporum locorumque exceptione, nulla facta viatici aut subsidij mentione, deferrent. *Anna inauguratio votorum.* Votorum nuncupationem nouus sed pius eadem vota sæpius instaurandi mos excepit. Vt crebra veterum votorum instauratio innouaret eorundem memoriam religionemque; non eo solum anno hæc

B            fecere

18 FRANCISCI XAVERII

*Frequēti-  
voto-  
rum reno-  
vatio.*

fecere vota, sed eadem, quamdiu Lutetiæ studiorum causa fuerunt, quotannis eodem die, loco, carimonia, pari cum alacritate fructuque renouarunt. Cæterum Xaverius hoc auidius id per semetipsum identidem usurpabat, quo certius experiebatur frequenti votorum renouatione mentis suæ sicut aquilæ iuuentutem renouari. Atque hæc quidem tanta perfectæ virtutis cupido nihil interim studio eruditionis officit. Sed incidit tempus, cum Franciscus haud dubiè ostenderet, sibi Christi militiam, cuius gratia iam rerum scientia quærebatur, discendi studio esse potiore.

CAPVT IIII.

*Venetias non sine magna corporis vexatione contendit.*

*Theologia  
cursum ab-  
rumpit non  
procul à me-  
ss.*

PAVLVLVM iam aberat à meta Theologiæ, cum ei in Italiam demigrandum fuit. Conuenerat iam inter Patres, ut ad dictam diem (is dies erat ad viij. Kalend. Februarias anni M. D. xxxvii.) Venetias ad Ignatium, qui eò certis de causis antecesserat, se pariter conferrent. Interea dum præstituta profectio expectatur dies; Carolo Cæsare contra Gallos arma ferente, ingens in Gallia bellum exarsit. qui casus  
confi-

VITAE LIBER I. 19

constitutum iter maturavit, omiffa Theologici cursus conficiendi cura. Aegre fcilicet Xauerius, fed tamen fapienter, eam iacturam tulit, haud pulchrius ratus doctrinae ftudia Dei caufa perfequi, quam relinquare. Idibus ergo Nouembris, alieniffimo anni tempore, rebus omnibus, praeter viaticum, & fcripta, vti vouerant, in pauperes diftributis, ex composito fimul cum focii dat fe fe in viam. Itineris ratio erat talis. Veftitus plebeius obfoletusque: fuus cuique baculus & fcorrea, pauperum videlicet peregrinorum ritu. B. Mariae Corona, Catholicae religionis inter haereticos index, e collo iufpenfa praeferebatur: mantica fcriptorum cultos pendeat ex humero. Solenne erat, ad vires animosque ex viae laboribus recreandos, caelefti pane, vnico aeternarum folatio, refici quotidie. In exitu diuerforij committere fe Deo, in introitu gratias agere. In ipfa via commentari primum aliquamdiu de diuinis rebus, deinde cum comitibus colloqui. Itineris laborem ac moleftiam canendis inuicem hymnis, pfalmis, canticisque fpiritualibus identidem leuare. Hoc potiffimum modo per Lotharingiam ac Germaniam, bellici tumultus declinandi caufa, Italiam petens, autumnales Galliae imbres, hyberna frigora Germaniae pertulit. Et quanquam pe-

*Itineris ratio.*



*Voluntaria  
in itinere  
corporis af-  
flictatio.*

destri itineri nequaquam affuetus; tamen vltro scriptis onustus perfrigida tempestate, teterrimis viis, ac saepe niue oblitus, glaciéque concretis (Alpes quippe superandæ erant, perpetuo rigentes gelu) tamen adeò longinquum arduumque iter pedes ingredi & exsequi sustinuit. Accedebat ad sarcinæ onus, viæque asperitatem, voluntaria quidem, sed acerba corporis afflictatio. tantam animi ad incommoda labore, & que supererat. Antequam viâ committeret iè, siue animi ad patientiam exercendi, siue edomandi corporis studio, lacertos & coxendices iampridem constrictas habebat funiculis: qui iam ob necessariam in domesticis officiis corporis agitationem, intumescente circum carne, artus sædum in modum lacerabant. Tantus autem patienti amor animique vigor fuit, vt viam non minùs longam quàm asperam ingrediens pedibus, demere sibi tam sæua neglexerit vincla. Ergo cum ad cruciatum suapte sponte peracerbum accessisset iter pedestre ac difficile; necessariò etiam ad funiculorum cruciamenta accessit vel plurimum. Ille tamè non in suscipiendis quàm in perferendis ærumnis fortior, spreto non solum dissimulato dolore pergebat. Quippe eas similiter, vt cæteras quas expertus erat corporis vexationes, sperabat posse vsu &

vsu & consuetudine mitigari. Caterùm *Ex vexatio-  
ne corporis  
deficit in  
via.*  
 cùm non modò in dies, sed in horas cre-  
 sceret atrocitas illius carnificinæ; fiducia  
 in solitudinem versâ, non ille quidem  
 animo, sed viribus deficere cœpit. Ad ex-  
 tremum igitur, posteaquam nec dissimu-  
 lare nec ferre vitra vim poterat mali; ne-  
 cessitati cedens, socios benignè rogat, sibi  
 vt ignoscant: se quidem præ defatigatione  
 eò rediitum, vt non valeat iam mouere  
 vestigium. Mirari illi primò subitum fer-  
 uidi hominis languorem: inde vbi pallor  
 ori suffusus intestini mali magnitudinem  
 indicauit; deficientem excipere, sciscitari  
 quid tandem acciderit noui. Tum Franci-  
 scus recepto paulisper spiritu, quem inclu-  
 serat dolor, necessariò rem totam vrgen-  
 tibus aperit. Quocirca eius illi palâ vicem  
 dolentes, clam suspicientes virtutem, hor-  
 tantur vt quàm commodissimè inrerquies-  
 cat, quoad parumper vis tanti remittat  
 mali. Vbi satis quieuisse visus est, & aliquid  
 recepisse virium; pedetentim eum ad pro-  
 ximum hospitium deferunt, confestimque  
 medicum adhibent: qui affecta membra  
 diu multumque contemplatus, seuerè pro-  
 nuntiat, vincula iam dispici non posse, ne-  
 dum incidi. Nodos autem, etsi appareant  
 atque extrent, vlcera tamen effecisse talia,  
 vt dissolui dissocariue nequeant sine acer-

## 22 FRANCISCI XAVERII

*Desperato  
eius morbo,  
deseritur à  
medico.*

bisissimo sensu doloris. Igitur (quia morbus artem, morbi causa consuetudinem vincebat) attonitus ac stupenti similis aliquamdiu hæsit : ad vltimum parum prosperæ curationis euentum veritus, nullis Francisci aut sociorum precibus perPELLI potuit, vt ægris membris tanto cum periculo admoueret manum: ita re non modò infecta, sed etiam intentata recessit. Ingens Patres sollicitudo incefferat, anxios non de Francisci tantùm salute, sed de ratione quoque communis itineris, cui magno cum omnium incommodo intemptius ille socij comitisque morbus obstabat. Et Francisco haud leuior sociorum sua causa hærentium erat cura, quàm sui. Ergo omnes pariter ab humana ope ad diuinam versi, cælestem medicum pro se quisque suppliciter implorare, superosque omnes deprecatores adhibere. Nec supplicatio irrita fuit. Suppleuit medici vicem Deus, & desperato morbo fecit subitò medicinam. Mirum dictu. postridie manè Franciscus surgens reperit funiculos omnes diffractos excidisse: tumorem resedisse omnem: nihil ex tanti mali atrocitate, præter indicia mali, funiculorumque vestigia, remanere. Tum enim uero admirabundus, nec suam magis quàm comitum vicem lætus cælesti Numini magnâ voce gratulari. **Accurrunt socij**

*Diuinitus  
repentè sa-  
natus.*

focij nouæ lætitiæ causam requirentes. re cognita, omnes haud dubio miraculo obstupefacti certatim laudes gratesque Deo (vti par erat) agere: & tendentes ad cælum manus, manantibusque præ gaudio lacrymis, præcipuam cælestis parentis prouidentiam, eximiamque in ipso temporis articulo benignitatem efferre cœperunt. Inde repetito itinere, successu læti, se ad operam benigno Domino nauandam mutuis vocibus accendunt. Ac toto illo itinere, vt semper antea, Francisci præcipuè ministrandi sociis, inseruiendique studium & alacritas extitit. Nam cum omnes inter se summa vi (hoc vnum inter eos certamen erat) officijs & demissione certarent; Xauerius siue animi ardore, siue insita comitate, reliquos facile vincebat. Nec plus in commoditate sociorum, quam in aliorum salute curanda, sedulitatis erat ardorisque. Vbicunque se offerebat occasio proximis consilijs, monitis, exemplis iuuandi, arripiebat eam auidissimè: vltro etiam, si res fineret, ipse captabat. Neque is labor inanis fuit. Catholicorum plures ad honestam vitam reuocari: nonnulli hæreticorum ad sanitatem viamque veritatis reducti: quacunque cum socijs transit, sanctitatis vestigia impressa, quæ hæreticis spectaculo, Catholicis etiam exemplo forent. Itaque

*Ministrat  
socijs in h-  
nere.*

*In via pro-  
ximos iuuat.*

*Hæreticorū  
animos mi-  
tigat.*

sæpe etiam vsu venit, vt hæretici ipsi, san-  
ctimonix admiratione capti, comiter illis  
monstrarent itinera; locorum denuntia-  
rent difficultates; itineris duces, vbi opus  
erat, semet sua sponte præberent. Adè  
vera ac germana virtus emicat, & imma-  
nes quoque homines admonet humanita-  
tis. Franciscus igitur omnibus viarum in-  
commodis ac periculis perfunctus, superis  
mortalibusque fauentibus, ad vj. Idus Ianu-  
arias anni insequentis incolumis vnà  
cum comitibus Venetias peruênit. Ibi  
Ignatium Loiolam reperit, culcissimos fo-  
cios filiosque audissimè opperientem. Se-  
quuntur consulationes latissimæ, com-  
plexusque, Societatis more, summa bene-  
uolentiæ indices. Ea læticia præteritorum  
laborum memoriam absterfit omnem.

#### CAPVT V.

*Venetis dat operam valetudinario in-  
sanabilem, inde Romam ad Pon-  
tificem adit.*

COMMUNIAM in consilio Patres de-  
creuerant proficisci Romam, vt à Pon-  
tifice Maximo peterent potestatem ma-  
nendi suo iure arbitrioque Hierosolymis,  
Euangelique prædicandi. Placuit igitur,  
dum

dum se vis hyemis frangeret, Venetiis quasi tyrocinium futuræ militiæ ponere. Ergo Patribus publica valetudinaria tanquam prouincias inter se comparantibus, Franciscus ægrorum insanabilium curationem, optatæ sui victoriæ materiem, sibi ipse depoposcit. Nec minore animi ardore eam prouinciam gessit, quàm expetiuit. Simul atque eò venit, miserorum lectos & grabatos cœpit circumire, mœstos blandè consolans, perditos cœlestis vitæ spe recreans, confirmans moribundos, omnes ad patientiam, ad honestatem, sanctitatemque vitæ acriter impellens : vt quorum morbi insanabiles erant, eorum mores quacunque posset ratione sanaret. Ad hæc faciliùs iuuari posse eorundem animos ratus, si inferuiret corporibus, ipsemet valetudinarium euerrere, lectos sternere, purgare sordes, abiectissima quæque ministeria, Christianæ humilitatis rudimenta, exsequi; mortuos denique ipsos de more ablutos rite sepelire. Inter hæc munera insignis quædam pietas ex eius vultu atque oculis eminebat: Christum ab illo in affectis hominibus latentem cerni oculis quodammodo, eique ipsi dare operam, crederes. Gerebantur hæc in luce celeberrimi valetudinarij, in oculis clarissimæ ciuitatis, tam insolita alacritate atque lætitia, vt multis ad

## 26 FRANCISCI XAVERII

nouæ rei famam concurrentibus, spectaculo Franciscus esset non Deo solum & Angelis, sed etiam hominibus: utique cum eius in affectos sedulitas B. Rochi (cuius nomen ab eximia huius generis benignitate Venetiis celeberrimum est) iucundissimam renouaret memoriam. Vitabat ergo Xauerius, quantum poterat, oculos hominum, *Patri caelesti, qui videt in abscondito*, placere cupiens. Gratissimum interim spectaculum eius virtus superis præbuit. Aegrum nactus venerea lue ac tabe confectum, hoc impensius ei ministrare institit, quo magis ab illo abhorrebat animus natura vsuque delicatus. Miras itaque ibi pugnas edidit, nobilesque de se tulit victorias. Coercebat ratio contumaciam naturæ, & pestis illius horrorem virtus diuina superabat. vrgebat tamen interdum vlcerum fœditas grauitasque odoris adeò, vt nauscans (vti assolet) animus vlcerosum hominem auerfaretur. Non fefellit siue Dæmonis siue naturæ dolus solertiam Xauerij. Igitur posteaquam paulatim refrigescere sensit caritatem: sibimet infensus, suamque animi mollitiem increpitans, meritas de se expetere pœnas, atque illud delicati animi fastidium penitus exuere statuit. Nec mora: obfirmat Christi caritate pectus, & S. Catherinæ Senensis exemplo, manantem ex vlceribus sa-

Match. 6.

*Vlceroso præ  
cipua cura  
ministrat.*

bus faniem semel atque iterum vnicus sui *Saniem au-*  
 victor ex fugit. eximia virtus diuinitus exi- *fugit.*  
 mio donata est præmio. Hæc victoria non  
 modò illum in præfens sui potentem fecit;  
 sed etiam in omne tempus, aduerlus vlce-  
 rosos & elephantiacos eius muniuit ani-  
 mum. Morbos enim quorum cæteri vel  
 aspectum ipsum horrere solent, ipse dein-  
 de cum voluptate tractauit, non tantum  
 sine molestia. Tanti refert ad animi liber-  
 tatem vel semel semet egregiè vincere. *Sui victoria.*  
 Quocirca in omni Francisci vita, & perpe-  
 tua omnibus in rebus sui victoria enituit,  
 & benignitas in miseros ægros singularis.  
 Hoc tyrocinio imbutus, curas omnes ad  
 destinatam animo expeditionem intendit.  
 Vere primo nullam moram interponen-  
 dam existimarunt Patres, quin quamprimum  
 Romam, vti vouerant, ad Pontificem  
 Maximum adirent. Erant tum imbres ma-  
 ximi, itinera admodum lutulenta: & ade-  
 rant solennia Quadragesimæ ieiunia, re-  
 ligiosis viatoribus haud sanè comoda.  
 Verùm ne rem Deo gratissimam minùs  
 gratam cunctatio faceret, tanta fuit apud *Voti seruandæ*  
 omnes voti religio, vt dum ieiuniorum *religio.*  
 tempus præteriret, dum idonea tempestas  
 vias lacunis & voraginibus teterrimas ali-  
 qua ex parte siccaret, dum vernæ remitte-  
 rent pluuiæ, neutiquam censuerint exspe-  
 ctandum.



## 28 FRANCISCI XAVERII

ctandum. Ad eò non tibi vota, sed se votis accommodabant. Itaque inita Quadragesima, omnes pariter Romam ire maturant.

*Quadragesima, iter pedibus faciès & mendicans, rite ieiunat.*

Ad superioris itineris paupertatem hoc accessit, vt sine viatico omnes viæ simul ac diuinæ prouidentia committerent se. Porro in itinere vetera illa instituta perpetuò retinebantur, atque hoc amplius, quoniam id temporis erat, etsi pedestres viatores necessarii itineris labor, cibisq; parcè emendicatus plurimum vexabat, tamen rite quotidie ieiunabatur; nullusque omnino capiebatur cibus, nisi emendicatus: vt dubitari possit, vtrum maior imperati ieiunij religio fuerit, an Euangelicæ paupertatis. Nec piorum hominum fiduciam vlla ex parte Dei prouidentia frustrata est. Magnis imbribus grauique tempestate vexati, procedere tamen quò destinarent perseverantes, lutulentas in primis ac lacunosas eo potissimum anni tempore Longobardiæ vias pedibus sine vllò grauiore incommodo peruasere. Interdum autem vsu venit, vt frustulo duntaxat cibarij panis sumpto, maximo imbri, campis longè lateque stagnantibus (vt alicubi vix summo pectore extarent) millia passuum vno die propè xxx. nudis conficerent pedibus, non aquo solùm tranquillòque animo, sed hilari lætoque. Demum illos Deus necessariis subinde

*Frustulo panis sumpto, per lacunas iu'tum iter pedibus conjsis.*

inde rebus ac viribus suppeditatis, precario victu, periculisque itineris defunctos, quò intendebant, saluos incolumesq; perduxit. Romam ubi ventum est, nihil eis potius fuit, quàm vt limina Apostolorum adirent; sanctissimisque vrbis atque omnium gentium patronis salutatis, communem per eos causam enixius commendarent Deo. Exinde tantorum Praesidium patrocínio & gratia freti, ad Christi vicarium (is tum erat Paulus III. ex inclyta familia Farnesia, vir consilio prudentiâque longè clarissimus) aditum sibi quærere cœperunt destinata petituri. Erat Romæ eodem tempore Petrus Ortizius Hispanus, Cæsaris procurator, homo summa auctoritate, parique humanitate præditus: à quo ad Pontificem introducti, atque vltro etiam commendati, benignè comiterque ab eo accipiuntur de more ad osculum pedis. Inde periclitandæ eorum doctrinæ gratia, ad philosophicas Theologicâsque disputationes super mensam (vti optimi Principis consuetudo ferebat) non semel adhibentur. Quo in genere cum omnes, & Franciscus in primis, egregium quâ eruditionis, quâ modestiæ specimen dedissent; editis de Hierosolymitana profectioe postulatis, quæ volebant, impetrant omnia, non modò nihil repugnante, verùm etiam valde approbante

*Paulus III.  
Pont. Max.*

30 FRANCISCI XAVERII  
probante Pontifice: cuius paterna in gen-  
tes omnes caritas adeò peregrinorum ho-  
minum est complexa virtutem, vt eos, pro  
egregia ipsius benignitate ac munificen-  
tia, cum fausta precatione pariter & copio-  
so viatico dimitteret. At illi ne in copia  
quidem paupertatis obliui, attributam vo-  
tix peregrinationi pecuniam apud argen-  
tarium custodiendam deponunt, tantisper  
dum profectiois tempus adesset: ipsi vi-  
ctum interea per vrbem mendicando pa-  
lâm conquirunt. modestia vtique quàm  
doctrina insigniores, vtpote qui à familia-  
ritate principum virorum vltro ad tantam  
vitæ humilitatem descenderent.

#### CAPVT VI.

*Vicetia post diuinam præparationem  
Deo Sacerdoty primitias offert.*

**V**RBANIS negotiis feliciter simul cele-  
riterque confectis, Hierosolymam pri-  
mo quoque tempore transmissuri, eodem  
ferè modo, quo Romam venerant, reuer-  
tuntur Venetias. Ibi cælestis vitæ auidi, vt  
pluribus pignoribus obstricti Deo tene-  
rentur, re familiari dudum consecrata,  
semet Christo penitus consecrare decer-  
nunt. Igitur cum ad eam rem intentiore se  
paraf-

parassent cura, sub Missæ sacrificium apud Hieronymum Verallum, Apostolicum Legatum, paupertatis castitatisque perpetuæ nuncupant vota. Nūquam aliās antè Franciscus diuinis gaudiis cumulator conspectus est. Quippe admodum latus (quod ex vultu notari poterat) superfundenti se Deo totum dicauit pectus: & veteris instituti sui memor, vota semel nuncupata quotidie instaurauit deinceps in omni vita. Ceterum dum destinata nauigationis opportunitas expectatur, ad intermissa itineribus, retenta animo benignitatis officia refert curam, auctamque cessatione industriam. Et eximiam Francisci in ægros caritatem hoc etiam maior Veneti populi admiratio approbatioque excepit, quo labor eius fuit, quàm antè, diuturnior. Euēnit quippe vt Palæstinam, quæ semper antea patuerat peregrinis, illo ipso anno exortum inter Turcas ac Venetos bellum clauderet. Maria vtique omnia infestis Turcarum classibus adeò obsidebantur, vt sine manifesto cædis seruitutis sue periculo nemo posset ex Italia petere Hierosolymam. Quæ res Hierosolymitanam Patrum expeditionem primùm distulit, deinde discussit; Deo meliores in vñs illorum operam reseruante. Conductos enim operarios ita destinauit in vineam suam, vt relicto effæto

*Paupertatē  
castitatēque  
perpetuam  
vocat.*

Turca-

Turcarum solo, partim syluescentia Christianorum vineta, partim delertos Indorum campos, intactasque æuo Iaponum sylvas excolerent. Ita dum Franciscus diuini ignarus consilij inter spem metumque suspensus, optatissime nauigationis tempus in dies opperitur, menses plures in iis, quos dixi, valetudinarij laboribus abiêre, nunquam aut remittente se industria, aut refrigerante caritate. Verùm enimuero Hierosolymitanæ profectiois spes demùm vndique abscessit ingenti eum dolore perculit, mœstum eodem tempore, cum facultate vilendi sacra illa Palæstinae loca, martyrij quoque ademptam sibi esse occasionem. Inde vnicum casuum humanorum solatium diuinâ prouidentiam respiciens, euentum illum, quamuis acerbum, æqui bonique consuluit. Et re communiter deliberata, cunctorum versæ aliò curæ. Visum erat Patribus, quo impensius & pietati suæ & alienæ saluti seruirent, omnes sacris ordinibus initiari. Itaque mensè Iunio, ipso S. Ioannis Baptistæ natali die, non sine egregia præparatione, sacerdotes (nam cæteris sacris ordinibus rite paulo antè initiati fuerant) ab Arbenfi Episcopo consecrantur. Fama est eos tanta inter consecrationem lætitia perfusos, vt ea in ipsum redundaret Episcopum. Is enim confirmasse

*Sacerdos consecratur.*

masse deinde fertur, se eo ipso tempore inter caeremonias nouum quendam & insolitum fructum cepisse diuinæ voluptatis. Spes transmittendi in Palæstinam ita præcisa iam erat, vt voti religione prope modum soluti viderentur. Placuit tamen, ne quis omnino in eorum animis vel tenuissimus resideret scrupulus, ad annum vique vertentem (vti nominatim in votorum formula cautum erat) votiuæ peregrinationis occasionem captare: hoc interim

*Primi sacræ  
preparatio.*

spatio, propediem libaturos Deo Sacerdotij sui primitias, colligendi sui causa, ex tanta celeberrimæ vrbis frequentia excedere. Ergo ad finitima loca digressi, alius

*Solitaria  
vita.*

aliò. Franciscus cum Alfonso Salmerone in Montem Celsum (vicus is est passuum millia xv. à Patauio) recepit se. ibi solitudinis cupidus, vt proximè ad Deum accederet, quam longissimè à cœtu hominum recessit, desertamque ac semirutam deuio in loco casam nactus, recto è straminibus refecto, qualecunque sibi diversoriolum parauit, hoc gratius, quòd repræsentaret Christi Domini sui præsepe, summamque illam rerum omnium inopiam. Inde vt pueri IESV paupertatem, eiusdemque iam viri solitudinem experiendo medicaretur, talem vitæ rationem instituit. Emendicato cibo parcè ac duriter victitabat, humi su-

C per stra-

Oseæ 2.  
Psal. 84.

per stramine cubitans in tugurio imbribus, frigoribus, ventis obnoxio. Animum porro ad cælestium rerum contemplationem excitaturus solito vehementius, voluntariis quotidie pœnis corpus afflictabat suum. Nec immemor Dei animam ducentis in solitudinem, & ibi loquentis ad cor eius, intentiàs audiebat quid in se loqueretur Dominus Deus: identidem videlicet orans; & quicquid erat otij, in sacrorum lectione librorum, & pia cælestium rerum meditatione consumens. Quid incommodorum ærumnarumque eo in loco pertulerit, rursus quàm puras ac liquidas ex cælestis sponsi consuetudine perceperit voluptates, facilius est cogitare quàm dicere. Illud constat, st:ipem ab eo coactam ferè ita fuisse exiguam, vix vt ad panem emendum satis foret. Quòd si quando aliquid olei aut obsonioli accederet, tum verò illum opi parè sibi epulari visum. In hanc autem solitariæ vitæ rationem, ipsos quadraginta dies (cælesti magistro videlicet auctore, qui totidem in solitudine dies versatus est) iucundissimè absumptos. Nec dubium est, quin ex diuino congressu, pro summo illo suo ardore animi, flagrantique in Deum caritate, non minùs donorum quàm gaudiorum cælestium hauserit. Subinde igitur progressus in publicum, Christi quoque exem-

exemplo institutóque populum docere, & *A solitaria*  
 diuinitus haulta impertire hominibus cœ- *vita populū*  
 pit. Concionandi modus hic erat, vt Christi *docere infim-*  
 sermonum in campis, montibus, littoribus *tuū.*  
 habitorum memor, vbicunque ipes eum  
 inuitaret rei bene gerédæ, in cœtus homi-  
 num concionabundus inferret sese; eosque  
 potissimum erudiret, qui maximè institu-  
 tionis indigentes, minimè interesse sacris  
 concionibus solent, quo Deus etiam à non  
 quærentibus inueniretur. Quocirca in tri-  
 uio aut platea corrogatis auditoribus, sum-  
 proque ex aliqua taberna scabello, ex eo  
 de honesta beatæque vita apud desidiosos  
 ac ludibundos vehementius quàm specio-  
 sius verba faciebat: vt nonnulli etiam qui  
 risus capti in gratia ad concionem acces-  
 serant, orationis grauitate diuinaque vi per-  
 moti, pro ritu referrent fletum. Non alia *Abstinentiæ*  
 res maiorem habebat admirationem, aut *pecunie in*  
 negotium adiuuabat magis, quàm pecuniæ *concionibus.*  
 abstinentia, gratissimum omnibus sancti-  
 tatis indicium. Quippe neque ipso quic-  
 quam petente à circumfusa multitudine,  
 neque vltro datum accipiente, nemo non  
 sensit illum haud quaquam suis commodis  
 seruire, sed alienæ saluti. Studio atque ope-  
 râ non minùs vtiliter in aliis iuuandis,  
 quàm in seipso excolendo, in Monte Celso  
 collocata; Ignatij accersitu venit Viceriam.



## 36 FRANCISCI XAVERII

ibi animo, quanta maxima potuit cura, preparato, maturum iam ratus, quod pridem pia mente conceperat, nouus sacerdos cælestem illam ac salutarem hostiam diuinæ maiestati, multo gaudio lacrymis, immolat. Non tam credere illum, quod sacrosanctis illis mysteriis continetur, quàm cernere atque intueri, diceres. Ardor sanctæ mentis ac vultus is erat, vt eum qui conspicerent tam suauiter lacrymantem, temperare ipsi nequirent lacrymis. Et ille deinceps excellentem hunc pietatis sensum haud secus retinuit in reliqua vita, quàm si nouus quotidie sacerdos ad aram accedens, primorem illam factorum dulcedinem delibaret.

*Primum factum facit.*

## CAPVT VII.

*Bononiam Romamque sermonibus iuuat.*

**I**AM præstituta Hierosolymitanæ peregrinationi dies abierat, neque tamen (obnoxio adhuc hostium classibus mari) spes transmissionis dabatur vlla. Restabat vt ex votorum formula Pontifici Max. addicerent se. Patres ergo communi consilio statuunt, vt Ignatius, Petrus Faber, Iacobus Laines Romam petant; Pontificemque aduertes, ei vota & operam suam sociorumque offerant ad auxilium animorum.

**Interim**

Interim cæteri in celeberrimas Italiæ Aca-  
demias diuifi, studiosos literarum adoles-  
centes pietate imbuerent pellicerentque,  
fi quos Deus ad tuum numerum aggrega-  
tos vellet. In Academiarum partitione Xa-  
uero Bononiensis obuenit, non minimo  
illius ciuitatis bono. Namque vt Bononiam  
attigit, ad S. Dominici sepulcrum, cuius  
perstudiosus erat, sacris operaturus acces-  
sit. Fortè interfuit rei diuinæ Elisabetha  
Casilina Bononiensis, virgo Deo sacra, ex  
Dominicanorum sanctissima disciplina.  
Quæ Francisci sanctimoniam odorata, im-  
perare sibi non potuit, quin cum eo collo-  
queretur sub tacrum. Colloquium tale fuit,  
vt illa viri sanctitate capta teneretur. Erat  
Elisabethæ patruus Hieronymus Casilinus  
nomine, vir doctus iuxta ac nobilis, idemq.  
S. Petronij Canonicus, & Rector S. Lucix,  
in cuius ædibus habitabat. Hunc igitur Eli-  
sabethæ rogatu Franciscus adiit, & quâ ser-  
monis comitate, quâ sua uitate morum  
adeò sibi deuinxit, vt ille vltro ac prolixè  
cum domum suam inuitaret. Et Xauerius  
talis viri hospitio libenter vsus, conuietum  
hospitis recusauit, medicato (vci consuërat)  
vicitans cibo. Obseruabatur interim à  
Casilino eius virtutum admiratore, qui  
deinde etiam illarum præco extitit. Fran-  
ciscus ergo, etsi quòd tum infirma erat

*Hospitio vti  
tur Hiero-  
nymi Case-  
lini.*

38 FRANCISCI XAVERII

valetudine, plus animi attulerat quàm virium; tamen virtutis ardor, quod viribus deerat, abunde suppleuit. Haud secus quàm si optimè valeret (adeò immensa erat de hominibus benemerendi cupido) per omnia ferè Christianæ caritatis muni-, eximia eius benignitas vagabatur. Quotidie re diuina de more facta, agris in valetudinariis, vinctis in custodiis interuire, pueris & idiotis hominibus Christianæ doctrinæ rudimenta tradere, accedentium confessiones audire institit. Insuper in triviis compitisque ad multitudinem verba facere, non assidua magis quàm salubri ratione.

*Dedulitas  
eius in pro-  
ximis iun-  
dis etiã cum  
minis vale-  
ret.*

*Concionandi  
ratio.*

Neque enim nouum hoc speciosum & declamatorium concionandi genus, sed vetus illud ardens & prorsus Apostolicum sequebatur. Nullus orationis fucus, ornatusque verborum, sed maximus ardor animi spiritusque; grauissimæ certissimæque sententiæ, quas veritatis index orationis simplicitas & quasi negligentia commendabat. Oris totiusque corporis conformatio ad modestiam & humilitatem, spirabat eam, quæ in animo latebat, sanctimoniam. Emicans ex ore atque oculis pietas facile declarabat, quicquid diceretur, ex intimo animi sensu ardèntique pectore proficisci: quo feruentiora etiam ad auditorum mentes verba, tanquam faces, perueniebant,  
corum-

eorumque voluntates accendebant vehementius: ut satis appareret quam ignitum sit eloquium diuinum, cum ita iactatur ab hominibus, ut suppeditatur à Deo. Nempe erat Xauerio propositum, non gratiam hominum & popularem captare auram, sed in mentibus auditorum Dei timorem amoremque ingenerare; animorum utique salutis, non suæ existimationi coniuere. Summa porro concionum, ut acerbissimos sempiternosque cruciatus apud inferos improbis constitutos, rursusque æterna cumulatissimaque præmia, quæ bonos manent in cælo, proponeret: vitiorum quoque foeditatem & virtutum speciem pulchritudinemque non venustè sed grauius demonstraret. Sic iactum fatumque Dei verbum nec seignibus excipiebatur animis, & optatos Deo Franciscoque ferebat fructus. Complures quippe mortales, Deo bene iuante, è flagitiorum extracti cæno: non pauci ad frequentem Sacramentorum usum perducti: magna insuper pecuniæ vis elemosynæ nomine collata: cuius tamen ille ne teruncium quidem attingebat; sed ea in pauperes diuisa, ipse ostiatim victum sibi quærerat, simul egëtium necessitati prospiciens, & concionatoriam dignitatem. Quo factum est non modò quod agebat, ut quamplurimi resipiscentes piam Christianamque

*Summa concionum.*

*Concionum fructus.*

*Paupertatis amor.*

40 FRANCISCI XAVERII

namque vitam instituerent; sed etiam quod non laborabat, ut eius nomen omnium fermo ac fama celebraret. Nec in concionibus magis, quam in priuatis sermonibus officiique, mirabilis extitit. Casilinus eius hospes, de quo ante diximus, diligens eius obseruator, sic commemorabat. Fuisse Xauerium verbis parcum, sed mirè efficacem. De rebus vtique diuinis tanto animi ardore verba facere solitum, ut auditorum pectora inflammaret. In sacro faciendo, præsertim eo, quod de Christi Domini Passione appellamus, solenne illi fuisse, ab intimo animi sensu ingentem profundere vim lacrymarum. Quo in sacrificio nonnunquam ab se visum in commemoratione viuorum, cum eius animus adeò abstractus esset à sensibus, ut ministri vestem identidem trahentis reprehensionem nullo modo sentiret; nec antecircumactam horam ad societatem rediret corporis. Illum vtique (quod de Daniele dicitur) virum desideriorum extitisse, multaq; orationis. Igitur hæ res multos ciuium, ipsiūq; in primis hospitem, ad studium egregiæ pietatis adduxere; & apud eos Francisçi etiam post discessum, memoriam gratam ac celebrem fecere. Itaque Bononiæ haud minus diuturna sanctimonix suæ quàm industriæ reliquit vestigia. Nam Casilinus diuer-

*Xauerius  
verbis par-  
cus, sed mirè  
efficax.*

*In sacro de  
Passione Do-  
mini abstra-  
hitur à sen-  
sibus.*

diuersorium illud Xauerij deinde in honore habuit, & sociorum eius vltro citroq̃. commeantium hospitio adfixit. Procedente autem tempore, cum Societas IESV domicilium quæreret Bononiæ, non sine Dei nutu ac voluntate, proxima Francisci diuersorio domus ei obuēnit, ipsaque ædes S. Lucix, vbi ille sacrum factitauerat. Quo tempore Xauerianū hospitium sancti viri memoria, locique religio, in facellum vertit: vt idem Xauerij foret & diuersorij & sanctitatis monumentum. Porro id facellum, cum ædes S. Lucix reficeretur, nouo templo includi, & IESV circumciso dicari placuit. Credas illam societati sedem diuinitus per Xauerium destinatam. Bononiensi prouincia bene gesta, Franciscus Roman, vii conuenerat, media circiter Quadragesima venit, anno M. D. XXXIX. Diuersabantur tum Patres precario sub radicibus Collis Hortulorum (Montem Trinitatis vocant) in villa, quam eis Quirinus Garzonius, ciuis Romanus, honestus pariter ac pius, concesserat. Ibi omnes emendicato victitantes cibo, nec minùs salutis alienæ quàm suæ virtutis auidi, rei Christianæ communi consensu operam nauare, & in Christi vinea pro se quisque elaborare statuerunt, rati ex vrbe religionis sede, plurimòque martyrū cruore opima,

*Domus, vbi  
diuersatus  
est, in facel-  
lum versa.*

*Collis hortu-  
lorum.*

42 FRANCISCI XAVERII

vberrimos capi fructus posse pietatis. Primum igitur rectum consilium recte atque ordine exequentes, Pontificis Vicarium & Parochos adeunt. Facta ubicunque velent concionandi potestate, præcipua vrbis inter se diuidunt templa. Xaverio & Petro Fabro S. Laurentij in Damaso aedes obtigit, celebris in primis ac nobilis, vbi alternos inuicem ad populum sermones haberent. Hac igitur in aede, frequenti ac secunda concione, de rebus non dictu speciosis, se vsu necessariis, subinde differens, haud disparem melluit sementi messem; auditoribusq; non tam admirationi, quam (quod caput est concionatoris) saluti fuit. Nam populum Romanum crebris sermonibus ad honestatem, ad temperantiam, ad crebrum Sacramentorum vsum, pro virili parte compulit: cæterisque eius sociis eodem summa ope incumbentibus, Romana pietas rursus accendi, & antiquæ Romæ species paulatim redire visa. Nec populum excolens Xaverius teneram neglexit aetatem, sed eam vicatim Christianis præceptis ac mysteriis imbuere intentiore cura institit, haud dubius quin ciuitatum conformatio pendêret potissimum ex disciplina atque institutione puerili. Inter hæc, Patrum consultationibus decretisque, Societas IESV in Religionis formam redacta:

*In aede S. Laurentij in Damaso conciones habet ad populum.*

daesta: nec domi solùm ipsa fundari cœpta est, verùm etiam virtus eius atque industria probari foris; adeò vt Ignatij sociorum nomen vltimas quoque terras peruaderet, Deo nouam gentem disseminare toto orbe terrarum parante.

## CAPVT VIII.

*India prouincia diuinitus illi destinatur.*

**N**ONDVM erat Societas IESV Pontificis Max. auctoritate confirmata, cum Ioannem Luitaniæ regem hoc nomine tertium Ignatij & sociorum eius fama perpulit, vt aliquot ex iis à Pontifice & ab Ignatio per Petrum Mascarenam Legatum suum postularet. *Rex Lusitanie aliquot è Societate posulat.* Causa postuladi fuit, quòd Lusitani per ea tempora regis instructi classibus, nò minore successu quàm ausu, per ignota maria, clausas omni antiquitati vias ac terras aperuerant; ferisque ac barbaris nationibus subactis, trans Indum & Gangem, in vltima Orientis penetrarant. Ad eas gentes Christianis sacris imbuendas, Rex optimus, haud ignarus quantum id esset negotij, veros germanosq. Euangelij præcones destinabat animo: ratus Christiani regis nomine se dignum non esse, nisi populos in suam ditionem redactos, in Christi redigeret ditione.

De Igna-



## 44 FRANCISCI XAVERII

De Ignatij sociorumque eius egregia virtute, summaque in adiuuandis hominibus industria, multorum literis multa cognorat. Quocirca talium virorum auidus, Mascarene Legato suo magnopere mandauit, vt simul à Pontifice ipso, in cuius potestate illos esse acceperat, simul ab Ignatio, Societatis conditore, curaret, suo nomine, Sociorum quamplurimos. Nec defuit Regis studio sedulitas Legati. Rem cum Pontifice Ignatioque ita transegit, vt duos (plures enim tanta Sociorum paucitas non sinebat) ad eam rem impetraret. Erat utique non laboriosa magis quam periculosa prouincia. Quippe cum continenti multorum mensium nauigatione, per immensam Oceani vastitatem, per maria insanis fluctibus horrenda, in alium quasi orbem terrarum traiciendum foret; & barbaræ ac feræ nationes, haud minore in horas singulas periculo excolendæ quam adeundæ. Cæterùm hæc mortalium terricula viros Christi crucisque amatores, quibus *uiuere Christus esset, & mori lucrum*, vltro etiam inuitabant. Itaque vbi cognitum est ipsorum duos in Indiam ituros, erecti expectatione, eamque sibi quisque prouinciam expetentes, tantæ rei taciti opperiebantur euentum. Socios tum Ignatius auctoritate magis quam imperio regebat, vir vel sancti-

tatis

Phil. cap. 1.

tatis miraculo, vel Societatis institutione venerabilis. Is primò Indiam Simoni Roderico & Nicolao Bobadillæ decreuerat, non sine pia quadam amulatione ceterorum. Sed Franciscò vtique diuinitus ea prouincia debebatur. Iam Simon, et si quartanæ obnoxius febri, per nauis occasionem in Lusitaniam transmiserat; & Bobadillam adhuc Romæ aduersa tenebat valetudo, quominus cum Regis Legato professionem maturante ire posset. Quocirca Ignatius, consulto intentius per preces Deo, Franciscum ad se accersi iubet nonnihil iam suspicantem. Tum hilari vultu vt solebat: Nimirum, inquit, Franciscè, Indiam Prouinciam tibi Deus ipse destinauit. Bobadilla, cui à me destinata erat, » longinquo implicitus morbo, vt vides, eam » obtinere nequit: reliqui socij maxima ex » parte, Pontificis iussu, pijs per Italiam negotijs distinetur. Te ego alios ad vsum apud » me retinere statuerã; sed Deo aliter visum, » qui segregauit te in Euangelium suum. Age igitur Rom. cap. I  
macte virtute vir Ducem sequere Deum, » qui te haud dubiis signis in Indiam vocat. » Iam te ad tantum opus cælestis illa excitet » flamma, qua te semper ardentem vidimus, » Iam altitudine animi tui, iam magnitudine » prouinciæ, iam mortalium cælestiumque » expectatione dignos spiritus cape. Ne pluribus

ribus

46 FRANCISCI XAVERII

» ribus super tanta re tecum agam, tua mihi  
 » haud ignota virtus facit, & scilicet illa nu-  
 » tum, non modò imperium, præuertere so-  
 » lita obedientia. Cui hæc ipsa superuacanea  
 » videri possunt, cum satis superque foret  
 » dicere, I, sequere in Indiam vocantem  
 » Deum. Ad hæc Xauerius virginali suffusus  
 rubore, cum dixisset se Christi causa pa-  
 ratum esse ad omnia, manantibus gaudio  
 lacrymis, ingentes illi secundum Deum  
 gratias egit, quòd suum votum impleret.  
 Sensisse quidem se olim ad Indorum salu-  
 tem curandam diuinitus impelli; sed iam  
 accessisse ad diuini numinis instinctum,  
 eius, quem diuinæ voluntatis interpretem  
 duceret, auctoritate. Quocirca se id quic-  
 quid esset siue oneris, siue periculi, non  
 dubitanter subire. Nam vt cætera sibi hu-  
 mana diuinæque præsidia deessent ad ob-  
 sequendum Deo, propensam obsequendi  
 voluntatem certè non defuturam: eun-  
 demque fore & obedientiæ finem, & vitæ.  
 Spectata est in ea re Francisci non obtem-  
 perandi tantum propensio, sed magnitudo  
 quoque animi singularis. Nullum tum erat  
 in India, aut vsquam omnino præterquam  
 Romæ, Societatis domicilium, quò diuer-  
 tere, vbi diuersari posset. Societatis in Lu-  
 sitania Indiæque ea conditio futura, quam  
 ipse fecisset. Indicum porrò iter, & barba-  
 rarum

*Francisci  
 obedientia,  
 & magni-  
 tudo animi.*

rarum gentium peragratio haud minus periculorum habebat, quam ærumnarum. At ille martyrij avidus, sperare cœpit ab India, quod Hierosolyma denegarat. Quocirca omnes difficultates ac discrimina, ab animi fortitudine Deique fiducia contemnens, protinus Ignatio, quasi cælesti voce iussus, dicto audiens fuit. Ab eo digressus exemplo parare se ad iter, lætus optatum negotium diuinitus delatum sibi esse in sinum. Nec quisquam omnino domesticorū fuit, quin liquidò affirmaret diuino prorsus consilio nutūque factum esse, vt Xauerius potissimum eligeretur ad nouam illam Indiæ prouinciam delibandam. Subibant quippe eorum animos crebri illius sermones, quibus immensam Indiæ messem efferre, & Indorū per inscitiam pereuntium cladem deplorare consuērat. Proinde eum maxime idoneum censebant ad depellendam calamitatem, qui maxime miseraretur. Recensebant etiam visum quoddam, quod Iacobus Laines olim sibi à Francisco con-  
tubernali suo indicatum enuntiarat aliis. Visus enim sibimet sæpe Xauerius per quietem humeris Indum aliquandiu vecta-  
re adeò grauem, vt ipso pondere fatigatus excitaretur è somno. Quod quidem rei futu-  
ræ indicium potius, quam sopitæ mentis ludibrium fuisse, deinde ostendit euentus.

*Francisci  
somnia de  
Indo hume-  
ris ab se ge-  
stato.*

Francis-

## 48 FRANCISCI XAVERII

*Professione  
Iudicam in  
posterũ diem  
parat.*

Franciscus igitur hæc spes & cogitationes secum in Indiam portans, tam longinqua professione in posterum diem parata, documentum fuit, quam parum erga humanas res sit affectus, qui totus aptus ex Deo pendeat.

## CAPVT IX.

*Adito Pontifice, in Lusitaniam proficiscens, magnarum virtutum indicia edit in vi.*

**C**AETERVM prius quàm se in viam daret, ita demum omnia prospere ac feliciter successura sibi existimans, si ex auctoritate Christi Vicarij tam difficilem prouinciam suscepisset; Paulum Tertium Pontificem Max. adit: pedesque de more osculatus, faustam ab eo precationem certasque indulgentias petit, tacito utique ipsius imperio in Indiam iturus. Et Pontifex Indica expeditione lætus, excepit cum comiter benignèque. Inde benedictione indulgentiæque liberaliter, non solũ libenter concessis, in hæc ferme sententiam locutus est: Equidem ingentes diuinæ benignitati grates ago habeoque, quòd me Pontifice reuerlura sit in Indiam fides, quæ ab Apostolis olim introducta, paulatim  
barba-

*Oratio Pauli  
111. Pont.  
Max.*

barbaris illarum gentium cesserat mori-  
 bus. Tu verò non modò nostra auctoritate,  
 sed etiam Dei, cuius personam gerimus,  
 impulsu excitatus, pari animi magnitudine  
 tantam capesse prouinciam, memor te in  
 Indiam per homines vocari a Deo. Quis  
 vocet, non qui sis, tecum reputa. Memento  
 te ab illo vocari, *qui vocat ea quae non sunt, tan-* Rom. 4.  
*quam ea quae sunt.* Neque enim tam idoneos  
 ad opus quarit, quam ipse deligendo facit.  
 Quemcumque elegerit, huic & animorum  
 suggerit & virium satis. Nisi fortè obscu-  
 rum est, vel ipsos Apostolos per se ab om-  
 nibus rebus imparatos fuisse. Atqui isti  
 piscatores, rerum verborumque imperiti,  
 quid non Dei missu ductuque fecerunt?  
 quae regna, quos populos, quas gentes Cru-  
 ci non subegerunt? Atque vt ceteros ta-  
 ceam, Thomas Apostolus quam bene rem  
 Christianam gessit in India, quò tu nunc  
 eodem Deo auctore tendis! Quot barbaras  
 nationes mitigauit! quot inanium Deo-  
 rum aras euertit! quot regnis suaue Christi  
 iugum imposuit! Nec verò te ærumnarum  
 aut mortis terror ad audendum facere de-  
 bet lægiorem. Vilis hæc est vita æternam  
 meditati; & mortali honesta beatæque  
 mors omnibus votis expetenda. mortem  
 verò contemnenti, aut etiam optanti, quid  
 graue, quid acerbum, quid horrendum

D            videat

50 FRANCISCI XAVERII

» videatur? Perge igitur, & Dei ductu, S:  
 » Thomæ exemplo, Christianæ religionis  
 Ica. cap. 59. fines longè lateque profer in Oriente. Non  
 » est abbreviata manus Domini. Ecclesiam qui  
 » olim per Apostolos fundavit, subinde per  
 » Apostolicos viros auget ornatque. Tum  
 Franciscus vultu demissionem animi præ-  
 ferens, in hunc ferè modum respondit:

Francisci re- Quid tandè in hoc genere efficere queam,  
 sponsum. Pater beatissime, cur ego potissimum ad  
 » tantum opus deligar, equidem non video;  
 » ceterùm existimandum iis relinquo, qui  
 » delegerunt. Non obtemperantis est, quid  
 » possit, considerare, sed imperantis. Ego  
 » verò quantum meis ipse diffido viribus,  
 » tantum divina ope providentiæque confi-

I. Cor. 1. do, quæ infirma mundi eligit, vt confundat fortia,  
 » ne gloriatur in conspectu eius omnis caro. Proinde  
 » sic in animum induco meum, quò auctore  
 » tantam prouinciam susceperim, eodem  
 » adiutore me ex eius sententia gesturum.  
 Pontifex ingentis indolis specimè ex aspe-  
 ctu ac sermone Xauerij cum cepisset; ra-  
 tus propagatori religionis apud Indos ma-  
 iore quadam auctoritate opus esse, vltro  
 suam illi potestatem, quoad opus foret, imp-  
 pertit. Qui ipse Apostolicum cum Legatum  
 Franciscus in India constituit, eiusque rei diploma Lu-  
 Apostolicus sitani Regis Legato dedit tradendum Re-  
 Legatus in gi, quo, si videretur, Xauerium in Indiam  
 Indis consti- abeun-  
 titur.

abeuntem ornaret. Franciscus igitur, qui haudquaquam tanto oneri ferēdo esse sibi videretur, dilato munere, quā si delatum esset, latior reuertitur domum. Inde non sine mutuis lacrymis digreditur à domesticis, magno sui desiderio cunctis relicto; nihil omnino præter vestitum cui assueuerat, & Romanum Breuiarium, secum ferens. Profectus est ab vrbe in Lusitaniam cum Mascarena Regis Legato, Paulo Camerte comite, (is per eos dies Ignatio se adiunxerat) anno post Christum natum M. D. XL. protinusque in ipso itinere non obscuriora dedit signa modestiæ, quā sanctitatis suæ. Nam cælestium licet rerum contemplationi deditus, humanitatis tamen memor, officiosum ad eò se omnibus præbebat, vt in diuerforiis lectulo cubiculo comitibus cederet, deterrimis rebus ipse contentus; cessantibus insuper famulis, in curandis comitum equis, aliisque seruilibus ministeriis, ad omnia descenderet, famulus verius quā comes. Cæterum nihil illo iucundius in consuetudine, nihil ad omnem rationem humanitatis accommodatius: omnes omni ratione demereri, benignè vnumquemque alloqui, comiter & ipse ad alios accedere, & ad se accedentes accipere, hilari semper esse vultu, facile aliis ac libenter obsequi, gratos iucundosq̃.

*Comitibus  
equos curans*



miscere sermones. Sed talibus in rebus (id quod difficillimum est) adeò tenebat modum, ut grauitate comitatem moderante, omnia eius tum facta, tum dicta, sanctimoniam redolerent. Proprium ac perpetuum eius erat, colloquia vel de piis rebus, vel pietate condita ferere; omnesque quibuscum promiscuè versabatur, occasione aliqua oblata, aut illato sermone, ad odium vitiorum, ad vitæ emendationem impellere, admonitos ut vitia quæ remedia grauius ferrent. Salubrem talium sermonum amaritiam multa humanitatis condimenta mitigabant. Et varij calûs Xauerij sedulitatem non verbis quàm rebus admirabiliorem fecêre. Legatus prodromo iratus, quòd negligenter curasset hospitium, acriter eum obiurgarat. Ille digressus à Domino (ut erat æquè promptus ira linguæque) apud comites intemperantiùs in absentem inuectus erat, audiente Francisco. Qui expectandum ratus, dum ira decederet, sedatusque animus admitteret curationem; in præsentia rem dissimulauit. Postero die obseruare hominem, occasione reprehensionis imminens. Inclinato in vesperam die, præcurrere de more prodromus cœpit, ad præparandum hospitium. Franciscus ergo conscenso protinus equo, (plerumque enim, etsi erat equi copia, paupertatis studio

*Reprehensionis opportunum tempus expectat.*

studio pedibus iter faciebat) stimulos subdit, & incitato cursu subsequitur præeuntem. Iamque assequebatur, cum peropportune prodromi equus corruens sua mole equitantem oppressit. Haud procul exitio erat, cum superuenit Xauerius, eumque periculo eximit. Mox admonitioni viam aperiens, quid te de futurum erat, inquit, si repentina mors, quæ haud procul abfuit, occupasset inuisum Deo, nondum expiata hesternæ iracundiæ & intemperantiæ linguæ? Ea vox prodromi animum (cum tanti periculi, quò euaserat, species oberraret oculis) adeò perculit, ut resipisceret. Quocirca subeunte animum memoria hesterni furoris, iræ suæ impotentiam, & linguæ temeritatem agnouit: ac deinde Xauerij suafu, conitibus, quos offenderat, satisfecit. Franciscus porrò cum fatigatos ex itinere comites omni obsequio reloueret, periclitantibus, si manu non posset, succurrebat prece. Vnus è primoribus Legati affeclis torrentem amnem, dissuadentibus cæteris, equo transire ausus, ad vltimum periculi venerat. Iam rapidos in gurgites delatus, regere nequibat equum; iamque vorticibus implicitus, prærapidi fluminis impetu ad certum auferebatur exitium; cum aliis pauore defixis, Francisci virtus tantum periculum discussit. Nam cæteris ad numen

comprecandum incitatis, ipse intentiùs  
 cœpit orare. Nec frustratæ sunt eum pre-  
 ces. Repentè ille profundo emerfus flumi-  
 ne, quâ leniore tractu ferebatur amnis,  
 equum statuit in vado; additoque diuina  
 ope comitumque hortantium vocibus ani-  
 mo, ad vltiorem ripam euadit, Francisci  
 vtique precibus omnium consensu à præ-  
 senti morte reuocatus. Inde cùm in Alpium  
 iugis iter fieret, passim nix cumulata ven-  
 to, inuix rupes, & saxa vestigium subinde  
 fallentia, ingredientium equos non sine  
 equitum periculo fatigabant. Igitur Legati  
 Secretarium fortè ex equo prolaptum in-  
 gens niuis aceruus hausit. Erat is locus lu-  
 brica in rupe atque præcipiti, quam minax  
 subibat torrens. Discriminis magnitudo à  
 ferenda ope comitum proximos absterreb-  
 at, veritos ne ille adiuuantes traheret po-  
 tiùs, quàm sequeretur. ira occupatis metu  
 animis, alius alium intuentes in eodem  
 hærebant vestigio. Cunctantibus super-  
 uenit Xauerius, qui alienæ magis, quàm  
 suæ salutis memor, protinus ex equo de-  
 silic, illumque summa vi niue extractum  
 manifesto periculo eximit, pari cum peri-  
 culo suo. Hoc ille tanto Francisci prome-  
 rito deuinctus, eum deinde semper tan-  
 quam vitæ salutisque suæ parentem coluit.  
 Ipse quoque Legatus & egregiis hisce fa-  
 ctis, &

*Comitè pre-  
 cibus è flu-  
 minis vorti-  
 cibus eripit.*

*Legati Se-  
 cretarium è  
 niue extra-  
 hit.*

tis, & sanctissimorum suauitate morum  
 captus, Xauerium eximiè diligebat. Nec  
 Franciscus sat habuit comitibus omni ra-  
 tione prodesse, sed obuios quoque, vtcun-  
 que poterat, iuuabat; in diuerso. iis præfer-  
 tim cauponisque, per occasionem omnes  
 docendo monendoque ad honestam Chri-  
 stianamque incitans vitam. Egregia verò  
 eius pietas subinde Euâgelicæ perfectionis  
 exemplum edidit, non minùs imitationis  
 apud religiosos viros, quàm admirationis  
 apud ceteros, habiturum. Pyrenæo saltu  
 superato, in Pompelonis fines ventum erat.  
 Haud procul patria iter habebat, eius ma-  
 ter, propinqui ac necessarij minimè deuij.  
 si eam occasionem dimisisset, non erat  
 ignarus, propter Indiæ longinquitatem,  
 nullâ prorsus eos visendi facultatem post-  
 hac futuram. Simul intelligebat, nihil sibi  
 à matre, pia femina, (nam pater mortem  
 obierat) nihil à cognatis periculi fore. In-  
 stabant comites, vrgebat ipse Legatus, vt  
 eos ex itinere salutaret. Xauerius tamen,  
 veritus ne quem fortè sociorum mintis  
 cautum olim suo exemplo impelleret in  
 fraudem, nullo modo flecti potuit, vt ad  
 suos salutandos paulisper diuerteret. ita pio  
 erga propinquos odio declarato, & verum  
 se Christi discipulum præbuit, & docu-  
 mentum fuit hominibus Deo sacris, vt

*Patriâ præ-  
 terit cognatis  
 ne salutatis  
 quidē.*

multo magis si diuino obstarent obsequio, inimicorum loco domesticos haberent suos. Verùm ne insolita res offenderet Legatum, eiusque comites cælestis huius philosophiæ rudes; conatus est sermonis comitate aptisque rationibus suam illis probare causam. Peragrata igitur celeriter Hispania, Olyssipponem ad Regem Lusitaniæ cum Legato ire contendit. Et Legatum ex diutina intimaque familiaritate Xauerij tanta iam admiratio cœperat viri, ut sibi imperare non potuerit, quominus certum ad Regem tabellarium cum literis de Francisci laudibus destinaret ex itinere: quæ res ingentem Regi visendi ornâdique Xauerij cupiditatem iniecit. Itaque Olyssipponem iam fama notus expectatusque peruênit.

## CAPVT X.

*Ab Rege Lusitaniæ benignè acceptus,  
Olyssipponenses ad studium pietatis  
excitat.*

*Olyssipponis  
descriptio.*

**O**LYSSIPPO vrbs regia est non longè ab Oceani littore, Lusitaniæ totius longè maxima, eademque portu egregio, quem flumen Tagus urbem præterfluens efficit, Indicarumque rerum commercio cele-

celeberrima. Huc igitur vt peruentum est; Xauerius eò se venisse latus, vnde in Indiam solueretur, Simonem Rodericum, *Simonem Rodericum quartana liberat.* Indicæ expeditionis socium, qui iamdudum (vt antè diximus) eò transmiserat, offendit adhuc quartana laborantem: & fortè illo ipso die febris erat reditura. mirum dictu: agrum hominem ex insperato amplexans tanta perfudit lætitia, vt febris in perpetuum exclusa, siue gaudij magnitudo, siue potius virtus Xauerij, vim omnem excufferit morbi. Itaque simul ex defatigatione itineris refecit vires, accersitus in regiam, cum Simone iam valente Regem adit, se suamque illi operam ad Indorum auxilium offerens. Rex qui de Francisci *Regis Oratio.* eximia virtute ex Legato multa comperisset, benignè vti que excepto, in magna » procerum corona, Summopere, inquit, » lator, Patres, de vestro in Lusitaniam ad » Indiæ salutem aduentu. Nec dubito quin » eadem vobis haud minoris lætitiæ sit cau- » sa quàm mihi. Aperitur quippe vestræ in- » dustriæ immensa vastitas Indiæ, quæ dili- » genter, vt spero, & constanter exculta, » vberimos fructus promittit animorum: » tanta vbique cernitur ad Christi fidè pro- » pensio. Equidem per omne regni tempus » antiquiorem religionem quàm regnum » habebō; tum demum illarum me, gentium »

» Regem existimaturus, cum eas caelesti  
 » Regi parere cognouero. Quocirca nihil  
 » mihi, spero etiam Deo, à vobis gratius ac-  
 » cidere potest, quam ut mecum totis viri-  
 » bus in eandem incumbatis curam Orien-  
 » tis Christo communi Domino adiugendi.  
 » Si cum vestri dissimilibus agerem,horta-  
 » rer vos, ne obstantis naturæ difficultates,  
 » exæstuantis Oceani minas, infiniti pend  
 » itineris ærumnas, barbararum gentium  
 » congressum formidaretis: neu quò alio-  
 » rum cupiditas alacris aduolat, vestra pietas  
 » cunctaretur ire. Verùm quid ego vestram  
 » virtutem accendere verbis coner, cum fat  
 » nouerim vos Christo & Euangelio mili-  
 » tantes, diuinam gloriam, salutemque ho-  
 » minum, ex periculis accerfere? nec quic-  
 » quam optabilius ducere in vita, quam pro  
 » Deo honesta morte defungi? Nihil pro-  
 » fectò natura ita clausit, quò non valeat  
 » vera virtus perrumpere. Deo bene iuuan-  
 » te, non Indiam solùm Euangelio aperietis,  
 » sed vltima quoque Orientis. Ibi vos aut  
 » vita meritis conspicua, aut gloriosus vitæ  
 » exitus manet. Proinde dum classis se in-  
 » struit, vernum tempus expectans, vos quo-  
 » que ad iter necessaria comparate. Nobis  
 » curæ erit præstare, ut neque in Lusitania,  
 » neque in India, quicquam requiratis. Tum  
 » illi, maximis Regi gratis actis, ita respon-  
 » dent:

dent. lampridem se exploratâ habere summam eius cupidinem diuini cultus augendi: liberalitatem autem religioni parem non Romæ solùm ex multorum sermone cognouisse, sed nuper etiam ipsosmet in itinere multis esse documentis expertos: vt magis conuicti deberent tanti Regis meritis respondere, quàm dubitare an sui similis esset futurus. Et quoniam omni voto expetere Indiarum ceteraque Barbariarum afferre Euangelij lucem; haud cunctanter qualicumque ipsorum operâ vteretur ad Indorum & Orientis auxilium. Et si enim & se & illum nossent, sentirentque semet tantæ moli, tantoque ipsius ardori nec animis esse, nec viribus pares; cõfidere tamen, Deum, qui onus imponat, quod virium desit additurum. Deo duce, ac pro Deo, quid discriminis recusandum? Sibi utique primam curam diuinæ gloriæ esse oportere, honestamque mortem quacunque vitæ potiore. Certamen inde ortum inter Regis liberalitatem, & Francisci Simonisque modestiam. Rex prolixè omnia eis pollicitus, benigno sermone facta benigniora adiicere: illi contra votiuarum paupertatis tenaces, delatis ab Rege commoditatibus vti nolle. Postremò vicit beneficam Regis naturam constans seruorum Dei in proposito volûtas: cessitque Rex non æquitate causæ

*Responsam  
Xaverij &  
Roderici.*



*Recusato la-  
to domicilio,  
ad valetudi-  
narium di-  
mersatur.*

causæ victus, sed admiratione virtutis. Dimissi ab Rege, protinus recusato lauto domicilio, quod vltro offerebatur, ad publicum valetudinarium tendunt, cum ingenti laude non modestiæ magis quam pietatis. Satis quippe constabat, eos ibi potissimum diuersari voluisse, vt liberius agris Christi causa ministrarent. Nec illorum benignitas & industria expectationem frustrata

*Vitæ ratio in  
valetudina-  
rio.*

est ciuitatis. Vitæ ratio in valetudinario huiusmodi fuit. Ante lucem per horam res diuinas meditati, sacerdotalis officij penso rite perfoluto, sacrum faciebant prima luce: quod supererat temporis in ægrorum corporum cura, animorumque salute, impensè simul & hilariter absûmebant, aliàs mœstis & afflictis solatia & subsidia afferentes, aliàs moribundos roborantes ad vltimum illud certamen discrimenque; nunc excipientes peccatorum confessiones, interdum consulentibus de rebus salutaribus respondentes. Neque is labor aut

*Ciuium plu-  
res ad hone-  
stam vitam  
renocantur.*

obscurus aut irritus fuit. Ciuium plerique, fama eorum sanctitatis illecti, cœperunt vulgò ad eos ventitare. Et illi perpetuò de rebus piis ac salubribus non minori animi sensu quam ardore differentes, plurimos ad odium vitiorum, amoremque honestatis, & scilicet ad pium frequentemque Sacramentorum vsum compellebant, vitæ  
iam

iam prioris oblitos. Quæ consuetudo sacra  
 mysteria frequentandi Olyssipponem tum  
 primum longo interuallo reuocata, totam  
 deinceps peruasit Lulitaniam, vel cum  
 singulorum ciuium salute, vel cum vniuer-  
 sarum emolumento ciuitatum. Innumera-  
 biles enim vbique mortales ( vt Lulitana  
 gens est ad pietatem satis propensa ) anti-  
 quam illam piè sanctèque viuendi ratio-  
 nem innouarunt. Multi caelestis vitæ capi  
 dulcedine, diuino instinctu ad varias reli-  
 giosorum hominum familias aggregarunt  
 se. Nonnulli quoque ipsorum expetierunt  
 Societatem, per id tempus à Paulo Tertio  
 Pontifice Maximo rite comprobatam. Ita-  
 que ingenti morum facta mutatione, alia  
 forma, alia facies ciuitatis esse. Neque  
 iam plebs tantum, sed nobilitas quoque,  
 Sacramentorum consiliorumque causa,  
 illorum diuersorum frequentabat. Et lo-  
 ci hominumque humilitas rem illustri-  
 orem faciebat, egentium aduenarum hospi-  
 tium primoribus ciuium celebrantibus. Ad  
 vltimum eximia illorum virtus rerumque  
 humanarum despicientia cunctæ ciuitati  
 miraculo fuit. Iam in vulgus relatum erat  
 duodecim Romæ Sacerdotes ( duo  
 ad decem illos accesserant ) Societatem  
 inter se coisse. Ex quo numero in duobus  
 illis, quos apud se haberent, intueri sibi  
 vide-

*Sacramen-  
 rum frequēs  
 vsus in Lu-  
 sitaniam in-  
 troducitur.*

62 FRANCISCI XAVERII

*In Lusitania  
Apostolus  
appellatur.*

videbantur nescio quod specimen vitæ  
Apostolicæ. Itaque eos populus, siue ex pari  
numero, siue ex quadam vitæ similitudine,  
Apostolos, nimis amplo scilicet vocabulo,  
appellare cœpit; & quamuis inuitos & re-  
clamantes vocitare perseverauit. Quippe  
natio Lusitana non minus in cœptis con-  
stans, quàm in consiliis pia, nullis percelli  
rebus potuit, vt reuocaret quod semel de-  
didisset, vt credebat, veritati. Quin etiam eò  
progressâ res est, vt ad ceteros quoque e  
Societate, tota ferme Lusitania, idem cog-  
nomen perueniret.

CAPVT XI.

*Profectio eius in Indiam frustra  
impeditur.*

**E**GREGIA verò Lusitanorum pietas,  
Patribus tali nomine oneratis veriùs  
quàm ornatis, expeditionem Indicam non-  
nihil deinde turbauit: sed ita, vt variantibus  
hominum voluntatibus, de Francisco fixa  
Dei extaret voluntas. Nam primorum ci-  
uium nonnulli, Xauerij & Roderici admo-  
dum studiosi, vtilitatem ciuitatis non præ-  
senti solum fructu, sed etiam futuri spe  
emolumenti æstimantes, rationem tales  
viros retinendi in Lusitania, inter se inire  
cœpe-

cœperunt, rati suum commodum præferendum alieno. Res igitur primùm cum Regni primoribus agitata: denique cum satis multos iam grauesque & auctores & adiutores haberet, deferretur ad Regem. Ostendunt proceres pro se quisque quantum emolumenti ab Ignatij sociis tam breui temporis spacio regia ciuitas ceperit: quantum ab iisdem opis sperare Lusitania possit vniuersa, si eos non hospites ad breue tempus, sed perpetuos incolas habuerit. Lusitaniæ protecto vrbisque regni salutem, quippe quæ propior sit quàm India, etiam potiore Regi esse oportere. Cur igitur, vt barbaris gentibus cõsuleret, patriam ipsam tam præstanti nudaret præsidio: cur tanto ac tam salutari bono India potius quàm Lusitania frueretur? Quocirca si idem Regi videretur quod cæteris, eximios illos viros velut eius gentis semina mandaret Lusitaniæ: vt Seminarium ad manum foret, vnde idoneos Sacerdotes in Indiam submitteret. Rex probata procerum sententia, proximisque primùm consulendum ratus, omisso in præsentia Indiæ iuuandæ consilio, ambos instituendo talium Seminario virorũ retinere decreuit in Lusitania. Quod cum ex amicis Rodericus Xaueriusque rescissent; enimvero nec opinato nuntio commoti, protinus Ignatium

tium per literas de nouo Regis consilio admonitum, quid opus facto sit consulunt. Qui re cum Pontifice communicata, totam rem ad Regis arbitrium reijciendam censuit, haud dubius quin ei presens rerum tractatio certiora consilia esset subiectura. Dantur literæ eodem tempore à Pontifice ad Regem, ab Ignatio ad locios: id negotium omni ex parte permisso Regi. Quod si is super ea re Ignatij sententiam exquireret, commodissimum videri, rem omnem ita diuidi, vt Simon haberet in Lusitania, Franciscus in Indiam pergeret. Rex ergo Ignatij consilium secutus, ambos ad se accersiri iuber. Accurrunt illi haud securo quidem animo, sed ex diuina prouidentia suspenso. Tum Rex benignè, vt solebat, quid sibi ab Vrbe de ipsis permissum esset præsatus, quid iam deliberatum haberet, expromit: Simoni manendum in Lusitania, qui Collegium Conimbricæ inchoaret, Seminarium submittendorum in Indiam: Francisco in decretam sibi Indiæ prouinciam proficiscendum. Proinde uterque ad suum se munus, quanquam dissimile, pari studio quàm primum pararent, haud ignari sæpe dissimillimorum munerum paria esse præmia, Deo non tam opus spectante quàm studium. Ibi Xaverius repente ex magnâ metu in magnâ latitiam  
versus,

versus, ingentes Regi grates agere, quòd se voti compotem fecisset; & cum talis comitis desiderio suum miscere gaudium: demum pro tanto beneficio non gratam modò, sed etiam solertem operam polliceri. At Rodricus spei voti que irritus, primò insperata denuntiatione percutus, oculis vultu que motum pratulit animi: deinde vbi se collegit, in hanc ferme sententiam æquo animo vultu que respondit: Tantum » quidem doloris Indiam ademptam suo incussisse pectori, quantum dissimulare nequiuerit: sed quoniam diuinam voluntatem, Ignati, Regis, Pontificis consensio » satis declararet, haud ægre cuius causa eam » suscepisset prouinciam, eiusdem imperio » depositurum. Quocirca fore utique se in » Regis potestate, lætum Seminario instituendo aliquid se quoque operæ Indis nauaturum, cum, quos ipse non posset, per » alumnos disciplinæ excoleret suæ. Ita ab » Rege digressi, ad suum vterque munus » vertere curam.

66 FRANCISCI XAVERII  
CAPVT XII.

*Navigaturus in Indiam, ab Rege Pontificum diploma legationis accipit, Viaticum recusat.*

FRANCISCVS igitur suam expeditionem tam euidenibus mortalium Deiq. iudiciis comprobata, non comiteu rebusque opportunis, sed appositis commentationibus & salubribus consiliis intruere cepit. Nolebat scilicet notus ac rudis, sed meditatus paratusque ad tantæ prouinciæ molem accedere; & per otium cogitare, quæ deinde vsui forent, ne agendi tempus in cogitando consumeret. Vbi adfuit Indicæ profectiois dies, Rex, Francisco ad se vocato, in hunc maximè modum locutus

*Regis Oratio.*

dicitur: Paratæ sunt naues, Franciscæ Xaveri; tempus instat tibi ad eò expetitur  
» transmittendi in Indiam. Ego verò adhuc  
» satis multa magnaque habeo documenta  
» vel virtutis vel prudentiæ tuæ: vt nostram  
» tibi hortationem supermacaneam esse credam,  
» ex præteritis futura coniectans. Cæterum ne nostro videamur de iussu officio,  
» currentem, vt dicitur, incitabimus.  
» Primum igitur Ethnicas gentes nostro imperio additas, Ecclesiæ addendas tibi committo,  
» ne latius imperium meum, quam  
Dci

Dei Religio, proferatur. Deinde Lusita-  
 nos homines illis in locis versantes, pro  
 mea in eos paterna caritate, tuæ sic tra-  
 do commendoque fidei, vt cupiam te  
 nostræ beneuolentiæ vicarium succedere.  
 Non ignoras profectò Regibus ad regno-  
 rum administrationem multis & manibus  
 & oculis opus esse. Quocirca te ego oro  
 quæsoque per illum ipsum Deum, qui  
 tibi huius expeditionis dux est & comes,  
 vt præsidia nostræ ditionis ( quod tuo  
 commodo fiat ) obeas lustrésque sedulò,  
 nosque de omnibus rebus ad religionem  
 spectantibus subinde facias certiores. Ita  
 demum impedimentis, si qua sunt, ce-  
 leriter sublatis, Christiana religio tuo con-  
 filio atque operâ, nostra ope ac præsidio,  
 Indiam Orientemque percurreret. Me qui-  
 dem priùs regnum deferret, quàm stu-  
 dium augendæ religionis. Hanc omnibus  
 opibus, hanc omnibus neruis propagare  
 certum est. Tuæ sunt partes, nec susceptæ  
 causæ, nec nostro studio deesse. Quic-  
 quid diuinus cultus, quicquid res Christia-  
 na opis subsidiique desiderare videbitur,  
 fidenter postula: fiet quod postulaueris; &  
 ego sumptum pro religione reponam in  
 lucro. Quare age Francisce; & quoniam  
 haud dubio diuini numinis instinctu du-  
 ctuque ad difficillimam ex omnibus pro-



» uinciam tendis, gere animos quos huc at-  
 » tulisti: & qua virtute emines in Lusitania,  
 » hanc fer tecum in Indiam. Inde Rex, pro-  
 » lato Pontificis diplomate, adiecit: Atque ut  
 » intelligas maximam tibi rerum gerenda-  
 » rum potestatem non à me solùm, sed etiam  
 » à Christi Vicario permitti darique; en tibi  
 » Pontificium diploma, quo Apostolicus Le-  
 » gatus in India constitueris, simul testimo-  
 » nium potestatis, & incitamentum indu-  
 » striæ. Tum Xaverius, qui dudum ad laudes  
 » suas erubuerat, diplomate non verecun-  
 » dius quàm reuerentiùs accepto, Si quàm  
 » bene te, Rex optime, existimare de me  
 » video, inquit, tam vere existimare sen-  
 » tirem, sanè talis & Regis & viri iudicio  
 » admodum lætus, Deo bonorum omnium  
 » largitori gratularer. Sed nimirum eximia  
 » tua probitas fallitur opinione virtutis alie-  
 » næ. Ego meæ tenuitatis ac nequitia con-  
 » sciis, non insaniam, si de me plus aliis  
 » ipse credam, quàm mihi? Profectò ho-  
 » muncioni nequam ac prorsus nihili (veri-  
 » tatis hæc verba sunt, non submissionis) vel  
 » abs te, vel à Pontifice longè plus oneris  
 » imponitur, quàm mea imbecillitas ferre  
 » queat: malo tamen oneris magnitudine  
 » opprimi, quàm quod Dei nutu imponatur,  
 » ab infirmitate animi aut nunc detrectare,  
 » aut ynquam deponere. Nimirù Deus vires  
 addit

*Responsum  
 Xaverij.*

addit cum onere, & facultatem cum pote-  
 state largitur. Quocirca caelesti subnixus  
 ope, in omni vita efficere nitar, vt omnes  
 intelligant, meminisse me, quam perso-  
 nam à Deo, à Pontifice, ab Rege Lusitania  
 impositam hac mea sustineam tenuitate:  
 omnibusque in dictis ac factis citius me  
 deficiet vita, quam fides. Hac elocutum  
 Rex familiariter admonet, videret etiam  
 atque etiam ecquid vel in Lusitania vel in  
 India desideraret: imperasse se utrobique  
 magistratibus, vt ei, quaecunque vellet,  
 impigre curarent. & simul regias ei literas  
 tradit, non commendationis magis plenas,  
 quam auctoritatis. Franciscus, actis Regi  
 gratiis, manumque eius de more osculatus,  
 domum reuertitur, vt, amicis valere iussis,  
 conscenderet nauim. Nec Regis dicta fa-  
 ctis benigniora fuerunt. Magistratibus pro-  
 curatoribusque regiis mandauit fanè dili-  
 genter, vt Francisco eiusque sociis tum in  
 Lusitania, tum in India suppeditarent quæ-  
 cunque vel ad ipsorum vitam tuendam,  
 vel ad Dei cultum augendum, opus forent.

*Xauerius &  
 cateri è So-  
 cietate I E-  
 s v, Regis  
 Lusitani li-  
 beralitate  
 sustentantur  
 in India.*

tamen cum regia munificentia certabant: vt ne quid vltra vsum necessarium fumerent, de aliena benignitate, vt perennis foret, parcè hauriendum rati. Quociens in suis commodis curandis, cum vbique semper, tum verò sub protectionem Indicam, arario pepercerunt. Igitur Xauerium à paupertatis amore magis quàm ab verecundia nihil omnino postulantiem, Magistratus ipse vltro, in gratiam Regis, adiecit: demonstrant sibi ab Rege magnopere imperatum, vt ei, quæcunque requirat ad iter, munificè præbeant. Rogant quamprimùm indicem edat earum rerum quas desideret, vt curari possint in tempore. At Franciscus magnam habere se quidem gratiam respondit & regie liberalitati, & ipsorum diligentia; ceteram nihil requirere, nihil desiderare omnino. Id cum fecissent sapius Magistratus, idemque à Francisco responsum semper tulissent, precibus vrgere, acriterque instare, vt aliquid saltem acciperet. Ad vltimum Xauerius, vrgendi modum nullum facientibus (ne obstinatio abstinencia præberet speciem pertinaciæ) ita morem eis gessit, vt suum iose teneret institutum. Centonem seu vulgarem laccernam postulauit, ad arcenda summa hyemis frigora, quæ circa Bonæ spei promontorium nauigantibus subeunda sciebat esse, paucos-

*Paupertatis  
studium in  
vivere.*

paucosque libellos magno sibi vsui in India futuros. Neque vllæ eum preces flectere potuerunt, vt quicquam præterea dari sibi pateretur. Itaque Comes Castane-rius, Indicæ cl.lli instruendæ Præpositus, Franciscum in Prætoria nauis Regis iussu locatum, & viatici securum, eius vicem sollicitus, ipse conuenit, eique ostendit Regis puerum, eiusdem missu, ad se venisse cum mandatis, vt illi res ad profectiorem opportunas abunde subministraret. Tum Franciscus, At ego oro te quæsoque vehementer, inquit, ne quicquam cuiquam mea causa tribuantur. Nihil fecius Comes in-itare, vt saltem secum duceret seruum neces-sariis in rebus ministraturum. Tum Fran-ciscus, Mihi verò, inquit, harum manuum vsus dum erit, alio haud erit opus ministro. Quo Xauerij responso idē Comes, deinde rem aliis referens, affirmabat se obmutuis-se: & simul singularem eius abstinentiam egregius ferebat laudibus. Ita Franciscus non alio viatico quàm Dei fiducia instru-ctus, inito iam vere in Indiam soluit.

## CAPVT XIII.

*Indiam petēs edit exempla virtutis suæ.*

**O**LIM stante Imperio Romano, & Chri-stiana religione in Asia vigente, (Asia

E 4 enim

## 72 FRANCISCI XAVERII

*Itinera in  
Indiam.*

enim regio India est) duo ferme itinera trita erant in Indiam, vnum per Syriam Euphrate flumine, ac Tigri, sinuque Persico; alterum per Aegyptum, Arabico sinu, & mari Erythræo. Sed iam his regionibus Saracenorum armis ac superstitione occupatis, non perinde tutus ac breuis Europæ Christianis aditus est per infesta hostibus loca. Quocirca Lusitani homines Africæ oram, quæ Atlantico Oceano alluitur, legentes, Africa quàm vasta est, Arabiam Persidemque circumuecti, longissimo circuitu in Indiam trajciunt. Quippe hinc Oceani anfractibus abest India ab Lusitania Leucarum millia ampliùs quatuor. Leucas dico Lusitanis nautis familiares, quæ ternis passuum millibus constant. Et hoc spatio linea æquinoctialis, quæ ab æstu solis est maximè torrida, mediam ferè Africam interfecans, bis transeunda necessariò est. Hanc tam longam ac difficilem viam Henricus Princeps, Joannis Primi Lusitaniæ Regis filius, (vt erat Mathematicis insigniter eruditus) primus omnium, non minore animo quàm ingenio, tentauit. Causa tentandi fuit, vt Aethiopiæ Regem (vulgò Preste-Iannem appellant) quem cognorat in extrema ferme Africa, non procul Arabico sinu, regnare, noua aperta via, sibi Lusitanisque commercio adsci-

*Linea Lusitaniæ.*

*Henricus Princeps nauis iter aperit in Indiam.*

adscisceret. Cum res bellè succederet, eius  
 cepta tres deinceps Lusitania Reges Al-  
 phonſus v. hoc nomine, Ioannes II. &  
 Emmanuel Primus profecuti, paulatim  
 viam vſque in Indiam fortiter iuxta ac fe-  
 liciter aperuerunt muneruntque. Quippe  
 & obiacentes Africa inſulas, & opportuna  
 loca complura, in ipſa ora Africa occupa-  
 runt, quæ etiam hodie Luſitanorum præſi-  
 diis tenentur. Hoc igitur circuitu Xauerius  
 Indiam petens, è Luſitania ſoluit, anno poſt  
 Chriſtum natum M. D. XLI. VI. Idus Apri-  
 lis. Vehebatur eadem naui, qua Martinus  
 Alphoñſus Soſa, nouus India Prætor. E So-  
 cietate comites habebat omnino duos, P.  
 Paulum Camertem, Sacerdotem egregia  
 virtute, qui eum ab vrbe ſecutus erat, co-  
 mes additus ab Ignatio; & Franciſcum  
 Manſillam Luſitanum, qui Olyſſippone ſe-  
 met illi ſocium adiunxerat. Occurrebant  
 multa in ipſo itinere viſenda, doctis vtique  
 hominibus, & Geometria, rerum natura-  
 lium aſtrorumque ſtudioſis. Monſtraban-  
 tur in mari Atlantico, Africa dorſo adia-  
 centes Inſulæ plures haud ignobiles, aliæ  
 propiùs, aliæ longiùs diſtantes, & inter ſe,  
 & a continenti. In his Fortunatæ (vulgò  
 Canariæ dicuntur) & Promontorij Viridis  
 inſulæ, quas, propter eximiam locorum  
 amœnitatē, nonnulli Hortos Hesperidum, *Horti Hesperidum.*

fabulosis Poëtarum carminibus inclytos fuisse memorant. Et hæc loca ad cognoscendum non inutilia ita classis præteruehebatur, vt pleraque in conspectum se darent. Accedebant sereno cælo syderum, tranquillo mari piscium noua & inuitata spectacula, quæ vectorum penè omnium, non sine admiratione, tenebant oculos animosque. At Xauerius, etsi à talium cognitione rerum haud tanè abhorrebat, tamen non doctrinam aut voluptatem ex India, sed diuinam gloriam salutemque animarum perendam ratus, gratiora Deo, vtiliora hominibus spectacula edere ipse, intra nauim cepit. Et erat prætoria nauis oppidi inita; non solum nauis, sed militibus, affecis Prætoris, mercatoribus, feruis referta, ad summam capitum circiter mille. itaque Franciscus vt primùm iter est ingressus, vnà cum sociis in proximorum salute procuranda summo studio elaborare instituit, nauticam turbam vectoresque Christianis præceptis imbuens, deprauatos omnium corrigens mores, vniuersos ad eluendas animi sordes inuitans. Nec frustra. Temere iurandi consuetudo sublata: multorum restincta odia, plurimorum confusio res auitæ, plures à perdita vita ad honestam pianque reuocati. Erat in Xauerio perpetua oris hilaritas, omnium

animos

*Nauis &  
militis do-  
ces in nauis.*

animos comitatis dulcedine alliciens. Ita- *Comitate*  
 que homines quoque flagitiis sceleribusq; *eius flagi-*  
 cooperti, vulgò à religiosorum virorum *tiosos alli-*  
 consuetudine congressuque abhominentes, *ciens.*  
 iucundissimam Francisci familiaritatem  
 avidius experebant. Et ille haud rudis cu-  
 iusque generis animos tractandi, p̄missim  
 eos benevolentia delimitos reflectebat à  
 vitis: demum iam frangi patientes in om-  
 nem virtutis ac pietatis partem incitabat  
 impellebatque. Inter hæc Deus patrem eius  
 animo ac virtuti materiem obtulit. Diuti- *Difficultates*  
 na difficilisque navigatio, vt ferè sit, adeò *Iniuce na-*  
 afflixerat vectores nautaque, vt iam alij *gationis.*  
 super alios in morbum inciderent: & super  
 cætera, vim mali augebant alimenta. Sal-  
 samentis enim perpetuò, saepe nautico pa-  
 ne mucido atque corrupto vitam trahen-  
 tes, vitiatam insuper ac verminosam ferme  
 potabant aquam: quæ & genere ipso liquo-  
 ris, & exiguitate, accenderet magis quàm  
 restingueret salsamentis excitatam stim-  
 Noxij ergo insalubrium ciborum succi in  
 venas diffusi, morbos creabant non atro-  
 ces minùs quàm exitiales. Quippe gingivæ  
 fœdè excrecentes, atrociterque exulce-  
 ratæ, non cruciatum solum afferebant la-  
 borantibus, sed etiam (quod miserrimum  
 erat) eripiebant edendi facultatem. Ad hæc  
 vis pestilens morbi ægritudine animo. um  
 rerum-



rerumque inopia sensim roborata, cœpit per confertam arctis in locis turbam serpere vagarique. Nam etsi Rex, præter necessarium comæatum, suam cuique naui tabernam medicamentariam, haud leue agrorum subsidium, attribuit; tamen affectorum multitudini nulla satis esse benignitas poterat. Imminentis etiam terror mali necessarios ipsos à suorum cura, vt fit, ad suimet tuendi curam auerterat. Ita agri pariter medicamentis ac ministeriis destituti, non magis lue quàm (quæ tetrior pestis est) fame interibant. Et ne quid mali deesset, miseros illos nauticę vrgebant sordes, longè fœdius agrorum quàm valentiũ corpora infestantes. Xauerius igitur posteaquam conspexit nauim, quæ uehebatur, affectis corporibus refertam; memor eius quod in ipso nouæ vitæ tyrocinio imbiberat, insignæ benignitatis virtutisque tuæ specimen dedit. Exterruisset alium, quod illum stimulauit. stratos videbat foros onerariæ non agris tantũ, sed semiuuiis: luem contagione vulgari sciebat: fœda impendentis mortis facies ante oculos erat. At ille, formidine in misericordiam versa, satis gnarus martyrij genus esse, humanæ salutis causa obijcere se pestilentię, affectos omni ope iuuare statuit. Ergo morientium peccata expiare; agrorum corporum

*Magnitudo  
anni incredibilis.*

porum sordes abstergere ; linteas eorundem lauare vestes ; coquere & condire cibos, eosque comminutos in os inferere; medicamenta ac sorbitiones sua manu præbere languentibus; mœstos benignè solari; ad vtriusque salutis spem excitare torpentes. Ita promiscuè ægris enixè hilariterque inseruiendo, omnium etiam sanorum in se oculos animosque conuertit.

## CAPVT XIV.

*Ægris ministrans Mozambicū appellit.*

**M**IRABANTVR vtique in eo vniuersi eximiam vitæ sanctimoniã, assiduum stans horis studium orationis, contemplationisque rerum diuinarum; paternam promiscuè in omnes indulgentiam caritatemque. Quibus ille rebus effecerat, vt cum cæteris omnibus, tum præcipuè Sosæ Prætori, carus simul ac venerandus esset. Franciscum quippe Sosæ ab Rege ipso sub protectionem impensius commendatum, quotidie magis efficacissimum commendationis genus, virtus ipsa, commendabat. Proinde Prætor & Regis imperio, & voluntate sua, prolixè illi benignèque omnia deferebat. Xauerius tamen victitabat semper precariò: resque sibi necessarias à vectoribus corrogans, alienam benignitatem

*In nauis precariò victitabat.*  
excitæ

*Tenaxitas  
paupertatis.*

excitabat studio paupertatis suae. Quod ille institutum adeò constanter retinuit, ut neque viri honesti ac nobiles ex Pratoris cohorte & comitatu, neque Prator ipse potuerit eum ab amore summae paupertatis abluere. Ceterum hoc maiorem Xaverius apud Deum simul hominesque gratiam & gloriam tulit, quòd fraudans se ipse victu suo, perinde res corrogatas à vectõibus, ut à Pratore assignatas, benignissimè disperiret agris. Tenax utique disciplinae suae, parco parabiisque defungebatur cibo, ad naturae desideria sedanda veriùs quàm explenda. Nec verò interim noua agrorum subleuandorum cura intermittebat vetus institutù tradendi Catechismi. Quotidie seruos, nautas, milites, reliquosque vectores, salubrium rerum ignaros, simul religionis nostrae mysteriis praeceptisque imbuebat; simul ad Christianae vitae rationem apud sermonibus accendebat. Crederes illum non frangi laboribus, sed roborari. Id adeò non aliàs magis, quàm in illo ipso Indico cursu, intellectum est.

*Laboris pa-  
tientiã.  
Zone torri-  
da incom-  
moda.*

Namque ad summum eius laborem ille quasi cumulus accessit, quòd in hisce muneribus Zonam torridam, lineamque ipsam æquinoctialem, haud ita multo post æquinoctium transit. Quo ferme tempore in illo maris tractu, vel ex imminenti ardore solis,

solis, vel ex tranquilli æquoris percussu, tam intolerandus existit æstus, vt nulla prorsus afflante aura, valentissimi quoque robustissimi que viri æstuanes, ac sudore fluentes, misere langueant: vti que cum in illis nauum angustis conferti vectores vix liberum spiritum ducant, & per idem tempus nullum ferè capere liceat ex potione aut cibo solatium. Liquores quippe omnes & cibaria feruidi solis vapore corrupta, maxima ex parte (quoad lineam illam transgressa sint naues) suos vsus amittunt. Sæpe autem cessantibus ventis, multorum dierum atque adeò hebdomadarum malicia existit tanta, vt ingenti cum vectorum radio naues mouere se loco nequeant. Itaque intolerabilis solis feruor per totam ferè torridam Zonam pertinens, vt febres grauiores, ita crebriora funera inferre prætereuntibus solet. Eo igitur ipso tempore ingruentibus morbis, in tanta nauticorum vectorumque strage, sanis & otiosis ægre vitam trahentibus; Franciscus, oblitus sui, tantam incommodorum molem pari virtute sustinuit; quantum ad ægrorum molestiam accederet, tantum ad suam dilectiam addendum ratus. Et quamquam ipse quoque totus sudore manans, incredibili æstu oblanguescebat; tantus tamen animi vigor, tanta sancti Spiritus (qui est in æstu

## 80 FRANCISCI XAVERII

in æstu temperies) vis fuit; vt laborantibus, moribundis, ipsiſque mortuis haud ſegniùs quàm antea nauaret operam. Ingenti hac æquinoctialis plagæ moleſtia perfunctos, iamq. circiter duo leucarum millia emenſos, maior inceſſit metus; quia grauiſſimo periculo deſungendum erat. Nihilo enim leuiorem peſtem clademq. Bonæ ſpei promontorium ſœdiſſimis tempeſtatibus naufragiſque infame minitabatur. Quod promontorium ex eo nomē accepit, quòd eius minis & periculis vitatis, tum demū ſpem concipias ſecundę nauigationis. Quippe eò loci Africa cuneata infinite excurrit in Australem Oceanum, verſus glaciale plagam: ibique duo maria longè maxima ex ambobus Africæ lateribus continēter procurrentia, aduerſiſque agitata ventis, perpetuò inter ſe acerrimèque conſigunt. Id verò potiſſimum vſu venit Iunio & Iulio menſibus, quo tempore illis locis, prorſus Europæ contrariis, hyems eſt ſumma; quibus ferme ipliſ menſibus id promontorium tranſeundum eſt Indiam è Luſitaniã petentibus. Eſi autem naues, quò veſanos illius promontorij furores atque impetus quàm maximè declinent, in altum prouectæ, longiſſimè recedere ſolent à terra; tamen periculum magis fugiunt quàm incommodum. Dum enim curſum longo itinere

*Bonæ ſpei  
promontorium.*

itinere circumflectunt, quo magis discedunt à Promontorio, hoc magis ad glaciale Zonam accedunt. ita neque procellas satis euitant, & intoleranda incurrunt frigora. Quocirca vt naufragij periculum abfit, infolitam certè nauium iactationem effufa vectorum confequitur nauſea. Hæc igitur nauſeæ moleſtia, vt agris morbum, ita Franciſco laborem auxerit oportet: præfertim cum algens, nauſcans, (quod tempus ac res ipſa ferebat) & fibimet diſplicens, ſua illa caritatis munia exſequeretur. Sed vicit diuina vis imbecillitatem naturæ, & animi conſtantia perturbationem compreſſit ſtomachi. Ita cum ſibi ipſi deeſſet, nullo, ne difficillimo quidem, tempore defuit ægrotis. Nec ſolum in præſentia vectores Indiæ nauigationis comites omni ope atque operâ iuuit, ſed etiam ſociis, eodem deinceps profecturis, itineris Indiæ ac vitæ regulam in poſterum reliquit, quam illi hodie Franciſco auctorenix tenentes, nauibus, quibus vehuntur, non minori ſolatio ſunt, quàm adiumento. Soſa igitur Prætor, cæteriſque Luſitani, Bonæ ſpei promontorium circumuecti, eiufq̃ minis longiſſimo circuitu aliquando tandem ſuperatis, lætitia ex timore geſtientes, Deoque & inter ſe, vt ſolet fieri, gratulantes, præter alterum Africæ latus, quod inter

## 82 FRANCISCI XAVERII

meridiem & orientem solem spectare diximus, nauigare cœperunt. Inde DC. ferè leucas à promontorio prouecti, cùm quinque iam totos menses cæteri in perpetua nauigatione, Franciscus in assiduo labore absumfissent; Mozambicum, plurimis maximisque defuncti periculis, in Augusti mensis exitu peruenerunt, nauigatione tanta magis quàm opportuna. Nam iter in Indiam semestre ferme esse solet: nauesque è Lusitania mense Martio profectæ, Goam tenent ferè inito Septembri. Quòd si incommoda tempestas, aduersusque ventus, aut malacia cursum earum moretur (quod tū accidit) Mozambici hyemare coguntur.

### CAPVT XV.

*In Mozambici valetudinario ager ipse  
ægros subleuat.*

*Mozambicus insula.* **M**OZAMBICVS (Præfus olim dicebatur) Insula est modica, in Africæ ora vergente ad ortum Solis, non tam calî temperie (subiecta est enim Zonæ torridæ) quàm portu cōmoda & opportuna. In ea oppida sunt omnino duo, Lusitanorum vnum, Saracenorum alterum amicorum. Distat ab Lusitania non quidem recta regione, sed adiectis nauigationis anfractibus, leucarum millia amplius tria; ab India leucas

leucas circiter nongentas. Multo maxima pars itineris confecta iam erat; restabat pars ferme quarta. Sed Mozambicum ferrius, quam opus erat, applicuit classis; cum scilicet iam idonea tempestas ventusque deficeret. Itaque naues ibidem omnes hibernare necessitas coegit. Mozambici ergo, ceteris corpora ex diutinae nauigationis iactatione reficientibus, vnus Franciscus, laboris quam cessationis patientior, nullam penè partem quietis capiebat, rudes instituendi subleuandique ægros cupiditate flagrans. Non dubito quin toties iam Francisci operam in rudium institutione ægrorumque ministerio veriatam legentibus, præter fatietatem, illud quoque iucurrat, quod mihi ipsi idem animo repetenti miraculo fuit: vnde tantæ illi vires suffecerint, quæ toties tot actâta vno tempore onera iustinerent. Sed eximius ille vir, vt erat incredibili corporis & animi *Corporis animique robore* robore præditus; diuina caritate præualidam naturam accendente, vigorem concipiebat tantum, vt Dei causa vnus omnia quodammodo efficere & vellet & posset. Assiduè autem sine vlla defatigatione aut fatietate in eadem Christianæ caritatis munia intentus, nihil prætermittebat eorum, quæ mortalibus salutaria, Deo grata constabat esse. Ergo perinde ac si integris &



## 84 FRANCISCI XAVERII

*Nonus labor in hybernis.* nusquam libatis viribus eò venisset, vt in terram est egressus, in valetudinario regio

(quod Mozambici est similiter vt in reliquis Lusitanorum arcibus) sedem suam locauit. Haud minus negotij in terra ac valetudinario fuit, quam in mari nauique fuerat. Quippe Mozambici longè maxima erat eo tempore vel morborum grauitas, vel laborantium multitudo. Et ad morbida pestiferamq. vim Autumni illa causa accesserat, quòd naues pariter omnes, quæ eo anno è Lusitania in Indiam soluerant, incommoda vsq. tempestate, parique lue afflictæ, eodem hybernabant loco. Ea res Xauerij curam & sedulitatem acuit, vt tantam egrorum subiret molem. Nam cæteris etiam nauibus benignitatem suam impertiendam ratus, quantum diurnis nocturnisque laboribus consequi poterat, enixè operam nauare afflictis, solennia sacramenta laborantibus ministrare, mœstis solatium, morientibus Dei fiduciam adhibere institit. Itaque agri omnes Franciscum Dei immortalis dono vnicum classis affectæ remedium sibi missum ducere. Nec agris addictus aliorum immemor fuit. Per idem tempus festis diebus in Indiæ Prætozem ac populum, maximâ hominum frequentia, sermones habebat, vt valentium quoque animis subueniret. Inter hæc dum

*Cura salutis animarum.*

dum in ægros valentesque omni ope iu-  
uandos totus incumbit, puerum ignotum  
sibi, qui tamen eâdem qua ipse nauî vectus  
erat, subito interiisse morbo cognoscit.  
Confestim igitur rogare, ( vt quemque  
obuium habebat ) an puer ille Christianæ  
disciplinæ rudimenta didicisset. Vbi rudem  
omnino talium rerum obiisse comperit;  
tantus repentè dolor eius perculit pectus,  
vt in vultu semper alioqui lato insignis  
mœstitia emineret. Quocirca Sofæ Prorex  
mœroris causam ex eo scitatus, vt illo nar-  
rante cognouit, rogare pergit, ecquid ipse  
scisset, puerum illum Christianarum esse  
rerum ignarum rudemque? Tum Franci-  
scus: Enimuero, si scissem, haudquaquam  
mœstus essem: illum ego cum cæteris vti-  
que docuissem. Vrgenti subinde Sofæ, cur  
igitur culpæ insons mœroris pœnam vltro  
subiret, respondit, quòd puerum eâdem  
vectum nauî Christianæ institutionis ex-  
pertem esse nesciuerim. Tantum curæ eius  
animo iniecerat hominum salus, institu-  
tiòque puerilis. Cæterum quid tandem ha-  
beret vtilitatis & commodi egregia eius  
benignitas, ægri carendo etiâ magis quàm  
fruendo senserunt. Paucis enim interie-  
ctis diebus, Xauerius, dum affectorum sub-  
leuare morbos summa ope connititur, ipse *in morbum*  
*incidit.*  
in morbum incidit, exemplum futurus qui-

86 FRANCISCI XAVERII

bus fuerat solatium. Nec sanè fortitudinis illi materia defuit. Febris eum inuasit adeò grauis ac periculosa, vt paucis diebus septies incisa laxataue vena, miserit sanguinem: quam tamen ille febrim non leuiter tantum, sed velut à Deo missam, libenter ferebat. Ecce autem, vt insita eius virtus foret euidentior, graui corporis valetudini ægritudo mentis grauior, phrenesis, additur. Ea torum triduum tenuit, quo tempore sanctè adiurarunt medici, qui eum curabant, in rebus quidem ad corpus ac valetudinem pertinentibus (id quod morbi natura fert) delirasse illum, & insanisse: sed in diuinis atque ad animum spectantibus (quò maximè erumpere solet insania) magna cum ipsorum admiratione adeò mentis compotem fuisse, nullum vt omnino ei verbum à recta ratione alienum excideret. tantam vim habet vsus habitusq. virtutis. Nec pietatis magis in eo morbo quam paupertatis tenax Franciscus fuit. Curabatur in publico valetudinario cum ceteris, pari lectulo & conditione vtens. Non deerant viri honesti & copiosi, qui certatim eum ab initio morbi in sua transferre tentarunt, & curandum suscipere conarentur; idque vt per ipsum liceret, vehementer etiam atque etiam instarent. Verùm ille sanctæ paupertatis studiosus in paucis, colaudata

*Phrenesi laborã del' rat inra verba.*

*Ex valetudinario in priuatis e-dei tran ferri se vult.*

laudata eorum humanitate, vti liberalitate noluit. Quamdiu ægrotauit, nullo discrimine in ægrorum iacuit turba. Vis porrò mali periculosior fuit quàm diuturnior. Igitur breui discusso periculo, meliùs habere cœpit. Nec verò recens casus alacritatem illi minuit in suo instituto, sed potiùs auxit sedulitatem: vtique cùm ipsemet, quanto opere humanæ etiam opis indigerent ægri, vsu propiore didicisset. Ergo vt primùm remisit morbi vis, suimet oblitus, nihilo segnìus valetudinarium obire, mœrentes consolari, confitentibus aures dare; vtcunque poterat conari, vt etiam egrotus subleuaret ægrotos. Non vnquam aliàs antè Francisci benignitas clarior atque admirabilior existit. Quippe medicus iacentes de more ægros reuitens, in Xauerium incidit, qui non leui ipse affectus febrì, cubantibus tamen adstant, non secus ac si valeret, summa inferuebat ope. Ibi medicus rei miraculo stupens, parùper hæsit: inde venarum pulsù explorato, haud dubius quin ipsemet magis indigeret ministro, quàm quibus ministraret, orare cum obtestarique, vti ad lectum suum reuersus quiesceret, saltem quoad febris decederet, noxio calore restincto, tum sanè, si vellet, ad ægrorum rediret curam. Franciscus & medico parendum, nec tamen periclitantes deserendos exit.

88 FRANCISCI XAVERII

dos existimans, respondit proxima nocte aliquid sibi negotij cum ægro quodam fore, haud satis ad impendentem mortem parato: eius salute in tutū recepta, se quietem esse capturum. Is quem describebat, erat vltimæ fortis nauta, qui ex febris insanians, nondum peccata sacra confessione expiarat. Postero igitur die medicus Franciscum cum nauta illo colloquentem offendit. Iacebat æger in lecto Xaverij, ipse assidens ei operam dabat confitenti: quippe illius vicem miseratus, temere in publico iacentem, in suo lectulo collocarat. Et noua benignitas nouo decorata videtur

*Nauta insani-  
enti Fran-  
cisci lecto  
mentis sani-  
tas restituta  
videtur.*

miraculo. Satis constat nautam insanientem, posteaquam ab illo in suo lectulo est positus, ad mentis sanitatem rediisse. Nec vanus de illius morte vates Xaverius fuit. Eodem nauta die sub vesperam sacramentis rite procuratis, plenus bonæ spei excessit è vita. Tum verò apparuit idcirco Xaverium tantopere de illo laborasse, quòd imminens ei vitæ salutisq. discrimen prouideret. Franciscus nautæ salute admodum lætus, extemplo iterum repetit, valetudinique fac seruit, medico vsquequaque obtemperans haud minore obedientiæ exemplo, quàm Christianæ caritatis. Ut verò ex morbo conualuit, nihilo segnius ad pristinos valetudinarij labores retulit se. At-

se. Atque ut rem bene ac fortiter cœptam perseveranter tueretur, eundem prorsus industriæ cursum tenuit, vique ad extremum profectiois diem. Illo autem semestri ipatio (tamdiu enim Mozambici hyematum est) ea exempla edidit eximia sanctimonîæ, ut incolæ, classicique omnes, illum tanquam virum sanctum vulgò suspicerent. Quocirca nonnulla, quæ per id tempus eis prospere euenerant, Xauerio haud dubie se debere fatebantur: tanti viri virtute ac meritis factum esse memorantes, ut pro morborum grauitate, ingentique agrorum numero, tam pauci eo anno in Mozambicenis hybernaculis interirent; profectò eiusdem & industria subleuatos morbos, & sanctitate depulsos. Aderat iam profectiois dies, nec tamen agrorum plerique conualuerant. Quin etiam ipse Prætor tentari iam cœperat feбри: proinde in Indiam peruenire festinans, optimum factu ratus est, eos qui per valetudinem sequi non possent, hoc est, totam ferme classem, in hybernis relinquere, donec recreatis ex morbo viribus, transmittere in Indiam valerent. Itaque i. Paulo & Mansilla, Xauerij sociis, facillè exoratis, ut Mozambici manerent apud agros; Xauerium ipsum secum ducere statuit, itineris solatium, & si quid grauius incidisset, auxilium.

*Opinio de  
Francisci  
sanctitate.*

*Melindæ & in Socotora insula, non sine  
incolarum fructu, paulisper mora-  
tus, in Indiam peruenit.*

**M**ENSE igitur Aprili ineunte anni in-  
sequentis, Sosa phaelum ingentem  
(galconem vulgò vocant) tractus Indici  
causa comparatum, cum valida manu con-  
scendit, classe, cum primùm per valetu-  
dinem liceat, sequi iussa. Discessit cum  
Pratore Franciscus, Lusitanis simul & in-  
colis eius discessum lacrymis magnisque  
benevolentiaë indicis prosequentibus. So-  
sa aliquot dierum secunda nauigatione pas-  
suum millia circiter septingenta à Mo-  
zambico prouectus, & Melindam (Sara-  
cena vrbs est, amica Lusitanorum) delatus,  
paucos ibi dies substitit. In ea vrbe Lusitani  
mercatores plerumque versantur; & si  
quos fortè ibidem occupauerit mors, tu-  
mulis cruce insignibus conduntur. Propter  
vrbem ingens ac præclara crux è marmo-  
re inaurato visitur à Lusitanis constituta.  
Qua conspecta Xauerius ex insperato, ef-  
ferri gaudio cœpit, tantam vim & gloriam  
cruci gratulans, quòd in media Saraceno-  
rum ac dæmonum ditone victrix emica-  
ret. Subinde haud leuis dictu res hanc eius  
lætitiã

*Melinda  
vrbs.*

*Crucis honos  
inter Sara-  
cenos.*

lætitiam auxit. Saracenus quidam ciuitatis eius primarius, questus apud Franciscum Saracenorum pietatem contenuisse, percontabatur ex eo, an idem eueniret Christianis. Quippe ex septemdecim fanis, quæ Melindæ erant, tria duntaxat, eaque a paucis admodum, celebrari obstupescibat, ignarus cur tandem suorum pietas deficeret. Et tantum illud mali profectò ex nefario aliquo ipsorum scelere dicebat ortum. At Xauerius latus obiectu crucis vim demonis repressam, negauit tam mirandum esse, vanam Mahometis religionem iam deficere, quam tamdiu viguisse. Deum utique, veræ religionis auctorem, à superstitionis Saracenorumque precibus abhorre; & hanc scilicet esse causam, cur preces, quas auerfaretur, extingui funditus vellet. His fortè auditis Saracenæ superstitionis antistes (Cacizem ipsi appellant) idemque Magister Mahometicæ disciplinæ sanè eruditus, propalam confirmauit, nisi Mahometes intra biennium eos reuiferet, nuntium se illi remissurum; adeò iam in anxii illorum mentibus Mahometis reuerentia exoleuerat. Cæterùm Franciscus animos superstitione captos, nec vllius salubris consilij patientes, cum nequiret tam breui tempore liberare; quod erat reliquum, excitauit eos ad cupidinem Christianæ

*Mahometis  
cultus conse-  
nuit.*



stianæ libertatis, magnopere monēs, vt ab hominum conditore Deo opem lucemque identidem implorarent. Repetito deinde itinere, vetus illud suum institutum tenebat ardore animi nouo, vt vectoribus, ægris maximè (neque enim deerant) quibuscunque posset rebus opem ferret. In quo quidem genere eò vsque progressus est, quoad progredi benignitas potest. benignus vt esset in alios, durus fuit in seipsum. Namque vt de sua habitatione ac lectulo commodaret ægrotis, magnam illius itineris partem ipse in publico inter turbam nauticam cubitauit: & lectum ei anchorarius funis in spiram conuolutus, ceruical anchora ipsa præbebat. Exinde noua Francisco benemerendi de hominibus ac de religione oblata materies est. Omnem Africæ oram circumuectus Prætor, ad Socotoram insulam, a Mozambico passuum millia propè M. D. CC. nauigium appulit. Ea insula adiacet vltimæ Africæ promontorio. Guardasum appellant hodie, Arom. tam olim vocabant: & sita est è regione sinus Arabici, fretique Mecani, cui freto Meca nomen dedit, vrbs execrando Mahometis sepulcro nobilis. Socotora autem circuitu ad C. millia passuum amplectitur. Terra saxis aspera ac vasta, sine vlllo ferè indicio humani cultus: non triticum,  
non

*Ægris de  
suo cubiculo  
lectulo com-  
modat.*

*Anchorarij  
funis vola-  
mine pro  
lecto vitur.*

*Socotora In-  
sula.*

non oryzam, non vinum, non poma fert; iterilis prorsus, nisi quòd dactylis, ex quibus panem incolæ conficiunt, & pecore abundat: & super cætera, cæli intemperie grauis, ingenti torretur ardore solis. Gens plane rudis & imperita: nulla apud eos monumenta literarum: nemo qui legere saltem sciat. Vicis habitatur. suus cuique vico Caciz est, instar Curionis. Et Cacizes nihilo doctiores aliis, precatones tantum *Cacizes instar Curionum.* quas quæsdã peregrina lingua compositas, quas ne ipsi quidem intelligunt, recitant memoriter. At incolæ, Christianos se esse gloriantes, eximia veneratione Thomã Apostolum colunt: atque ad priscos illos olim in ea insula ab Apostolo baptizatos, originem referunt suam: multaque (cùm iam Christiani mores exoleuerint) religionis ostendunt vestigia. Sacella piè magis quàm amplè extructa & ornata: cruces in altari- bus cum lychnis præpendentibus: & quoniam paupertas tintinnabulorum adimit vsùm; ligneis crepitaculis (vt apud nos sancta hebdomadã affolet) conueniendi populo signum datur. Cacizes porrò quam connubio implicati, tamen abstinentia sunt insignes. quoties ieiunant, non solum carne ac lacte, sed etiam pisce, cuius magna est copia, prorsus abstinent; vt ad eò moriantur citius, quàm quicquam *Cacizes abstinentia insignes.* tale

## 94 FRANCISCI XAVERII

tale degustent. dactylis duntaxat & oleri-  
 bus victitant. Quin etiam quadragesimas  
 quotannis binas, quarum altera bimestris  
 est, rite ieiunant: & si qui fortè profani  
 homines carnem per ea tempora gustave-  
 rint, templi aditu prohibentur. Cæterùm  
 factis constabat, à Cacizibus, utpote imperi-  
 tis, iamdiu neque institui quemquam Chri-  
 stianis præceptis, neque baptizari. Accede-  
 bat Saraceni Domini, qui indigenas per  
 vim subegerat, vesana impietas: quippe  
 non solum ipsos miseris vexabat modis,  
 sed etiam eorum paruos filios, è complexu  
 parentum abreptos, execrandis Saraceno-  
 rum sacris initiare gestiebat. Itaque ex in-  
 colarum aspectu congressuque haud minus  
 molestæ Xaverius quàm lætitiæ cœpit,  
 indignè ferens illos à maioribus de gene-  
 res, religionis, quam profitebatur, ignaros,  
 à Catholicis sacerdotibus destitutos, in Sa-  
 racenorum ditione esse, velut oves in po-  
 testate luporum. Cumque eos (quod per  
 tempus liceret) instituere exoptaret; ver-  
 nacula in peregrino homine lingua non  
 suppetebat voluntati animoque. Sed nimi-  
 rum nihil est difficile caritati. A propriis  
 nationum signis ad communia confugiens,  
 nutibus & quibuscunque rebus poterat,  
 tantisper dum ibi fuit, homines ritibus Chri-  
 stianis imbuere. Puerorum quoque  
 complu-

*Societate eorum  
 misera con-  
 ditio.*

*Societates  
 mutibus ex-  
 colere consu-  
 unt.*

complures, libentissimis eorum parentibus baptizauit. mox pro se quisque ad eum liberos suos deducere cœperunt, enixius orantes, vt apud eos commorari ne graua- retur, pollicentésque neminem profus, qui non baptismo ablueretur, tota insula futurum. Xauerius ergo etsi loci vastitas & incommoda erant ante oculos; omnium tamen præterquam illorum salutis immemor, Prætorē adit, messēmque iam maturam ac paratam ostendens, precatur vt per eundem aliquamdiu ibi morari liceat. At Prætor satis gnarus eam insulam Turcarum populationibus expositam, commit- tendum sibi ratus non est, vt talis vir in ser- uitudinem abduceretur à Turcis. Ergo egre- gia eius in miseros homines benignitate collaudata, ipsum admonuit, ne præsentis specie boni se falli fineret. Noli (inquit) ,, auidius hære in primis, ne omittas me- ,, liora. Quid tantopere istic laborare expe- ,, tis, vbi maior fructu labor est, minora pe- ,, riculis præmia? Alia te regio, alia gens, alij ,, Christiani manent, apud quos vtique ope- ,, ram & tutius ponas & melius. Tum Fran- ,, ciscus, quoniam ei secus videretur, quem sciret plus videre quàm se; in ipsius pote- state se omnino fore respondit. Indigenas inde solatus, promittit eorum sibi salutem, v̄bicumque terrarum esset, cordi futuram.

Ad ex-

*Magnā viam  
puerorum  
baptizat.*

*In Socotone  
insula vs-  
sitate operā  
dare iuculis  
expetit.*

## 96 FRANCISCI XAVERII

*Francisci  
epistolæ ad  
Regem Lusitaniæ.*

Ad extremum omnes ad rectam interim religionem in medio generationis prauæ retinendam cohortatus, certam illis spem maturæ ostendit opis. Nec promissum fefellit. Ab eis digressus, ut primum occasio se obtulit, ad Ioannem Lusitaniæ Regem literas dedit, quibus Socotoræos Christianos, tanquam oves errantes sine pastore, desertos ab omnibus, Saracenorum insuper tyrannide oppressos, vehementer regis prouidentia commendaret. In ea quippe insula Saracenum per vim contra ius fasque omne dominari, ut qui Christianos indigenas, siue in Christianam fidem propensos, oriundos ab alumnis Apostoli Thomæ, miserandum in modum opprimat ac diuexet: ad hæc eorundem liberos per vim è gremio parentum raptos initiare studeat Mahometi Satanaque. Prospiceret pius Rex, ne paulatim in Saracenorum mores ac ritus abirent; & quibus eorum corpora vis dedisset, vltro ipsi animos darent. Actum de illis fore, nisi in Lusitani Regis umbra delitescerent. Cæterum non dubitandum quin Deus, cui hoc dedisset, ut vnus ex omnibus Christianis Regibus posset, eidem hanc mentem esset daturus, ut vellet, miseros illos & afflictos protegere ac tutari. Proinde ne cunctaretur, quos communis Dominus diuino redemisset sanguine

fanguine, hos ipse regalibus opibus Domino suo conseruare. Præsertim verò cum totum hoc negotium nullo periculo, nullo sumptu, nutu solo Regis confici posset. clausi modò regni illac iter vtrique tacturæ imperaret, vt Socotora eos suo præsidio ab immanissimâ Saraceni Domini tyrant ide vindicaret. Haud irritæ fuerunt Francisci literæ ac preces. Causa nec honestior Xauerio quàm Regi visa; nec magis cordi fuit. Itaque haud segrè, quàm eius pietate dignum erat, classem eò destinauit. Et bellum fuit tam felix quàm pium. Socotora pulsâ Saracenis vi capta, indigenæ seruitio impotentis Domini exempti; validum quoque insulæ præsidium impositum, vt libertas non gratior esset quàm tutior. Xauerius deinde, eo non contentus, beneficium libertate maius adiecit. In eam insulam quosdam è Societate misit, qui syluescentem illam Domini vineam denuo colerent; & Saracenum tyrannidem depulsa, etiam Satanæ tyrannidem depellicerent. E Socotora cum naus vela fecisset, Xauerius ad suum se munus pensumque reuocauit: eodemque benignitatis & industriæ tenore, quo Indicum iter suscepit, præteruictus Arabiæ oram ac Perfidis, aliquando peruênit in Indiam. Goam egregiam Indiæ urbem applicuit prid. Non. Maias eiusdem

*Socotora?  
Francisci ro-  
gatu, Sarace-  
norū tyrannidem liberantur.*

G anni

98 FRANC. XAV. VIT. LIB. I.  
anni M. D. XLII. ipſo die S. Ioanni ante  
portam Latinam ſacro, Indis ſanè memo-  
rabili. Quippe eo die Franciſcus Xau-  
erius, ſummo Dei beneficio ac munere illis  
gentibus natus, magna ex parte lucem ſa-  
lutemque in Indiam ſecum aduexit. Nam-  
que & ipſe perditas illas nationes recreauit  
maximis beneficiis, ſimul cum Euangelij  
lumine allatis; & cæteris ſociis viam ad  
Indorum aliarumque gentium conuerſio-  
nem aperuit. Id adeò planum omnibus fa-  
ciet reliqua narratio. Poſthac enim res  
geſtas Xauerij copioſius, quàm adhuc feci-  
mus, perſcribemus. Nam ſuperiora magna  
ex parte non quidem dubia, ſed tamen  
ſubobſcura ſunt, quòd ferme literarum  
luce caruerunt. Deinceps verò narraturi  
ſumus ea, quæ partim ab ipſo ſunt memo-  
riæ prodita; partim ab iis, qui cum illo diu  
ac familiariter in India verſati, eundem  
non modò obſeruarunt viuum, ſed etiam  
mortuum contrectarunt.

HORA-

”

HORATII  
TURSELLINI  
DE VITA  
FRANCISCI  
XAVERII  
LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

*Quo in statu Indiam offenderit.*

**I**NDIA Poëtarum Histori- *Indie de-*  
corumque monumentis *scripsio.*  
inclÿta, regio est Asiæ,  
duplo ferè in longitudi-  
nem quàm recta regione  
spatiosior, humanæ lin-  
guæ exfertæ maximè si-

milis: quippe à Septentrionibus Caucaſo  
commiſſa monti; ab occaſu, Indo flumine,  
à quo nomen traxit; ab ortu Solis, Gange  
coërcita, exferit ſe è temperata Zona in  
auſtralem Oceanum. Amnes autem illi è  
Scythiæ montibus profluentes, magno

G 2 aqua-



aquarum diuortio, quo longiùs manant, hoc latius inter se terræ spatiù relinquant: passuumque ferè decies centena millia, hoc est, dimidiatam ferme Indiæ longitudinem, emensi, prorumpunt in mare. Inter horam ostia fluminum, vbi latissima est India, circiter octingenta millia passuum patet. Inde paulatim in arctum coit, vsque ad Comorinum promontorium, vbi cuneata longè excurrit ex Asia. Interiora Indiæ Ethnici indigenæ colunt: ora quæ ad Indum vergit, ferè indigenas habet Reges; quæ Gangem spectat, Saraccenos. Nam Saraceni iampridè ex Arabia ac Perside eò profecti, sensim plures Indorum populos, quâ consilio, quâ armis, suæ ditionis fecerunt. Lusitani quoque libero commeantes mari, ignotas aliis terras sapius adeundo; per occasionem in vtraque ora maritima vrbes nec paucas, nec ignobiles, occuparunt: magnumque est Lusitanorum nomen in India, totòque Oriente. Oram Indiæ maritimam, quippe maxima ex parte terridæ subiectam Zonæ, perpetuus ferme Solis feruor vrget; qui æstiuo vaporipersimilis, omnes anni partes vno prope tenore percurrit. Caterùm tempestiuu inbres atque Etesia sic æstium temperant, vt haud sanè incommodè habitetur; quanquam æstiuis mensibus (& quia bis Sol æquinoctialem

Etialem lineam transit quotannis, binæ in  
 anno ætates existunt) omnia ferudissimus  
 Solis incendit ardor. Regio fertilis est, ma-  
 ximè oryzæ, quæ apud eos tritici vicem  
 præstat; secundum oryzam, palmæ cuius-  
 dam, ex qua non modò fructus tum recen-  
 tes tum aridos carpunt, verum etiam (in-  
 credible dictu audituque) vinum, acetum,  
 oleum hauriunt: ad hæc, materiam tecto-  
 rum, nauium, funium, librorum petunt;  
 omnium penè rerum facultatem in vna  
 arbore præbente natura. Pisce quoque ac  
 pecore abundant. Margaritarum in primis  
 est terra diues, quas conchylis inclusas in  
 latentibus scopulis incolæ solertissimè ri-  
 mantur. Nec alia celebratæ à veteribus  
 Indorum opulentia causa maior, ex quo  
 luxuria purgamentis maris pretium fecit.  
 Gens indigena colore nigra, corpus cætera  
 nudum ab umbilico ad genua carbasis ve-  
 lat. Seruilia vulgò ingenia & fraudulenta.  
 Paupertas in tam diuite regione latissimè  
 patet, diuitiis, ob Dynastarum ac Regum  
 impotentiam, ad paucos redactis. Nec ta-  
 men luxum inopia excludit. Omnibus vul-  
 gò etiam viris aurum, aut certè aurichal-  
 cum, pender ex auribus, quas, deliciarum  
 causa, artificio quodam productas ad hu-  
 meros ostentant. Plerique brachia quo-  
 que armillis ornant: adeò in muliebrem

Goa India  
caput.

degenerauere cultum. Alia præterea multa de Indorum moribus traduntur, quibus persequendis huiusce historiae cursum morari operæpretium non videtur. Indiae caput Goa est, vrbs in insula eiusdem nominis, ferme è regione sinus Persici posita, ab Indi ostiis millia passuum circiter CCC. Hæc manu ac natura munita (insulâ enim exiguam, vbi sita est, angustum fretum à continenti dirimit) pulchritudine ac tectorum frequentia, commercio, diuitiis, ciuium & incolarum numero, cum præcipuis Europæ urbibus haud immeritò conferri potest. Itaque & Archiepiscopi Prætorisq; Indici sedes est, & à Lusitanis maxime celebratur. Satis constat Indiam olim S. Thomæ Apostoli non solum vestigiis impressam, verum etiam sanguine imbutam, compluresque illius operâ factos inibi esse Christianos. Sed horum posteri Ethnicis ac Saracenis immisti, paulatim degenerauerant ad eorum mores ritusque. Et iam (paucis admodum vicis exceptis, quorum incolæ à S. Thoma nomen acceperunt) nihil ferme Christianæ religionis præter famam in India durabat; cum Lusitani Goa & aliis Indiae oppidis potiti, Indis Saracenorum Tyrannorumque iugo exutis, Euangelij lucem reddidere. Namque & ipsi inter eos habitare, & indigenas ad Chri-

Christum sensim aggregare cœperūt. Erat tum Goanus Episcopus (idem autem, quia tum solus erat in India Episcopus, cunctæ Indiæ præsidebat) Ioannes Alboquercius, vir è Franciscana familia, pariter doctrina & religione insignis. Is cum paucis suæ disciplinæ hominibus, et si maiorem quàm pro numero Christianæ rei nauabat operam, tamen Sacerdotum penuriâ minis proficiebat, quàm opus erat. Nulli tota India tum erant religiosi, præter eos, quos dixi Franciscanos, quibus Lusitanorum institutio vix instituendi Ethnicos spatium dabat. Inter omnes Fratris Iacobi Borbani Franciscani vel eruditio ac virtus, vel Christianæ fidei propagandæ cupiditas eminebat. Hic Indos aliquot pueros ab se conuersos ac baptizatos cum Christianis mysteriis simul & Lusitana imbuisset lingua, eosdem in conuertendis Ethnicis interpretes adhibuerat, inuento non magis solerti quàm felici. Itaque piorum ac locupletium hominum opibus fultus, maiora agitabat animo: & Indicarum gentium Seminario instituto, ipse in alumnis docendis totus erat. Quocirca et si Episcopus cæterique Franciscani, pro egregia sua pietate, exoptarent Christianæ religionis proferre fines in India, tamen tot locis tanta paucitas sufficere haud quaquam valebat. Ergo

*Iacobi Borbani Franciscani studium religionis.*

*Goani Collegij initia.*

non tantum in alijs oppidis Lusitanorum, sed in ipsa vrbe Goa, Ethnicorum Saracenorumque vigeant superstitiones. Gentiles Saracenicque sane opulenti, vbiq; missi Lusitanis, palam luce execrandis superstitionibus operabantur, coniuuentibus Lusitanum arcium Praefectis, seu quod nondum recentis imperij opes satis stabilitas haberent; seu quod nemo foret, qui illos erroris conuictos ad Christi traduceret cultum. Proinde si qui ex ijs Christiana susceperant sacra, ad eò ab opulentioribus vexabantur, vix vt se Christianos profiteri sustinerent. Ethnicorum vtique Saracenorumque negotiatorum regias merces ac vestigia tractantium tanta erant opes etiam Goae, vt apud Lusitanos ipsosque Magistatus, plurimam & gratia pollerent, & viribus. Ita, nouis Christianis oppressis, Ethnicorum conuersio frigebar. Haud multo melior conditio erat Lusitanorum. Multis locis apud eos Sacramentorum rarus vsus, sacra um concionum ferè nullus: quod tota India duos tresue ad summum habebat concionatores, haud sane multo plures Sacerdotes. Quocirca pleraque Lusitanorum praesidia Missae quoque sacrificio, non solum concione sacra, totos saepe carebant annos. Super hac vrgebat eos foeda perditaque conuetudo Saracenorum Ethnicorumque.

*27. 10. 1607. 11  
in sera con-  
ditio.*

*Lusitanorum  
propheta  
res in India.*

rumque. Nihil moribus eorum corruptius, nihil ad irritandam libidinem efficacius: utrique enim pariter in obicœnas effusi voluptates, nihil ferme vxorum pudicitia leuius ducebant. Quocirca Lusitani quam naturâ temperantiæ frugalitatisque studiosi, in tam corruptrice terra epulis, & iis quæ epulas sequuntur, dediti, vulgò pellices plures vndique coemptas habebant domi. Eoque iam illos (nemine vitia reprehendente) libido prouexerat, vt, pudoris obliui, vitam flagitiosam vel honori sibi ducerent; nullum lucrum iniquum, nullum turpe existimarent, adeò cupiditas malo vsu corroborata rerum immutauerat speciem. Plerique verò sine confessionis & Eucharistiæ vsu annos complures transigebant: & sæpius quàm semel in anno confitentes, simulatâ pietatis vulgò arguebantur. Si quis tortè, conscientia stimulantem, expiare peccata vellet; oculos ac voces hominum fugiens, clam, & velut Nicodemus olim, noctu veniebat ad I. S. V. M. Lusitanorum porrò coniuges pellicisq; indigenæ et si Christianæ; tamen, ob Christianorum mysteriorum inscitiam, Elypticis Sacerdotibusque superstitionibus captæ tenebantur: & liberi parentibus similes, aut etiam nequiores. Hic rerum status erat in India, cum eò Franciscus venit. Qui mire

106 FRANCISCI XAVERII  
latus se aliquando (quod omni voto expe-  
tuerat) in Indiam peruenisse, rebus hisce  
cognitis, ad medendum tot ac tantis malis  
curam intendit: & quod in illo ardore ani-  
mi permirum est, cautiùs quàm auditiùs  
admouit manum.

## CAPVT II.

### *Conciliato Episcopo, in India elabo- rare instituit.*

NON erat ignarus, inter Episcopos, &  
alios curatores Ecclesiasticos, si vtri-  
que summo iure agant, nec de suo remit-  
tant iure, facile controuersias & conten-  
tiones oriri, non minore damno, quam  
offensione populorù. Omnium igitur pri-  
mùm omnem certaminum materiam de  
medio remouendam ratus, vt *provideret bona*  
*non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus*  
*hominibus*, Episcopum sibi omni ratione de-  
mereri statuit. Ergo Deo & Archangelo  
*In l'ie Ebi-*  
*scopu adit.* In l'ie Præsìde (vt eius institutum ferebat)  
inuocatis, Episcopum adit, eique comiter  
simul ac reuerentèr salutato demonstrat,  
se Pauli Tertij Pont. Max. & Ioannis Tertij  
Lusitanie Regis missi venisse in Indiam,  
vt Ethnicos ad Christi fidem adduceret;  
Neophytos ac Lusitanos ad Christianam  
erudi-

erudiret pietatem. Cæterum parère magis quàm imperare assuetum, alieno arbitrio vti malle quàm suo. Proinde se in Episcopi Indici potestate futurum: nihilque facturum prorsus, nisi ex ipsius sententia ac voluntate. Tum Pontificiis Regiisque literis prolatis, Apostolicæ suæ legationis testibus, ad eius pedes prouolutus, ea omnia se illi tradere ait, ne secus vteretur, quàm Episcopo viuum foret. Non facile aliàs magis apparuit, quàm citò animos conciliet vera humilitas. Alboquercius tantam talis viri demissionem modestiamque admiratus, summæ facilitati demittentis se, pari facilitate respondit. Nam confestim iacentem comiter alleuat, eidemque diploma ac literas reddit, gratum sibi futurum confirmans, si Apostolicus Legatus data auctoritate ad Pontificis Regisque vteretur arbitrium. Neque enim dubitandum, quin ita vsurus esset, vt talium vicorum de se iudicia comprobaret. Ex eo tempore inter Episcopum & Xauerium obsequio obseruantiaque adeò certatum est, vt inuicem sua consilia amicissimè communicarent. Franciscus ergo lætus sibi in Christiana re curanda adiutorem Episcopum fore, alacrius Goæ, velut pensum instituti sui, summa vi ægros iuuare institit. Extemplo sede in valetudinario regio collocata, grauiiter affectis omni ope in-

*Grati Episcopum summam demissionem sibi conciliat.*



ope inferuire:hortari nunc singulos, nunc  
 vniuersos: confessionis & Eucharistiæ Sa-  
 cramentis expiare non antè destitit, quàm  
 morum mutatio spem vitæ fecisset melio-  
 ris. Præcipuus labor erat, grauius laboran-  
 tibus subuenire, quibus non interdiu solum,  
 sed etiam noctu præstò erat, omnibus  
 eximiam eius benignitatem amoremq̃  
 in alienos plus quàm paternum miranti-  
 bus. Quippe Francisci lectus esse vulgò dice-  
 batur ad pedes eius, qui grauiissimo inter  
 omnes esset morbo implicitus. ibi enim  
 instituto suo pernoctabat, vt omnibus ho-  
 ris, si quid grauius incidisset, periculo in-  
 gruenti celeritas obuiam iret. Inter quæ  
 nihilo ei minor cura paupertatis tuen-  
 dæ, quàm nauandæ benignitatis, fuit. Xa-  
 uerij vestimenta erant ea, quibus è Lu-  
 sitania indutus venerat, cultu haud fanè  
 à vilioribus vulgatisc̃que Lusitanorum Sa-  
 cerdotum abhorrentia. Cæterum veritus  
 ne dispar vestitus abalienaret ab se ani-  
 mos Indorum, statuit ab Sacerdotibus, qui  
 ibi degebant, non differre vestitu. Itaque  
 fatis gnarus, Societati I E S V vestis ha-  
 bitum certum ac proprium nullum esse,  
 sed communem Sacerdotum eius loci vbi  
 versetur, valetudinarij custodem faciliè ex-  
 orat pro familiaritate, vt tunicam sibi ple-  
 beia, n̄ comparet, quali pauperes indigenæ

Sacer-

*Francisci le-  
 ctus apud  
 periculosissi-  
 me egrotan-  
 tem.*

*Stud'ii pau-  
 peratis in  
 vestitu.*

Sacerdotes vulgò vti solerent. Sed ille non tam postulari quàm decori memor, pro Frâcisçi dignitate atque auctōritate, defert ei ex vndulata veste confectam togam. liberali factō liberaliorem addit orationem: talem ibi Sacerdotum vestitum esse, propter maximos Indiæ calores: vestis genus, etsi vndulatum sit, rude tamen esse, plebeiumque. At Xauerius illas vestimento- rum delicias auersatus, Tum tu igitur (inquit) istam vndulatam togam cupiam istorum, quos dicis, Sacerdotum, si voles, dabis: mihi, si videbitur, cannabinam curabis nigram. Quippe hominem, qui paupertatem vouerit, ea vestis decet, quæ & indicium sit & monumentum paupertatis. Huius ille respon- si veritate victus, talarem ei tuni- cam cannabinam, qualem requirebat, con- ficiendam protinus curat. Ea deinde Fran- ciscus, illorum Sacerdotum ritu, est vsus sine zona & pallio, malens de vestitu quàm de paupertate detrahere. In eo autem non magis moderatio enituit, quàm constan- tia. Eundem deinceps vestitum in India perpetuò vsurpauit. Et valuit eius auctori- tas apud Socios, qui diu Francisci instituto talem habitum tenuere. Cæterùm hodie, Lusitanorum more, quem complures iam peregrini Sacerdotes in India sequuntur, & zona vtuntur, & pallio. Porro cum Noso- comij

*Tunica can-  
nabina vti-  
tur, sine toga  
aut pallio.*

*Calceos la-  
ceros ac de-  
formes mu-  
tare nouis  
recusat.*

comij Præfectus detritos ac laceros Fran-  
cisici calceos, & simul soleis coriisque te-  
mere allutis deformes notasset, ei novos  
attulit. At ille, vt erat vbique sui similis,  
nullis precibus perpelli potuit, vt veteres  
calceos mutaret nouis, suos illos satis ad-  
huc utiles esse dictitans: adeò tenax erat  
paupertatis. Agebat tum Xauerius annum  
circiter quintum & quadragesimum, quæ  
ætas ferè consilio magis quam viribus pol-  
let. Verùm ille virtute erectus, nulli cede-  
bat labori. Etli enim per id tempus ægro-  
rum subleuandorum præcipua erat cura:  
nequaquam tamen valentibus deerat, quos  
grauior siue animorum, seu corporum ca-  
lus vrgeret. Post operam ægris impensè  
datam, manè adeuntibus confitendi gratia  
faciles aures dabat: sæpe à primoribus ciui-  
tatis ob eandem causam euocabatur. Et  
erat tanta confiteri cupientium multitudo,  
vt ne decimæ quidem eorum parti eximia  
Xauerij sedulitas sufficeret. Post meridiem  
ferè vinctos in custodiis visitans, corrogata  
iuuabat stipe: traditæque eis rectè confi-  
tendi ratione, plurimas totius anteaetæ  
vitæ confessiones audiuit. Nec nihil Xaue-  
rij apud alios valuit exemplum. Prætor  
ipse Sosa semel in hebdomada & ægros  
benignè inuisere, & vinctos, causis eorum  
cognoscendis expediendisque, solari insti-  
tuit:

*Vinctos cor-  
rogata stipe  
iuuat.*

tuit: idque solemne habuit quamdiu in India fuit. Dominicis porrò diebus Xauius leprosos (quorum Nosocomium est in suburbano) iuuabat, eis cum cæteris in rebus ministrans, tum verò, post exceptas confessiones, Christi corpus impertiens. Nec quisquam omnino fuit eorum, qui non illo auctore sacrorum mysteriorum particeps fieret. Vbi satis operæ agris nauasse vitus est, in ædem B. Mariæ, valetudinario proximam, demigravit, valentibus quoque opem laturus. Ibi Dominicis ac festis diebus manè concionem habebat ad Lusitanos, à prandio indigenis Symboli capita cum summa cura explicabat, maiore hominum frequentia, quàm pro ædis, vbi docebat, modo. Inde inimicos ad pacem, dissidentes ad concordiam reducebat. Nec quicquam in priuatis colloquiis inexpertum omisit, quod ad sanandos ciuium animos pertineret. Ille Lusitanos sermonis affabilitate captos comiter de ipsorum vitiis admonuit: ille incussò nunc mortis nunc gehennæ terrore, perditos homines à flagitiis reuocauit. Quos, vt primùm permos esse sensit, modò ad expiationem noxarum, modò ad vitæ emendationem rogando alternis, suadendòque, pellicere instituit. Satis constat plerosque ita affectos atque animatos, vt à confessione nouam

*Leprosi ministrat.*

*Concionatur.*

*Priuata colloquia.*

*Frustris sermonum.*

VITÆ

vita rationem instituerint, pellicibus eie-  
ctis, & malè parta pecunia restituta.

### CAPVT III.

*Pellices mi. o artificio nuptiis iungit, aut  
detrabit. Pueros rudesque Catechi-  
smo instruit.*

CAETERVM haud paulo plus in pellici-  
bus, quàm in alienis pecuniis, laboris  
atque operæ fuit. Illa tempestare Lusitani  
Goæ, ob Lusitanarum mulierum inopiam,  
alienigenarum erant amoribus implicati.  
Pleræque Sionæ, aut Peguanæ, nonnullæ ab  
Iaponia Sinisue. Quippe hæ Indis feminis  
specie corporis, & decore habitus, longè  
præstant. Eas ferme Lusitani, quia coniu-  
gio non dignabantur, in deliciis habebant.  
Ergo Xaverius tanto huic malo obuiam  
eundum ratus, summa opè expedire illo-  
rum animos cœpit. Primùm igitur eos  
omni obsequio demereri. inde, vt quisque  
obuius erat, hilari vultu eum rogare, vt Sa-  
cerdotem cibi egentem conuiuio accipe-  
ret familiari. Annuente illo, mensæ pariter  
accumbebat. Super cœnam vel à cœna  
orabat hospitem, suos vt liberos accersi  
iuberet. mox patris iussu prodibant parui  
filiij, quos Franciscus manibus sublatos  
collo

collo suo admonebat, grates Deo agens, qui tales ei pueros spem stirpis dedisset: & simul honestam eis sanctamque vitam exposcebat precibus. Subinde (remeritas in alio foret, quod illius sanctitas faciliè sustinebat) puerorum matrem acciti deliderabat; accitam benignè alloqui, hospiti eius commendare formam, nuptiis viam nuniens. Eam utique egregia esse indole ac specie, ut Lusitana posset videri: liberos ex ea genitos haud dubiè Lusitano homine dignos. Quæ res igitur connubium moraretur? quam coniugem expeteret illa meliorem? Proinde ne cunctaretur filiorum famæ, talis feminae pudori consulere. Nec salubria dicta in irritum cadebant. Francisci vox & auctoritas haud agre eos impellebat ad pellices sibi matrimonio iungendas, ipsomet inspectante. Quòd si quem nactus esset, qui ex Inda muliere ac deformi filios matri similes haberet; indignabundus exclamabat: Deus bone, quid hoc est monstri? Diabolum domi alis: cum isto portento consuetudinem habes? hinc suscipere liberos potes? me audi. istuc monstrum ac prodigium extemplo tectis eijce; & te dignam coniugè quære. ita ille, amandata pellice, ducebat vxorem. Nec sinebat Franciscus, quantum in ipso erat, nigras ancillas à Lusitanis in matrimonium duci,

*Pellices formosias connus o iungit, deformes eijci iubet.*

*Nolebat Lusitanos vxores ducere deformes, & pellicibus abstinerent.*

H sed al-

114 FRANCISCI XAVERII

sed albas, minimèque deformes; vt scilicet adulteriis abstinere, sua quisque vxore contenti. Interim verò ad studium pietatis Christianæque vitæ omnium animos pellicere atque instituere non desisteat. Nec frustra id fuit. Cælestis hæc disciplina adeò ciuium incolarumque formauit mores, vt alia quædam videretur esse Goæ facies, quàm paulo antè fuerat. Et Franciscum ipsum cum diurna Christianæ pietatis ministeria, tum verò nocturnæ orationis assiduitas clarum & celebrem fecerunt ad Lusitanos pariter Indosque. Caterum vir verè sanctus nominis celebritatem non superbiæ incitamentum habuit, sed industriæ. Quippe humanæ salutis quàm laudis audior, nouas subinde excogitans iuuandorum hominum rationes, ad omnia descendebat. Illud autem in tali viro admirabile Christianæ simplicitatis exemplum, & vtilius quàm speciosius institutum. Homo id ætatis atque auctoritatis vias plateasque cum tintinnabulo circumibat: adeò nihil quod Deo gratum, hominibus salubre foret, sibi indecorum ducebat: puerosque ac seruos ad Christianam doctrinam conuocans, ad viarum angulos & compita subinde tali carmine incolarum pietatem excitabat: Fideles Christiani, liberos vestros seruosque, pro vestra in Christum caritate, ad Chri-

*pueros ac  
seruos tin-  
tinnabulo  
eosque docet.*

ad Christianam disciplinam dimittere. Ad hanc rei nouitatem maximi puerorum ac mancipiorum vndique se proripientium, aliorumque hominum concurrebant greges. Quos ille omnes in ardem B. Mariæ quasi agmine adductos Catechismum modulans docebat, ratus pueros cantus suauitate delinitos & libentius conuenturos ad audiendum, & facilius illa tanquam carmina memoriæ mandaturos; quod vtrunque rei euentus comprobauit. Verum ad id negotium non plus solertiæ adhibuit quam prudentiæ. Namque haud dubius ita demum vtilem suum laborem futurum, si probè intelligerentur quæ edisci oporteret; singula rerum capita decantata, pro auditorum captu & intelligentia, explicabat breuiter appositeque. Apud rudes homines ac seruos rudi & abiecto dicendi genere utebarur de industria; quo facilius sermo notus in illorum aures atque animos influeret. Nec verò huius laboris fructus aut exiguus aut caducus fuit. Hinc tantus ille Christianæ institutionis docendæ discendæque vsus, qui hodie viget in India. Nam cum ex ea re fructus hominum spe maior extaret, Episcopus ab aliis idem in reliquis vrbs templis fieri iussit. Itaque certatim focij quidem Francisci instituto, cæteri autem partim Episcopi iussu, partim

*Plebeio sermone vitur de industria.*

*Tradendi Catechismâ fructus.*



116 FRANCISCI XAVERII

illorum exemplo excitati, idem postea tota India factitarunt, cum ingenti rei Christianæ emolumento. Quippe hic mos cum alibi, tum verò Goæ adeo percrebuit, ut passim in scholis, in viis, in compitis, in tectis, agris, nauibus, pro ineptis ac vecordibus cantilenis, Christianæ disciplinæ rudimenta & canantur iucundissimè, & audiantur. Quocirca iam vsu venit, ut vix dum balbutientes infantes carmina illa magna ex parte percepta cãritare gestiant. In hoc autem, quod dixi, munere obeundo Xaverius haud illustrius industriæ quàm abstinentiæ ac modestiæ exemplum edidit. Ex his quæ eleemosynæ nomine ad illum plurima afferebantur, nihil admodum sumens sibi, omnia egentibus atque agrotantibus quàm occultissimè disperciebat, ne quid laus humana de diuina mercede decerperet. Nec gloriolam solum, sed etiam honorem (in quo pauci fortes & constantes reperiuntur) repudiabat ex animo. Cum vulgò honos illius virtuti debitus haberetur, honorem æquè & honorantes gestu ac toto corpore, non tantum voce vultuque, auersabatur; indignum scilicet ratus, Christianum hominem veneratione delectari, Christi opprobria secum animo reputantem. Audiant quod dicturus sum, qui vanos honorum titulos aucupantur.

Xauc.

Hæc nris fuit  
g.

Xauerius quidem rerum humanarum maximèque sui ipsius contemptor, nihilo minus celebritatem nominis honoremque aspernabatur, quam vulgo homines expectunt: vt iam constaret inter omnes, nihil illi grauius ac molestius accidere posse, quàm prædicationem rerum suarum, suiq. venerationem. Caterùm vt honor fugientem maximè sequitur, hæc ipsa honoris fuga, vt fit, honorem & admirationem auxit. Admirabantur omnes Sacerdotè eruditionis ac virtutis eximia, peregrinum ex alio orbe terrarum, tam multa gerere tamque præclara, nulla omnino mercede, ne laudis quidem & gloriæ. Ergo vt antea in Lusitania, sic in India, Apostolus *vulgò Apostolus in India appellatur.* cæptus est appellari, non minore vtique eius stomacho, quàm pudore. Sed vicit multitudinis siue pertinacia dicenda est, siue constantia. Hæsit enim deinceps Xauerio Apostoli cognomen adeò, vt excuti ab eo nullo modo potuerit. Idemque postea cognomen à Francisco, quasi capite, ad eius manauit socios. Verùm hi denique effecerunt, vt nouo nomine (de quo mox dicemus) assumpto, vetus illud nimis magnificentum deponerent nomen.

## CAPVT IIII.

*Goanum Collegium Societati parat.*

**P**AUCIS ante Xauerij aduentum mensibus, Goæ pij quidam homines, auctore F. Iacobo Borbano, rei Christianæ augenda societate inter se inita ( vt supra ostendimus ) Indorum Seminarium inchoarant. Iamque rerum vsu docti consenserant, optimum factu esse, pueros adolescentulorumque quamplurimos, omnium ferè Indicarum nationum, Christianis moribus & literis imbui; ac deinde suam quemque domum remitti, partim Sacerdotes, partim interpretes futuros. Igitur communi consilio ad Ferdinandum Rodericum Quæstorem Regium (is tunc, Stephano Gama Indiæ Prætoræ absente, eius loco Goæ præerat) rem deferunt, ab eodem consilium & auxilium perentes. Ex eius ergo auctoritate Societas instituitur his legibus, vt Goæ ex omnibus ferme Indiæ nationibus (nominatim autem appellabantur Canarij, ad quos Goa ipsa pertinet, Cingalæ, Malauares, Cellanij, Bengalenses, Peguani, Malacentes, Sinæ, Abyssini) pueri Christianis mysteriis ac præceptis erudirentur, qui deinde Sacerdotum aut interpretum implerent vicem. Quòd si qui ad neutrum

munus

munus essent idonei, alerentur tamen, quoad artem aliquam addicerent. Et rei qualem familiaris procuracionem penes delectos à Sodalitate curatores, puerorum vero institutionem apud Franciscanos esse placuit. His rebus ita compositis, Quæstor regius Prætoris Indici & Regis Lusitani nomine stipendium ex publico octingentorum aureorum, quo tum Deorum Sacerdotes vivebantur, Goano Seminario attribuit, Dæmonis opes ad Dei cultum diuina providentia vertente. Id vestigal deinde duplicatum ab eodem, & ab Indiæ Prætoris & Regis auctoritate firmatum: ædes quoque cum templo ædificari cœptæ: Collegio, quoniam ad Christianæ fidei propagationem referebatur, à Sancta fide nomen est inditum. Redituum iam & eleemosynarum tanta vis erat, ut centum alumni saltinè facillè possent. Alebantur tum sexaginta. Præerat Collegio F. Iacobus Borbanus, is qui eius auctor fuerat. Cæterum id Collegium Societati I E S V diuinitus erat destinatum: quod ipsemet Borbanus, ex quo tempore Societatem nosse cœpit, lætus euentu non semel prædixit. Ille igitur Xauerij egregia vitæ ratione perspecta, studioque instituenda teneræ ætatis valde probato, Seminarij administrationem vitro ei detulit. Ille, utpote

*Seminarij  
administrationem recu-  
sat.*

qui disseminando Euangelio totam Indi-  
am peragrarè in animo haberet, id oneris  
scilicet recusauit. Instare primò acriter  
Iacobus; negotij magnitudinem proponere;  
vberrimos fructus percensere; Seminarium  
illud Sacerdotum atque interpretum,  
Ethnicarum nationum subsidium,  
maximè ad religionem propagandam  
momentum esse veris laudibus memorans.  
Vbi nihil se proficere animaduertit; cum  
ipsemet, tum per Sosiam Prætorem Indiæ  
agere cœpit, vt si Xauerius eam curam  
suscipere ipse aut non posset, aut nollet,  
at alicui saltem è socijs suis mandaret. Paulum  
& Mansilianum socios Franciscus è Mozambico  
propediem, alios item deinceps è Lusitania  
expectabat. Itaque animo Collegij illius  
amplitudinem atque usum eximium præ-  
sagiente, rem cõplexus, Paulum destinauit  
sui muneris Vicarium: alumnorumque  
Magistros è Societate inde usque ab vrbe  
Roma exciuit, haud minore Prætoris  
quàm Borbani voluntate. Inde redditibus  
annuis regia liberalitate auctis, cum ad  
augendum alumnorum numerum laxari  
tecta placuisset; Sosie Prætoris non  
auctoritas magis quàm largitas negotio  
fauit. Nouum templum, descriptæque de-  
nuo ædes, eiusdem potissimum ope atque  
operâ, breui tempore absolutæ sunt. **Tem-  
plum**

plum dicatum Apostolo Paulo : inde Collegium S. Pauli appellatum. Ex eo deinde homines è Societate nomen acceperunt. Nam cùm id Collegium postea, saluo Indorum Seminario, Societati IESV ab Rege Lusitaniæ attributum esset, Patribus in Indiam & Orientem destinatis instituendis; Patres cognomen traxerunt ex loco. Id hodie regia munificentia locupletatum bonis, ædificiisque ornatum est, egregium sanè Lusitanorum Regum munificentia monumentum, amplissimumque concionatorum sacerdotumque, ad usum Indiæ Orientisque, Seminarium, Conimbricensi Seminario in Goanum ab Rege Lusitaniæ

*Goani Collegium Societatis IESV.*

verso. Hic enim (præter plurimos ex Indorum populis alumnos, qui separatas colunt ædes) ad centum partim ibidem adsciti in Societatem IESV, partim à Lusitania submissi, bonis artibus ac moribus instruuntur, donec satis idonei sint ad Indiæ Orientisque gentes exemplis & sermonibus iuandas. Hanc primùm Societati sedem diuina prouidentia constituit in India, priusquam ibi esset Societatis nomen auditum: eademque sedes parens est & caput sedium cæterarum, quæ deinceps in Oriente plurimæ quæsitæ conditæque. Cæterum (vt ad ordinem rerum, vnde nos oportunitas Goani Collegij per Xauerium parti auer-

H 5            terat,

terat, redeamus) Seminario, quod diximus, Societati assignato, novum Indiarum campum Xaverio excolendum Deus attribuit.

## CAPVT V.

*Ad Comorinenses neophytos iuuandos proficiscitur.*

IAM prolapsam Goar Christianam disciplinam Xaverius restituerat, cum Comorinam promeritisque oriturque Piscaria incolae nuper ad Christi fidem adueni, defertique à Sacerdotibus, ingentem eius animo inieccere curam. Piscaria regio vicis magis quàm vròibus frequens, à piscatoribus (Parauis vocant) incolitur. margaritis non alia ora ditior, quocirca, ex margaritarum maximè piscatu, Piscaria nominatur. Verum incolae, opum vernacularum expertes, in margaritis piscandis operam suam locabant Saracenis. Turcerunum oppidum est eius ora non ignobile, vbi leuis dictu res, gravissimi belli causa, & imminens genti clades, Christianae fidei occasio fuit. In iurgio Saracenis (vt est genus hominum impotens & contumeliosum) Parauae cuiusdam aurem, gentis more perforatam, detractò per contumeliam annulo, lacerat: quod apud illos probrum ducitur

*Ora Piscaria.*

*Ex leuisi-  
macula in-  
ternocinum  
bellum.*

ducitur maximum. Itaque Saraceno illo interfecto, iniuriam Parauæ vlti sunt. Cæterùm (vt in rixis accenso certamine animorum, cædes alia ex alia nascitur, neque vllus est cædendî finis, nisi pax intercurrerit) res quæ primò per viciscendî libidinem à duorum iurgio ad necessitiorum certamen venerat, inde ab horum certamine ad internecinum bellum venit nationum. Nam Parauæ demum, maiore quàm intulerant accepta clade, impositâ nationi illæ labem, hostium sanguine luendam rabiâ permagnam ex vicis ferè omnibus contrahunt manum: ac de improbo, impetu in Saracenos factò, magnum eorum numerum interficiunt. Tum cunctuero Saraceni irascentes, omnibus viribus in Parauas confurgere, eorumque non ad internecionem redigere statuerunt. Proinus ergo quantam maximâ possunt comparant classem, ipsosque Parauarum Regulos magnitudine pecuniæ in suos populares incitant, haud dubij, si hostes nullam neque mari neque terra habere esse effugium, circumuentos haud egere ad unum omnes posse deleri. Hic Parauæ, cùm vix se se cinctos periculis, ab hostibus circummissos, ab Regibus suis prodiros cernebant; fluctuantes animis erant, inspicere externa auxilia, consilia undecunque exquirere. Ver-

fabatur



## 124. FRANCISCI XAVERII

IOHANNES CRUCIUS.

fabatur tū fortè inter eos Christianus eques (Ioanni Crucio nomē fuit) homo domi suæ honestissimus, natione quidem Malauar, cæterùm Lusitanis similibus quàm suis, qui virtutis ergò ab Rege Lusitaniæ Christi eques factus, eo ipso tempore equos aliquot ad Parauarum regulos adducebat. Ad hunc igitur primores Parauarū pro familiaritate cœunt: rem demonstrant, consiliū petunt. Et Crucius vir æquè prudēs ac pius, illorum trepidationem Euangelij occasionem ratus, vt simul belli ac superstitionis arceret cladem, censere se dixit, in vltimo discrimine ad vltima remedia descenderent. & quoniam à suis Regibus contra ius fasque proditi, vndique hostium vrgerentur armis, à præpotenti cæli Rege, Lusitanisque, eum piè ac religiosè colentibus, implorarent opem. Quippe hac vmbra Lusitani cælestisque auxilij, non tegi solùm ipsos posse, sed etiam de hostibus triumphare. Nam si Lusitanorum, hoc est, Christianam religionem amplexi, eis se vltro dedidissent, haud dubiè illos pro religione ac dedititiis suis bellū aduersus communes hostes impigre susceptū, feliciter iuxta ac fortiter cælesti ope gesturos. Et Saracenis, æternis Christiani nominis hostibus, victis debellatisq̃, fortassis piscatum margaritarum, iure belli eis ademptū, Parauis, quòd Christiani facti essent,

essent, vltro donaturos, velut auctoramentum religionis. Haud furdis hæc auribus dicta. Nec Parauas eques, nec equitè Lusitanus fefellit. omnia prorsus, vt ille prædixerat, euenêre. Cum terror hostium & equitis auctoritas trepidos Parauarum animos ad Lusitanorû amicitiam religionemque perpulissent; properè summi eorum Magistratus (Pantagatini appellantur) honestissimos suæ nationis viros Cocinum ad Lusitanos allegant. Legatis mandât, vt Cocini primo quoque tempore ipsi fiant Christiani : & Parauarum rebus in Lusitanorum ditio- nem datis, opem ab eis ad imminentem Saraccenorum rabiem arcendam, Sacerdotes ad cæteros Christi sacris initiandos petant. Cocinum Lusitanorû oppidum est *Cocinum.* maritimum, inter Comorinum promontorium & Goam positum, amplitudine ac dignitate vni Goæ in India secundum. Huc ergo Parauarum Legati, milia passuum ferme CC. emensi, cum appulissent, mira opportunitate Michaëlem Vasæum Proepiscopum (generalem Episcopi Vicarium vocabant) virum propagandæ religionis audissimum offendunt : à quo comiter accepti, & ad Præfectum vrbs introducti, non enixius quàm efficacius commendantur. Præfectus Parauerum legatione benignè audita, & beneuolentiam  
 cis in

eis in præsentia præstitit, & studium apud Prætozem Indiæ detulit suum. Benignius etiam quàm locutus est fecit: utique postea quàm Legati baptismum efflagitarunt. Et Prætor Indiæ à Cocini Præfecto certior de tota re factus, ut erat homo eximia pietatis, eo nuntio latus, celeriter Parauis ferri iussit auxilium. Inter hæc Parauarum Legati baptismo lustrati, cognomen à cruce, in gratiam Ioannis Crucij, qui hoc illis consilij dederat, acceperunt. Idque cognomen (tanta fuit salutaris consilij gratia) à reliquis deinceps eius gentis primoribus adscitum. Præfectus igitur, Prætoris iussu, confestim validam classem adornat, oram Piscariam petit, cum hoste configit. Haud humanæ opis res visa. Saraceni primo impetu victi, vnoque prælio debellati. Inde Parauis belli metu liberatis, ad eorum baptismum cura Præfectu veria. Missis eò sacerdotibus, baptizata capitum ad xx. millia dicuntur. Lusitanus inde victor, haud contentus deditioꝝ suorum salute, piscatum insuper margaritarum (uti Crucius coniectauerat) eisdem susceptæ religionis præmium vltro concessit: ut veria vice Saracenis, non nisi facta à Parauis potestate, piscari liceret. Ita Deo incommoda in bonos euentus vertente, vnus auris laceratio in vniuersæ gentis salutem & emolumen-

*Comorinenses  
baptizantur.*

lumentum cecidit. Caterum ditino consilio humana imbecillitas defuit. Sacerdotes illi quos diximus, Paravis magna ex parte baptizatis, summa loci intemperie, & alimentorum inopia territi, domos protinus remigrarunt. Itaque miserè neophyti, quos fortassis non tam veræ religionis amor, quàm metus ac fuga periculi ad Christi aggregauerat cultum, deserti a pastoribus, Christianæ disciplinae penitus ignari, ad pristinos ritus ac mores reuertebantur. His rebus ex ipso Michaelè Valazo cognitis, Xaverius variè affectus est: nata tanto rei Christianæ incremento admodum lætus, ingentem ex illorum solitudine cepit dolorem. quem tamen breui haud dubia spes lenit, neophytos illos posse suâ operâ erigi colique. Quippe ethnici & neophyti Vrbi Goe similiti, ad quos iam eius industria vocabatur, F. Jacobi Borbani & aliorum operâ egregiè iuuabantur. Ipse autem subuenire gestiebat omni ope destitutus. Extemplo igitur in oram Piscariam proficisci decreuit, piscatorum ipsorum animas piscaturus, longe pretiosiores margaritis. Mox Episcopum sua consuetudine adit: quid sui consilij sit, edocet: eique totius rei permittit arbitrium. Ille, probato consilio, bene precatus eum dimittit. In digressu obortæ Alboquercio lacrymæ facile prodidère,

*Comarines  
fuit a sacer-  
dotibus de-  
seruatur.*

*Episcopi in  
Xaverium  
mor.*

*Prætoris ob-  
servantia  
erga Franci-  
scum.*

*Studium pau-  
peratis.*

didere, quantopere Xaverij modestiam diligeret. Franciscus inde Episcopi auctoritate subnixus, Sofam Indiæ Prætozem conuenit; ac re demonstrata, vt facultatem negotij conficiendi ( si videatur ) det, impentè rogat. Tum ille testari Deum, se talis viri discessum permolestè ferre: sed quoniam non ambigeret, quin eius profectio Parauis saluti foret; hoc solatio desiderium, quod ex ipso caperet, leniturum: & si nui quicquid ad iter illud opus esset, non minus benignè quàm libèter, & Regis imperio, & sua sponte curaturum. Egit grates Xaverius tam officiosæ voluntati, negans se quicquam desiderare aliud, nisi eius itineris facultatem; vt, quoniam terrestre iter hostibus obnoxium diceretur, mari quamprimum eò contendere liceret. Extemplo morem gerit Sofæ; nauim attribuit: & nihilo fecius imperat suis, omnibus eum instruant rebus. Sed in viæ vitæque commodis fortiter constanterque repudiandis, Xaverius sui similis fuit. Offerentibus atque adeò obtrudentibus magistratibus ad iter illud necessaria, gratias comiter agens prorsus omnia remisit. Verùm cum iidem obstinatè, non modò enixè, instarent; cessit nonnihil eorum precibus, haud minore facilitatis laude, quàm abstinentiæ: thoracemque ex corio atque ocreas sumpsit, aduersus

aduersus Solis æstum, quem illis in locis, quippe æquinoctiali plagæ proximis, longè maximum cognorat esse. Hisce rebus impigre curatis, pro se quisque amici eius ac studiosi instrumenta iuueris conferre cœperunt. Quibus ille benignè remisit, quod impedimenta verius quam adiumenta sibi esse diceret, vnà cum Præfecto ora Piscaria, qui eodem pergebat, anno seculi huius XLIII. Octobri mense inito, discessit.

## CAPVT VI.

*In Comorino promontorio elaborat.*

COMORINVM promontorium pari ferè <sup>Comorinensis</sup> interuallo ab Indo & Gange distans, ad <sup>promontorium</sup> æquinoctialem lineam procurrit, ab vrbe Goa millia passuum ferè CCCC. Hinc velut ex cubito se flectit India. indidem & ora Piscaria inter Orientem ac meridiem spectans, fermè CC. millia passuum Gangem versus porrigitur. Tota regio tam alimentorum inops, quàm diues gemmarum. Quippe incolæ oryza, lacte, pisce, carne viuunt; pane, vino, pomis, caterisque eiusmodi rebus carent: & medicorum medicamentorumque vsus vulgò apud eos nullus. Gentis quidem ingenia (vt est captus barbarorum) satis sedata & quieta, ceterùm admodum rudia & incondita sunt.

I Nec

130 FRANCISCI XAVERII

*Aestus intolerabilis.*

Nec aliam Indiæ regionem Sol magis exurit: vbi enim vapor iacentes arenas accendit, æstus existit intolerabilis, quo cuncta velut igne torrentur. Hanc tamen tantam cæli locique intemperiem, pari ciborum medicamentorumque inopiæ iunctam, inuicta Xaverij virtus vltro subiit, audior scilicet animorum, quàm ceteri margaritarum.

*Labores Xaverij.*

Enimvero pretium est opera, quæ deinceps expositum finimus de immenso infinitoque Xaverij labore, maximis ærumnis, omniumque rerum inopia, in Comorinensi promontorio, cognoscere eos, qui vel modicis laboribus & incommodis perfuncti placent indulgentque sibi, perinde quasi Christi nomine malorum vltima perpassi. Nimirum vehementer nos nostri pudeat pigeaque, si nostros labores cum Francisco conferamus, in Comorinensi Christi vinea laborante. Habitabatur longissimus ille tractus piscatorum partim vicis, partim oppidis, ad xxx. Horum xx. erant Christianorum, in quibus præter xx. neophytorum millia Christianis præceptis imbuenda, complures supererant baptizandi vel infantes vel adulti: luctandum sæpe non magis cum ardore Solis, quàm cum arena; feruido litore non tantum fallente, sed etiam exurète vestigia. At Franciscus ad omnia interritus, tam duram provinciam,

uinciam, maiore etiam animi robore sustinuit quam suscepit. Namque vnus multorum Sacerdotū animos ac vires gerens, contempto Solis ardore, continenter circum illius oræ maritimæ vicos & oppida pedibus sæpe nudis (vtique post detritas viū ocreas) feruida arena cursare: infantes ac pueros ceterosque quotidie ad Christi fidem accedentes baptismo abluere: Idolorum sacrificia miris artibus impedire: sponfos ac sponfas rite in matrimonio collocare: omnes, pro cuiusque intelligentia, catechismo erudire: dissidentes ad pacem reuocare intitit, quamuis æstuans & sudore penè perpetuo fluens. Nec verò suum ipse corpus in tantis laboribus indulgenter habuit. Solenne illi fuit cubare humi, gentis more oryza victitare, eaque exigua, & *Oryzam sibi ipse coquit.* scilicet malè condita, vt pote quam sibi ipse in summis occupationibus coqueret. Ad oryzam admodum rarò piscem, aut lac plerumque acidū, à neophytis Ethnicisue vltro allatum, adhibebat. Multis etiam ac grauibus molestis, quas peregrino homini locorum insolentia, rerumque omnium inopia necessariò afferebant, defungebatur. Et cætera quidem incommoda haud ferebat ægre; sed patrij ipsorum sermonis inscitia vehementer curam eius intendebat. Namque incolæ interrogati de rebus

I 2                      ad Chri-



*Comorinen-  
sij infamia.*

ad Christi religionem legemque pertinentibus, id modo respondebant, se esse Christianos; & quod Lusitanæ linguæ omnino rudes essent, Christianorum instituta ac præcepta cognoscere nequiuissent. Deduxerat secum Franciscus alumnos Goani Collegij quos, iam adultos, & Malauarici sermonis, quo illa gens vitur, Lusitanique non ignaros: sed puerorum & idiotarum institutionem per interpretem & tardam & minus efficacè expertus, maluit eos magistros habere quàm interpretes; adeò incensâ erat cupido non celeritatis solum in docendo, sed etiam sedulitatis. Itaque ab eis, quos diximus, Christianæ disciplinæ capita in Malauaricam linguam celeriter vertenda curauit. Inde homo id ætatis in Christi gratiam velut repuerascens, illa quamprimum ediscere: mox tintinnabulo puerorum greges ac virorum cogens, vicos obire: vnum in locum coactis, illis, quæ dixi, capita inculcare. Magistri ardor, discendi alacritatem discipulis attulit. Omnia quæ tradebantur, rudes pueri vnius mensis spatio memoriæ bellissimè commendarunt; vt nec Franciscum industrie suæ, nec illos assiduitatis pœniterent. Tanta porrò eos ceperat discendi cupido, vt ab illo alias ex aliis præcationes ediscendas subinde flagitarent, adeò obstinatè,

*Comorinen-  
sij præ-  
sertim ardor  
est secuti.*

stinatè, vt pene odiosè interpellarent etiam diuini pensum officij persoluentem. Neque finem vllum faciebant instandi, donec illorum postulatis satisfacturum se promitteret. Xauerius ergo, vbi initia ex sententia succedere animaduertit; paucorum emolumento minimè contentus, rationem inuit iuuandi quamplurimos. Vt ea institutio latius pateret, pueris præcipit, vti suos quisque parentes, cognatos, domesticos, vicinosque omnes paulatim docerent eadem illa, quæ ipsi in schola didicissent. Ita pueri è discipulis repente doctores facti, rem Christianam haud sanè mediocriter adiuuerunt. Nec verò Xauerius, hisce adiutoribus vtens, quicquam de labore remisit suo. Diebus Dominicis in magno puorum, mulierum, ac virorum cœtu, orsus ab Symbolo Apostolorum, breuiter duodecim fidei capita ac præcepta Decalogi, alia alio explicabat tempore. Audiebatur attentè ac diligenter, obstupescentibus non modò Christianis, sed etiam Ethnicis; qui frequentes conueniebant, demirantes Christianam legem adèò consentaneam & congruentem esse rationi. Cæterùm Xauerius haud ignarus in diuinis rebus rectè tradendis plus diuinam vim valere, quàm humanam industriam, ad singula Symboli ac Decalogi capita ipse apposito carmine præibat;

*Pueris vntur ad parentum & aliorum institutionem.*

*Christiana lex Ethnicorum iudicio congruit rationi.*

134. FRANCISCI XAVERII

præibat; quo carmine opem separatim à Christo & à B. Maria peterent, ad illa ipsa siue credenda, siue exequenda: illudque subinde pronunciabat, si illa quæ tum peterent de fide ac lege Christiana seruanda, à Deo impetrassent, deinceps multo plura ac maiora diuinitus accepturos, quàm ipsi taciti auderèt optare. Eadem autem operâ & neophytos instituebat, & catechumenos: ad quos utique, quia magis periclitabantur, plus etiam curæ atque operæ deriuabat. Tantus verò numerus erat Christiani sacra capeffentium (vicos enim totos singulis diebus non semel expiuit) vt inter baptizandum, manibus brachiisque defatigatis, sæpe langueret. Sæpe etiam talium rerû inculcatio docentem frangebat adeò, vt vox pariter viresque deficerent. Non tamen illius virtus laxamentum laboris, sed nouam materiam quærebat benemerendi. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animum vinci posse diceres. Plures quotidie infantes vndique conquisitos rite sacra lustrabat aqua. Præcipuè verò teneram ætatem ad religionem informare studebat, haud ignarus plurimum momenti esse in pæroꝝ institutione; vtpote quos prouideret, à primæ ætatis conformatione, longè meliores parentibus cuasuros. Habebat eius rei argumenta & multa & illustria.

Neophy-

*Totus hæc  
singulis die-  
bus baptizat*

*Virtus labo-  
re inuicta.*

*Tenera æta-  
tis informatio.*

VITAE LIBER II. 135

Neophytos pueros cernebat Christianæ doctrinæ perdiscendę cupidos, non auidius arripere ipsos explicata, quam a iis tradere: ab Idolorum cultu, omnique iuperfitionum genere adeo abhorrere, vt parentes ipsos in hoc genere peccantes nec ipsi reprehendere vererentur, & ad Franciscum protinus deferrent. Nec ille accensis puerorum studiis deerat, sed ad facinus vindicandum & dux eis erat & comes. Si quando tale aliquid illorũ indicio enunciatum esset, properè contracta puerorum manu contendebat ad eam domum, quæ tantum admiserat nefas: extemplo, velut signo dato, inuadebat lararium. Tum pueri, facto impetu, pro se quisque Deorum simulacra comminuere, consputare, conculcare pedibus, omnibus contumeliis onerare; Diaboli cultũ in ludibrium vertente Xauerio.

CAPVT VII.

*Multis miraculis per se ac neophytos editis, ob eximiam humilitatem vulgò Pater sanctus appellatur.*

PAGIS, qui primi occurrerant, satis Catechismo eruditus, Tutuchurinum oppidum petens, ad ignobilem Ethnicorum pagum diuertit, qui contempto proximo

I 4      accola-

136 FRANCISCI XAVERII

accolarum exemplo, Christi aspernabantur fidem. Instanti Francisco vt vniuersæ oræ Piscariæ auctoritatem sequerentur, id sibi per Regem suum fas esse omnes pariter abnuebant, non tam verè quàm obstinatè superstitioni honestum obsequij titulum præferentes. Incerto consilij Xauerio, egregiam rei bene gerendæ occasionem diuina prouidentia obtulit. Per id tempus inibi mulier quædam honesta tertium iam diem periclitabatur difficultate partus. nihil illa desperatius. iam surdæ inanum Deorum aures frustra pro illius salute pulsata, coniugem eius cognatosque fatigauerant; cum Franciscus, re comperta, Deo fretus, eò cum interprete accurrit, spem aliquam opis ostendens. Mox domesticorum permissu agere cum illa, vt, desperata corporis salute, animo consuleret; & simul nostræ fidei capita breuiter explicare cepit. Quibus mulier, diuinitus tacta, cum assentiretur; percontatur ex ea Xauerius, velitne fieri Christiana. Et libenter quidam, inquit illa. Tum Franciscus, Euangelio recitato, moribundam feminam rite baptizat. Mirum dictu: baptismus ita facilem illi partû præstitit, vt protinus innoxia særum effunderet. Latus euentu Franciscus, primùm modò natum infantem, domesticos deinde omnes baptismò lustrat,

*Mulier periculose partus baptismo liberatur.*

non

non minùs miraculo attonitos, quã lætitia  
 gestientes. Factum tam admirabile tamque  
 testatum celeriter (vt fieri solet) fama vul-  
 gavit. Xauerius ergo populi animos stupo-  
 re percussos vigendos ratus, pagi primor-  
 ribus instare, vt suscipere ne dubitarent  
 religionem, cuius documentum recens  
 tam euidentem haberent. Negare illi primò  
 id se Regis sui iniussu esse facturos: deinde,  
 potestate à Regio procuratore facta, omnes  
 ferè, cum sua quique familia, Christianis  
 iniuncti sacris. Primores baptizati ceteros *Pagum uni-*  
 omnes suo exemplo incitarunt. Ita pagus *uersum ba-*  
 vniuersus ad Christi fidem accessit. Inde *ptizat.*  
 Franciscus Punicale (oppidum id est sanè  
 frequens) profectus, benignè à neophytis  
 excipitur. Confestim infantibus suo insti-  
 tuto baptizatis, populum ac pueros Cate-  
 chismo imbuiere institit. Et grassabatur  
 tum in oppido lues. Itaque permulti quoti-  
 die ad eum conueniebant vndique roga-  
 tum, vt ipsorum tecta adiret, super affectos  
 Deum rite precaturus. plures quoque gra-  
 uiter laborantes, qui deprecatores nullos  
 haberent, ipsimet, vt poterant, ad illum  
 eandem ob causam adrepebant. Commo-  
 uebatur scilicet Xauerius tum insita mise-  
 ricordia, tum miserabili spectaculo. Mise-  
 ris hominibus iusta petentibus abnuere  
 nefas ducebat, veritus ne quid fortè de

## 128 FRANCISCI XAVERII

fiducia aut opinione Christianæ religionis cunctatio demeret. Itaque in adeundis ægrotis, recitandoque super eos Euangelio, plurimum & opera ponebat & temporis. Nec male tempus & opera posita. Sacis contra plurimos ab eo in illa maritima ora ægros sanatos esse, multos energumenos liberatos. Nec obscura aut dubia fama est, tres inibi excitatos à mortuis, præter puellam Cangoximanam, de qua suo loco dicetur. Punicale oppidum est in ora Comorinese (vt diximus) haud sanè ignobile. hinc adolescens quidam minimè obscuro loco natus mortem obierat. Qui confestim ad Franciscum delatus à suis, cum ingenti comploratione ante eius pedes ponitur. Itaque eum Pater manu prehensum Christi nomine surgere iubet. Ille continuo surgit haud dubiè rediuius. Id Xaverius humilitati suæ indulgens, quantum potuit, dissimulando suppressit, sed frustra. Neque enim testes præconesque graues, quamuis magnæ rei auctores, defuere: & huic miraculo confirmile deinde miraculum affirmavit fidem. Ibidem Christiana mulier Franciscum adiit; & flens, ac suam orbitatem deplorans, suppliciter obsecrabat, vt ad paruum filium suum, nuper in puteo extinctum, accedere ne gauaretur. Tum ille negans puerum esse mortuum,

bono

*Ægros sanat, energumenos liberat.*

*Tres à mortuis excitat.*

*Adolescens à mortuis excitatur.*

*Miracula suppressit.*

*Puer in puteo extinctus reuocatur ad vitam.*

bono esse animo mulierem iubet, eique protinus morem gerit. Ad eius lecta ubi ventum est, procumbit in genua. Deum aliquandiu precatus, exanime pueri corpus signat cruce. Extemplo exiit puer e fero non viuis modo, sed etiam valens. Enimvero circumstantes Christiani obstupescere, & miraculum clamitare. At Xauerius enixè eos obtestatus, vt rem omni ope tacerent, repente inde proripuit se. Cæterum illi, vt rem tam admirabilem silentio suppresserent, nequaquam sibi imperare potuerunt. Et Xauerij dissimulatio illustriorem insuper eius sanctimoniam fecit. Porro Ioannes Triaga Lusitanus (vt de aliis taceam) vir iuxta pius & grauis, idemque Francisci familiaris, post eius decessum à Goani Episcopi Vicario rite interrogatus, pro testimonio dixit, Punicali interfuisse se, cum Franciscus puerum quendam, itemque puellam, reuocaret ad vitam. Accepisse etiam se à multis, alium præterea ab eodem in vico (cui Bembari est nomen) à mortuis excitatum: de quo interrogatum ab se Xauerium, ita rem humilitatis studio suppressisse, vt tamen suppressa veritas emineret. Et hæc satis testata, atque ab Indiæ Prorege, Lusitani Regis iussu, conquisita obsignataque penes nos habemus. Dum ægris mortuisque operam  
dat Xa-

*Puella ad  
viam reuo-  
cata.*



## 140 FRANCISCI XAVERII

dat Xauerius, non cessabant interea quotidiana occupationes instituendi pueros, Ethnicos conuertendi, baptizandi conuersos, sepeliendi mortuos, consulentibus respondendi. Aegrorum autem negotium, pro multitudine aegrotantium, & fama curantium, infinitè crescebat in dies: vt iam vnus omnibus satisfacere haudquaquam valeret. Ad hæc, contentiones, vt fit, inter eos existerant, quòd tuam quisque domum primus eum certabat adducere. Igitur iuuis eorum postulatis, salua pace, morem gerens, pueros idoneos suo loco dimittere instituit, consilio non magis necessario quam salubri. Pueri domos adeuntes ex præscripto Xauerij, primùm domesticos ac vicinos omnes concire: deinde simul cum iis qui conuenerant, Symbolo fidei recitato, ægros ad spem certamque Dei fiduciam, cuius beneficio valetudinem recuperaturi essent, excitare: ad vitimum, omnibus qui aderant spe & expectatione erectis, certas adhibere preces. Nec vanum id inuentum fuit. Puerorum, circumstantium, ægrorum, & verò Francisci auctoris fides, lue laborantibus tum corporum tum animorum peperit sanitatem. Per multi quippe neophytorum in suscepta religione confirmati: Ethnicorum non pauci ad Christi fidem, cuius vim experti forent in

valetu-

*Aegros per  
pueros curat.*

valetudine recuperanda, perducti. Quod si quis puerorum precatorem Francisci coronam habere poterat (ea tactos aegros haud dubie sanabat) praclare secum putabat agi. Itaque illa prodigiis nobilis certatim expetebatur; & ad aegros perpetuo circumlata, raro admodum ad Franciscum redibat, miraculis magis quam precibus feruens. Nec aegris solum, sed etiam energumenis, & obsessis a daemone, per pueros consultum est. Energumenus quidam miseris modis a vexatore diabolo exercebatur. Ad quem Franciscus rogatus, cum per occupationes ire non posset ipse, pueros aliquot, Christianae doctrinae ministros, allegavit cum cruce, monitos quid facto opus esset. Adeunt ad exagitatum hominem pueri. Xaverij crucem, ex eius praescripto, illi osculandam offerunt: ipsi preces quasdam, quas tenebant memoria, super eum recitant. extemplo non tam puerorum utique quam Francisci fides ac virtus vexatum liberat, omnibus qui aderant admiratione defixis. Haec fama non sine magna Xaverij laude manans, clariorem eius animi demissionem fecit: nam miracula diuinitus ab se, circummissis pueris, edita, ipse a semet abiudicans, adiudicabat fidei puerorum agrorumque. Caterum dum omni ratione abijcere sese, suamque vim oc-

*Energumenu per pueros liberat.*

*Xaverij laudis.*

## 142 FRANCISCI XAVERII

vim occulere conatur, auxit splendorem sanctitatis suae. Quocirca, ut erat non egregia virtute solum, sed etiam Christiana humilitate conspicuus, vulgò iam Pater Sanctus appellabatur. adeò occultata virtus exiit illustrior.

*Pater Sanctus appellatur.*

## CAPVT VIII.

*Tradendae Christianae doctrinae Vicarios sibi substituit, eisque certum stipendium ab Rege Lusitaniae curat.*

*Catechismi tradendi laborem cum pueris communicat.*

SPECTATA in depellendis morbis neophytorum fides atque industria, ad communicandam cum eisdem laborem plebis erudiendae, Xauerium accendit. Itaque delectu habito, quibus haud minus sedulitatis erat quam pietatis, eos quoquò vertus dimittebat, monitos ut in domibus, vicis, plateis Catechisum, ita ut acceperant, rudibus traderent. Vbi rem pulchre institutam suis iam viribus niti videbat posse; in alium vicum ipse cum pueris commigrabat, eadem ratione pagos reliquos eruditurus. Quos omnes ut obierat, quietis immemor, labore in orbem redeunte, ad primum vicum reuertebatur, confirmaturus si quid fortè labaret: eodemque ordine pagos deinceps reuisebat omnes. inter hæc non modò ad præ-

ad præfens tempus, sed etiam in posterum rem Christianam stabilendam ratus, in singulis pagis oppidisque Christianæ institutionis relinquebat exemplum, scribendi gnaris, ut id ædificarent; rudibus, ut edicerent; quotidieque memoriter recitarent, præcipiens. In omnibus etiam vicis instituit, ut festis diebus omnibus neophyti vnum in locum congregati, Christianam doctrinam cuncti pariter decantarent. Ut autem rectum institutum rectè atque ordine procederet, Vicarios muneris sui relinquendos existimans, in oppidis vicisque singulis vnum aliquem Christianæ rei curatorem (Canacapolam ipsi appellant) constituit. Et Canacopolis (nequando tam necessarium institutum interiret) à Prætere India certam quotannis pecuniam attribuit ad victum. Canacopolis instituendis causa hæc fuit, ut essent, qui paruis pueris periclitantibus baptismo succurrerent in tempore; cæterisque in rebus, quæ moram dilationemque non patiuntur, neophytis subuenirent, quoties ipsius Francisci occursum locorum longinquitas moraretur. Proinde omnibus in locis singulos binosve delegit, qui disciplinæ Christianæ intelligentia, grauitate vitæ, pietatis ardore, morum integritate inter cæteros eminerent. his baptismi ratione tradita, mandauit,

*Canacapolæ  
Francijci  
Vicarij.*

144. FRANCISCI XAVERII  
dauit, vt, si quando necessitas vrgeret, im-  
pigre baptizarent infantes; si quid incidis-  
set grauius, referrét ad se. Hi in suo quisque  
pago, ob Sacerdotum inopiam, instar Cu-  
rionum seu Parochorum erant. ad eam sa-  
cram curabant: bis in die Carechismum  
tum Latino tum patrio sermone, manè  
viris, post meridiem mulieribus, tradebant.  
Nuptias quoque de more pronuntiabant,  
inquirentes ecqua connubiorum forent  
impedimenta: precipuè verò periclitantes  
aetatis imbecillitate infantulos baptisate  
adhibebant. Iidem lustranti vicos Xaue-  
rio numerum puerorum eo anno natorum,  
itemque habentium apud se pellices, ini-  
micitiasque inter se exercentium, cdebant  
statim; quo ille hisce rebus remedium  
quam maurrinè adhiberet. Ita res omnes  
precipuas celeriter singulis in locis cogno-  
scebat pariter & componebat, vt, quam  
minima mora interposita, transfiret aliò. In  
hos omnes Canacapolas, Xauerij rogatu,  
quadringeni aurei ex publico à Pratore  
Indiæ attributi, ab Rege Lusitaniæ confir-  
mati deinde sunt. Ea pecunia Reginae Lu-  
sitaniæ foccorum & crepidarum nomine  
pensitabatur. Quocirca Franciscus ad Ca-  
tharinam Reginam tam falsè quam piè  
scripsit: Non alios fore foccos aut crepidas  
aptiores, quibus ipsa scanderet in cælum,  
quam

*Epistola ad  
Reginam  
Lusitanicam.*

quàm pueros Christianos oræ Piscariæ, eorúmque institutiones. Quare orare se, vt foccorum crepidarúmque suarum vectigal, ad sternendam sibi in cælum viam, illorum præceptoribus attribueret, læta tali commutatione, qua nullam potiore optare potuisset. Illa, vt erat femina inligni religione, totam rem valde probauit: *Liberalitas ac pietas Regine Lusitanie.* suumque illud tributum Canacapolis, neophytorum magistris, volens ac libens concessit. Ita auctore Xauerio, liberalitate Regine, Regis auctoritate, constituta res, stabilitaque, non maiore illorú merito, quàm rei Christianæ emolumento.

## CAPVT IX.

*Brachmanas conuincit, nonnullosque eorum conuertit.*

**I**NTER hæc haud nihil cum Brachmanis Francisco negotij fuit. Inter omnes Indorum gentes, non solum nobilitate, sed etiã sapientia eminent Brachmanes, stirps *Brachmanes eorumque religio.* Regia eadem & Sacerdotalis. Vnum ipsi Deum colunt (Parabram vocant) principium rerum omnium, omni ex parte perfectum, quippe conditorem terræ cælique. Sed fabulas innumerabiles, ad decipiendum vulgus, affingunt vero: ab illo tres  
K filios

## 146 FRANCISCI XAVERII

filios progenitos, mundique administrationi præpositos, quorum tamen vna sit natura, vna diuinitas. Id adeò Brachmanum ipsorum significant cingula, quibus in extremis terni ex nodo funiculi pèdent; acceptam olim trini Dei veritatem, siue improbitate hominum, siue dæmonum calliditate adulterante. Fana quoque Diis illis dicata videntur cum ternis turribus ab imo iunctis, paulatimque in vnũ coëuntibus. Eorundem simulacra variis formis, quas olim induerint, ficta, Pagodes ab ipsis vocantur. Et Brachmanæ quidem apud Indos doctrinæ & abstinentiæ fama nobiles, in Comorino promontorio inficitia sunt nequitiaque insignes. Quippe in ea India parte paupertatis quam locus ipse fert, imparientes, ingenitæ nequitæ nefarium adijciunt dolum. Ipsi, remotis arbitris, festo tympanorum sono epulantes, persuadent imperitis, Deorum simulacra epulari: Deorumque nomine ab eis postulant, quæ ipsi ad sustentandas familias suas desiderant; denunciata Deorum ira, nisi extemplo faciant imperata. Xaverius ergo eos palam fraudis conuictos criminari apud populum, eorumque fallacias aperire cœpit. Ea res multi, qui relicta inanum Deorum superstitione ad Christum se aggregarunt, salutis fuit. Brachmanes autè siue doctrinæ,  
siue

*Brachmanæ  
improbitas  
& nequitia.*

siue virtutis miraculo attoniti, odio in ve- *Brachmanes*  
 nerationem verso, Franciscum donis atque *Francisci*  
 omni ratione demereri conuincébatur. Sed *amicitiam*  
 paupertatis amorem nulla deuinciunt do- *expetunt.*  
 na. Ille, remissis muneribus, ita libertatem  
 conseruabat suam, vt tamen Brachma-  
 num amicitiam retineret. Et Christiano-  
 rum pagos circumiens, ad illorum sedes  
 (Pagodes eodem quo Deos nomine *Pagodes.*  
 appellat) saepe diuertebat, ex Brachmanum  
 numero aliquos traduci ad Christum posse  
 credens, cum salute plurimorum. Fortè ad  
 Pagodem venerat, vbi Brachmanes erant  
 facillè ducenti: qui, Xauerij aduentu nun-  
 tiato, frequentes ad eum coeunt. Consa- *Francisci*  
 lutatione facta, multisque verbis vltro ci- *congressus cū*  
 tróque habitis, sciscitatur ex eis Franciscus *Brachmanis.*  
 in confessu, quid tandem illorum Dij præ-  
 ciperent in cælum ad ipsos ituris. Post lon-  
 gum certamen, quis eorum potissimùm  
 responderet, ad senem octogenarium, natu  
 maximum ex omnibus, communi consen-  
 su delata res est. Is callidè tergiuersans per-  
 contatur inuicem de Xauerio, quid Chri-  
 stianis hominibus eorum imperet Deus.  
 At ille, senis improbitate cognita, negauit  
 se de Christianis rebus verbum prius esse  
 facturum, quàm ipse (vti par erat) respon-  
 didisset de suis. Tum verò senex, necessitate  
 cogente, incitiam suam aperiens, duo



Deorum præcepta esse dixit: vnum, vt vacarum cade, quarum specie Dij colerentur, abstinere: alterum, vt Brachmanas, Deorum antistites & ministros, benigne colerent donis. Ibi Xauerius simul hominis impudentia, simul rei indignitate motus, repente exurgens, illos rogat, vt se vicissim audiant: & magna voce Symboli capita, ac præcepta Decalogi, ipsorum sermone pronuntiata breuiter explanat. Sub hæc, quæ foret beatorum in celo, quæ miserorum apud inferos sedes & conditio, docet; & simul, quibus hominibus cælum pateret, qui detruderentur ad inferos. His illi auditis, repente consurrexerunt vniuersi, eumque pro se quisque amplexari, & Christianam religionem, tam consentanea mytheria ac præcepta continentem, miris efferre laudibus. Tanta apud peruersos quoque animos vis est veritatis, si cæleste eis lumen affulserit. Multa deinde percontari ridicula fortasse, atque abhorrentia ab auribus nostris, & ingenia & tempora cultiora, Dei benignitate, sortitis. An hominis anima similiter vt cæterorum animantium intereat vnà cum corpore. Morientis hominis quâ animus exeat. Quâ tandem fiat, vt per quietem in remotis etiam locis cum amicis esse nobis videamur, an quòd dormientis animus, destituito corpore,

*Brachmanas  
Christianam  
religionem  
probant.*

*Ridicule  
Brachmanas  
percontationes.*

corpore, exiliat foras. Deus albus an ater sit. nam ipsi, utpote naturâ subnigri, suo indulgentes colori, nigrumque Deum esse rati, Deorum simulacra identidem perungunt oleo, ut non atra modò, sed etiam terra sint horrendâque. Dæmones ipsos, non eorum signa, videre te credas. Hicce interrogationibus Xauerius haud ignarus sermonem accommodandû auditoribus, non tam subtiliter quàm apposuere ad eorum ingenia ita respondit, ut nemo prorsus ex tanto numero contra quidquam hiscere auderet. Vrgenti deinde Xauerio, ut Christianam religionem satis eis probatam susciperent; enimvero vereri se aiebant hominum sermones, & rerû necessariorum inopiâ, vitæ ratione mutata. Itaque miseri, cum eis pudor salute potior esset, neglecta luce, quam dispicere ceperant, obstinati hæserunt in tenebris. Et quanquam Brachmanum (ut diximus) sapientia inter Indos eminet, tamen vnus omnino inuentus est tanto nomine non indignus, homo è schola & ex celebri Indiæ Academia, qui Xauerio, pro familiaritate, quædam illius Academiæ mysteria enuntiauit. Vnum esse Deum mundi conditorem, quem in celo regnantem à mortalibus coli oporteret. Octauum quemque diem (nos Dominicum appellamus) festum agendum esse.

*Brachmanæ  
Dei nigri  
esse putant.*

*Brachmanū  
mysteria.*

Venturum tempus cum vnam omnes sequerentur religionem. Huic Christianæ fidei mysteria inuicem exquirenti Franciscus salutarem illam Christi vocem, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*, pluribus explicauit. Quibus ille verbis simul cum explanatione in libellum relatis, eum rogauit, vt se certis conditionibus baptizaret. At Xauerius, nec æquas nec honestas condiciones auersatus, baptismo superfedendum censuit. Demum hominem dimisit, monitum vt mysterium illud de vno Deo colendo in vulgus ederet, confidens se aggregatum iri Christianis. Huius digressus haud nullâ iuuantæ rei Christianæ spem dedit. Brachmanæ alterius adolescentis lætior non spes solum, sed etiam euentus fuit. Is optima indole ac moribus à Francisco institutus baptizatusque, eodem auctore munus Catechismi pueris tradendi suscepit, Christo sibi è Dæmonis quoque schola disciplinae suæ magistros diligente. Per idem tempus Deus, quàm sibi cordi esset Xauerius, haud dubio indicio declarauit. Dynastam Ethnicum certis de causis adibat, qui, vt erat inhumanus ac barbarus, virum sanctitate insignem aspernatus, non minus rusticè quàm cõtumeliosè, venientem domo sua exclusit: & simul irridens adiecit, si quando ipse Christianorũ adiret templum,

Marc. 16.

*Brachmana  
baptizatus  
Catechismũ  
pueris tradit.*

*Illata Francisco iniuria  
diuinius  
vindicata.*

templum, se inuicem excluderet. Francisci iniuria per eos qui adfuerant vulgata, nemine minus, quam ipsum cui illata fuerat, irritauit. Enim uero indignum facinus non magis Lusitanis quam neophytis visum, & diuinitus profecto vindicandum. Igitur relictarum iniuriarum ultor ac vindex Deus, contumeliosum hominem celeriter debita persecutus est poena. Paucis interiectis diebus, is Dynasta, quem dixi, non procul aede sacra Christianorum, in armatos inimicos inermis incidit. Ergo cum manu non posset, fugam salutem consulere: illi infestis telis in tergo fugientis haerere. Ventum erat ad templum Christianorum, quod miser ille suae fugae receptum destinabat animo, pristinae magniloquentiae oblitus. Sed neophyti, clamore ac tumultu exciti, sacrae aedis aditum compleuerant: urgentibusque, ut sit, victimis primos, perfugium fugienti aperire, ut maximè vellent, nequibant. Ibi noscitantem hominem, pro se quisque Deum, Francisci ultorem, aperuisse oculos fremunt: diuinam utique non humanam operam asylum illi, quod peteret, interclusum. Ita exclusor ille, instantibus inimicis, in Christianorum templum confugere frustra conatus excluditur; eo modo elusus à Deo, cuius ipse fecisset exemplum.

## CAPVT X.

*In ora Piscaria ingenti cum gaudio fru-  
ctuque degens , neophytos afflictos  
recreat.*

QVAM solidos autem diuinæ voluptatis fructus ex suis maximis laboribus Xaverius ceperit , incredibile dictu est ; ipsemet in epistola Romam Societati missa significauit . Operæ pretium est audire eos , qui præ humanis commodis diuina contemnunt , piorum hominum vitam iucunditatis omnis expertem rati : quasi nullus esse queat voluptati locus , ubi non deliciæ atque opes affluant . In clausula igitur epistolæ socios ad eosdem labores inuitans adiecit : Tanta vis est solationû cælestium , quæ Deus impertit iis , qui in hac vinea ,

„ Indisq̃ue ad Christum conuertendis , elabo-  
 „ rant , vt , si quod est in hac vita gaudium ,  
 „ hoc vnum mihi esse videatur . Nec verò  
 hoc temere affirmant ; sed aliis scripsit ,  
 quod expertus erat ipse . sæpius enim in  
 eiusmodi laboribus superfundente se cæ-  
 lesti lætitia , auditus est , cùm remoto ab ar-  
 „ bitris ( vt credebat ) loco ita diceret : Quæso  
 „ te , Domine , noli , si placet , noli tanta me  
 „ gaudiorum mole obruere in hac vita : aut  
 certè

*Cælestium  
gaudiorum  
copia.*

certè si pro tua infinita benignitate vis tan-  
 tis circumfluere me lætitiis, transfer in do-  
 micilium beatorum. nam, qui tuam semel  
 dulcedinem interiore gustauit sensu, vitam  
 sine te acerbam viuat necesse est. Verſatus  
 est itaque in ora Piscaria Xauerius annum  
 totum summo cum labore, parique lætitia,  
 & (qui lætitiæ cumulus fuit) maximo Chri-  
 stianæ rei incremento. Constat quippe ex  
 ipsius literis, amplius mille infantes ab eo  
 baptizatos sub baptismum in cælum euo-  
 lasse. Ex quo coniectari licet, quanta tan-  
 dem summa fuerit vel superstitum infan-  
 tum, vel adulatorum, quos ad Christi aggre-  
 gavit Ecclesiam. Satis etiam constat, in illa  
 ora complures pagos, & oppida quædam  
 tota ab illo ad Christianam religionem  
 esse traducta. Re Christiana in ora Como-  
 rinensi ita gesta, & constituta, in exitu  
 anni post Christum natum M. D. XLIII.  
 reuertit Goam, de grauibus quibusdam  
 religionis Christianæ negotiis cum Indiæ  
 Prætorum coram acturus. Per eam occasio-  
 nem aliquot è prima eius gentis nobilitate  
 adolescentulos secum deduxit, literis in  
 Goano Seminario instituendos, pignora  
 simul & subsidia fidei Christianæ. Iam  
 Goanum Collegium magna ex parte ædi-  
 ficatum atque instructum erat. Quocirca  
 Borbanus passus non est Xauerium in Va-

*Baptizatorum  
 multitudo.*

154 FRANCISCI XAVERII

lectudinario contuetudine sua diuersari, sed ei domum abducto administrationis summam permisit vltro: quam ille de eiusdem sententia Paulo Camerti (is nuper è Mozambico aduenerat) tradidit. Præcurrerat Xauerij reditum fama rerû admirabilem in ora Piscaria ab eo gestarum: plurimumque illi adiecerat venerationis, cum apud cæteros, tum verò apud Indiæ Prætorum, cui notus imprimis & carus erat. Itaque haud difficulter ab eo, quæcunque voluit, impetrauit. Inter quæ hominum in ora Comorinensi ad vitam reuocatorum fama Goam perlata, Xauerij nomen passim celebrabat. Ergo cum Iacobus Borbanus pro veteri familiaritate seducit, enixè orans & obtestans, vt ad Dei laudem sibi enunciet de iis, quos in Comorinensi regione eius precibus à mortuis excitatos fama ferat. Ad hæc Francisci vultum pudor, non modestiæ magis quàm veritatis index, virginali suffudit rubore. Igitur rem sibi gloriosam, salua veritate, tegere moliens, Borbanum comiter amplexatur, atque subridens, Iesu bone, inquit, egone vt mortuos ad vitam reuocarim? O me hominem nequam! Iuuenem ad me quidam detulerunt mortui specie: is à me Christi nomine iussus surgere, repentiè surrexit. Id videlicet, & alia huiusmodi, qui aderant, pro miraculis vulgaue-

*P. Camers  
primus Re-  
ctor Goani  
Seminarij.*

*Insignis  
Francisci in  
suis laudi-  
bus pudor.*

vulgauerunt. Hæc miraculorum dissimulatio (vultu utique prodente veritatem) nec quicquam apud Forbanum & alios de illius famæ detraxit fide, & ipsis penè miraculis admirabilior fuit. Xauerius porrò rebus, quarum causa venerat, confectis, & Francisco Mâilla socio assumpto, in oram Piscariam reuertitur vi. Kal. Martias anni insequentis, seque protinus ad intermissa munia refert caritatis. Iam præter Mansillam adiutores aliquot habebat, Ioannem Lesianum Hispanum Sacerdotem, indignasque Sacerdotes duos, qui eò partim Goa, partim Cocino, ob eandem causam, Xauerij rogatu contulerant se. Cum his igitur prouinciam partitus, vicos circumire, baptizare infantes, aliosque, vt idem facerent, per literas admonere non desistebat. Labor idem qui antea, difficultas etiam maior fuit. Versabatur homo peregrinus & Malauaricæ linguæ ignarus (nam præter illa Catechismi capita nullum ferè eorum tenebat verbum) inter Malauares neophytos sine interprete. Sed ea res incitabat potiùs eius conatus quàm retardabat. Neque enim ad baptizandos infantes requirebat interpretem: & egentes ac miseri suas illi miserias per semetiplos ita ostendebant, vt facillè apparerent. ipse quoque studio ac meditatione assequebatur, vt

sibimet

*Miraculorum  
dissimulatio*

*Adiutores  
adducit in  
oram Piscariam.*



fibimet effet interpres. Namque etſi vernaculi ſermonis imperitus, tamen, utcumque poterat, verba faciebat ad populum, vultu ac geſtibus verborum ſæpe vicem implentibus. Cæterum ut ordinis & decori ratio haberetur, non promiſcuè omnes, ſed ſeparatim viros ac mulieres alternis diebus conuenire ad Catechiſmum iubebat.

*Separatim viros ac mulieres Catechiſmo inſtituit.*

*Puerorum baptiſmus quantum cura illi fuerit.*

Præcipuè baptiſmus infantium atque inſtitutio puerorum illi cordi erat, propterea quòd cæleſtis beatitudinis, ex qua adultorum complures ad priſtinos mores reuoluti exciderent, infantes profectò puerique compotes forent, qui priùs vitam quàm baptiſmalem innocentiam amitterent. Id adeò non modò ipſe faciebat, ut teneræ ætati potiſſimum operam daret, verùm etiam Manſillæ ſocio ſuo diligentiffimè præcipiebat. Neque verò animis ſolum neophytorum, ſed etiam corporibus, quoties res locuſque poſceret, ferebat opem.

*Badagarum gens immanis.*

*Comorinensium calamitas.*

Finitima oræ Piſcariæ ab ortu Solis gens eſt fera & immanis, Badagæ appellantur. Horum magna manus, ſiue odio religionis, ſiue prædæ cupidine ſtimulante, popula-bunda Comorinensium Chriſtianorum inuaſerat fines. Illi ſubita hoſtium incurſione conterriti, relictis trepidè vicis, in ſcopulos opportunos breui maris ſpatio tranſmiſſo, abdiderant ſeſe. Ibi ſub dio atque in Sole

(cuius

(cuius æstum illis locis maximum esse diximus) miserrimè torrebantur: & subsidia vitæ deerant adeò, vt nonnullos extrema absumeret fames. Trepidus hic nuntius non misericordiam solum mouit Xauerio, sed curam etiam acuit ad ferendum in nouo casu nouum auxilium. Strenuè igitur viginti nauiculas onustas commeatu ad miseros illos ipse perducit. Literas quoque ad finitimæ oræ Pantagatinos ac magistratus dat, eorundem vt miseriam, corrogata ex locupletioribus itipe, subleuarent. ita perditis hominibus non magis in præsentia quàm in posterum subuenit. Vt primum verò hostium discessu tempestas illa sedata est, dispersas oues colligens, nullum boni pastoris officium prætermisit. Ille iacentes erexit, ille afflictos tum oratione, tum omni ope recreauit. Ecce autem noua procella exoritur, hoc grauior, quo diuturnior. Qui oræ Piscariæ præerant, auidi homines & impotentes, superbè auarèque neophytis imperare cœperunt. Xauerius rei indignitate haud secus quàm par erat motus, primò eorù cupiditati fortiter restitit: ad vltimum, vbi non satis virium ad obfistendum in se esse vidit, opem ab Indiæ Prætoze, qui tum Cocini erat, implorandam ratus, ad eum proficisci statuit. Sed nouæ subinde res id consilium susceptumq; iam iter auerterunt.

*Frãcisçi subsidia ad subleuandam neophy: orã miseriam.*

## CAPVT XI.

*Trauancoridis regnum Christo adiungit, neophytosque à Barbaris tuetur.*

*Trauancoris  
ora.*

SESQVIANNVM per hosce labores absumpserat in ora Piscaria: iamque tantum studio & assiduitate profecerat, vt qui xx. partim vicos, partim oppida sanè rudia accepisset, xxx. probè culta ac morata tuenda sociis traderet. Rebus igitur, quoad eius fieri potuit, compositis, neophytorum curam Mansillæ mandat, Cocinum ipse per Trauancoridis oram, Piscariæ proximam, transiturus. Trauancoris ora maritima in altero Indiæ latere, in quo Goa est sita, vergit ad occasum Solis. Inter Comòrinum promontorium & Colanum oppidum interiacet, à Cocino millia passuum ferme xxx. Eius longitudo perhibetur millium facillè lxxx. In eo tractu illis temporibus vici erant ad xxx. maritimi, quos partim Ethnici piscatores (Machos vocant) partim Saraceni incolebant. Franciscum igitur, siue quòd nauigij facultas decisset, siue quod ex itinere illorum animos tentare vellet, per eorum fines Cocinum petendi cupido cepit. Non defuerunt eius amici ac necessarii, qui eum à suscepto detertere itinere conarentur, denūciantes  
summum

summum esse in ipsum odium Macho-  
 arum Saracenorumque, Parauas accolas  
 Christianos factos indignè ferentium. Ille  
 tamen per illorum fines diuino numine *Egregia ma-*  
 magis (vt postea euentus docuit) quàm ne- *gnitudo ani-*  
 cessitate subigente, ire non dubitauit. Di- *mi.*  
 uino itaque fretus præsidio, & simul, si  
 accideret, pro Christo mori lucrum existi-  
 mans, infestam hostibus ingreditur viam,  
 anno sæculi huius XLIIII. iam medio. Ex  
 itinere obuios Machoarum vicos circum- *Dei promi-*  
 iens (vt Dei benignitas longè vincit spes *dentia.*  
 omnes piorum) cælesti numine haud mi-  
 nùs hostibus quàm sibi propitio est vñs:  
 adeò pacata omnia ac penè parata ad Euan-  
 gelij semen accipiendum offendit. Igitur  
 conciliato primùm eorum Rege, barbaro-  
 rum pectora hinc spe, hinc metu versans,  
 modo Lusitanorù amicitia proposita, mo-  
 dò minis cælestibus additis, haud ægre per-  
 pulit, vt Christi sequerentur fidem: vtique  
 posteaquam Christianæ caritatis officiis ab  
 eo deliniti, mutandæ religionis potestatem  
 regio edicto factam esse viderunt. Fran-  
 ciscus ergo successu lætus, pagos obiens,  
 Christianis mysteriis imbuere plerosque,  
 & baptismo expiare institit. Quàm ingens *Numerus*  
 mortalium numerus ad Christum eius operâ *baptizatorum.*  
 sit aggregatus, vel ex eo existimari potest,  
 quod capitum amplius decem millia simul  
 vno tem-

*Baptismi  
modus.*

vno tempore baptizauit. Institutionis baptismique ratio talis erat. Vbi ad vnum aliquem pagum baptismi causa accersitus venerat, viros omnes, pueros, mulieres vnum in locum contractos, cum vnum esse Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, docuisset, ter sibi quemque, ad honorem Sanctissimæ Trinitatis, Crucis signum adhibere ex præscripto iubebat. Inde linteatus Christianæ religionis mysteria ac præcepta clara pronuntians voce, eadem ipsorum lingua, utcumque poterat, explicabat breuiter. Postea verò quàm satis insituti videbantur, eos à Deo veniam anteactæ vitæ publicè petere iussos rogabat, an vniuersa ac singula Christianæ religionis capita haud dubie crederent. Vbi illi, brachiis in crucis modum compositis, se verè omnia omnino credere annuerant; tum demùm baptismo rite expiabantur, & suum cuique scriptum tradebatur nomen. Ad vltimum baptizatis omnibus, Xauerius fana disturbata, Deorum simulacra confringi protinus imperabat. Non aliud gratius illi iucundiùsue spectaculum erat, quàm cernere idola modò ab eis suppliciter culta, eorundem proculcari pedibus. Nec fanè inultus tantam iniuriam tulisset Diabolus, nisi Francisco quantum animi fuerat ad contumeliam, tantum ad periculùm fuisset.

*Fana ac simulacra  
Deorùm euer-  
tit.*

Quippe

Quippe Badagas, de quibus supra diximus, non minus acres nominis Christiani hostes, quam natura ac moribus immanes, in tenerum adhuc Christi incitavit gregem. Itaque permagna eorum manus in Trauancoridis fines irrupit, Christianorum vicis depopulatura. Extemplo incolarum ortus clamor, muliebri puerilique ploratu mistus cuncta turbauit. fit fuga: sed ea, circumfusis hostibus, exitum non habebat. Ibi Xauerius (nam fortè aderat) tumultu excitus, facinus edidit memorabile. Alienatâ ob periculum alienum sui memoriâ, in medium prouolat. mox oculos circumferens, summa animi ac vultus constantia hostes miraculo audaciæ obstupefactos increpat: mancipia Satanæ, suæ libertatis ac salutis oblitos, ad alienam oppugnandam ruere. Inde bonus pastor semet in primam Christianorum turbam coniicit, aut recturus sua auctoritate gregem suum, aut, si id nihil valeret, certè simul cum grege moriturus. Cæterum mentis ardorem ex vultu & oculis micantem Badagæ, quamuis barbari ac feri, non tulerunt, Franciscique verecundiâ cæteris pepercerunt. Nec ulla ipsemet discrimina subit necis. Sæpe Ethnici ab odio Christianæ religionis ei struxerunt insidias; quas ille partim prudentia sua, partim diuino præsidio elusit,

*Trauancoridis  
viciis sum-  
mulus.*

*Franciscus  
facinus memo-  
rabile.*

*Necis peri-  
cula Dei be-  
nignitate  
vitat.*

L vt tum

vt tum accidit. Ad eadem quæsitus aliquando, in syluam proripuit sese: & arbore strenuè conscensâ, ibi pernoctans, præsens periculum, Deo magis quàm arbore aut nocte regente, vitauit. Hostium verò insidiarum adeò crebrarum erant, vt neophyti semper aliquot fide ac pietate insignes eius salutem, etiam noctu pro diuersorio excubantes, sua sponte tutarentur. Ad assiduas barbarorum insidias accedebant non solum nocturnæ preces, quæ vix binas horas quieti dabant; verùm etiam diurna sub ardenti Sole itinera: quippe cum pedibus nudis, in lacera tunica, cum vulgari galero, circumiret pagos. Nec tamen neglecti corporis cultu, viri sanctitas obsoleuit, sed magis enituit. Vulgò Magnus Pater vocabatur. Et Trauancoridis Rex toto regno suo edixit, vt Magno Patri omnes obtemperarent haud secus quàm sibi. Nulla tum erant in illa ora Christianorum templa: quocirca aut sub arbore quapiam, aut sub velo nauali, sacrum Missæ facere cogebatur. Sed paulatim in illo tractu amplius x x. sacella excitasse dicitur. Concionabundus autem, cum suggesti copia non esset, ex opportuna aliqua arbore ad infinitam multitudinem verba faciebat: quippe in campum concionis causa exeuntem, sæpe quina aut sena hominum nullia proficuebantur. Nec soler-

*Magnus Pater appellatur.*

*Multitudo eorum qui concionabundum sequebantur.*

solertior in quarendis Christo gregibus, quam in tuendis, existit. Ut neophytorum disciplina etiam post suum discessum maneret, discedens in singulis pagis non tantum Christianæ institutionis exemplum relinquebat; sed eius antemeridianis ac pomeridianis horis exercendæ rationem moderatoremque. Inter hæc ab Indis mediterraneis ferme abstinebat, satis gnarus, oram maritimam, in qua Lulitanus imperitaret, longè opportuniorem esse ad capefendam tuendamque Christi fidem, quam interiora Indiæ, quæ Brachmanes, acerrimi nostræ religionis hostes, obtinerent. Ita vicatim totam illam maritimam obibat regionem, plurimos ubique Christianis sacris ac præceptis imbuens. Iamque omnes propè Machoarum Parauarumque pagi, Francisco auctore, suaue Christi acceperant iugum, cum hæc fama in adjacentes insulas perlata, Manarios, vicinos populos, ad æmulandam eorum pietatem accendit.

*Indi mediterranei minime apti ad Christi religionem.*

## CAPVT XII.

*Neophyti pro religione cæsi Christianum nomen illustrant.*

**M**A N A R I A parua insula est è regione oræ Piscariæ, millia passuum à continenti

L 2

nenti



## 164 FRANCISCI XAVERII

nenti circiter CL. In ea Patinus pagus erat tum obscurus, nunc incolarum martyrio nobilis. Huius pagi incolas ingens cupido Christianæ religionis incessit, de qua simul & de Francisco Comorinensibusque multa egregia ad eos pertulerat rumor. Itaque eò Franciscus summis Manariorum precibus baptismi causa euocatur. Verùm cum grauiſſimis religionis negotiis implicatus, eò ipse ire non posset; Sacerdotem quendam suo loco misit, qui Catechismo institutos baptismi ablueret. Baptisimum grauis sed utilis procella excepit. Quippe Rex Iafanapataniæ, in cuius ditione insula est, Christiani nominis odio barbaram ferociam stimulante, sic exarsit ira, vt, immissa militum manu, pagum omnem ferro flammæque vastaret. Cæli dicuntur pro religione amplius DC. Ita vasta illa solitudo recentes celo effudit martyrum flores. Ex eo, Pagus martyrum, loco nomen factum. Opportunè per eos dies Iafanapatani Regis germanus, idemque regni hæres, fraternam rabiem veritus, ad Indiæ Prætozem confugerat, si in regnum paternum Lusitanis armis restitutus foret, semet cum regni Proceribus, maximæque popularium suorum parte, Christiana suscepturum sacra promittens. Prætor simul augendæ religionis studio, simul innocentium cædem

motus,

motus, quam fama audierat, ingentem in tyrannum iram cōcepit. Protinus itaque ad Nagapatanum (quod oppidum maritimum in continenti est ferè contra insulam *Nagapatanum oppidum.* Manariam, à Comorino promontorio passuum millia circiter CC.) validam adornari classem, Iapanapataniæ Regem bello peti, victum captumque interfici, aut ad Francisci arbitrium tractari, Regnum Regis germano restitui iubet. Interea dum Cocini esset Xaverius, eò præfens affertur lætitia, Ethnicorum plurimos nuper in remotissimo Macazariæ Regno Christianis esse mysteriis imbutos. Macazaria ingens *Macazaria insula.* insula ultra Indiam flumenque Gangem est amplius decies centena millia passuum, a Molucis insulis in Orientem circiter CXXX. In eo Regno Dynastæ tres, aliique quàm plurimi è populo, nuper ad Christi fidem per Antonium Paiuam, Lusitanum mercatorem, pellecti baptizati que fuerant; Deo etiam per institores pios Euangelium inuehente. Itaque ad urbem Lusitanorum, Malacam nomine, certos legauerant homines, postulatū Sacerdotes, à quibus ad Christianam religionem erudirentur. In mandatis illud fuit, se Christi initiatos sacris summa ope auxiliuros, vt qui ad id tempus pecudum vixissent ritu, posthac hominum vitam viuerent, & simul

Deum colerent castè pièque . Quocirca Præfectus vr̄bis, probatis eorum postulatis, Sacerdotes aliquot eis concesserat . Franciscus etsi haud dubius quin illi nauaturi forent egregiam rei Christianæ operam, tamen ipse quoque in parte laboris esse expetiuit, ratus in tã amplo Regno magnum esse campum ; & ad Euangelium diffeminandum colendumque, industriam requiri multorum . Eisdem ferme diebus tristes quidem prima specie nuntij, sed euentu læti, ex Ceilano insula perferuntur . Dynasta eius regni præcipuus, idemque Regis filius natu maior, Lusitanorum (hi quoque non mercium magis quam Euangelij infitores erant) oratione commotus, vnâ cum aliis multis decreuerat fieri Christianus . Id Rex barbarus vbi rescivit, instinctus rabie, filium suum ceterosque eiusdem consilij participes (ad DC. fuisse ferunt) propalam trucidari iussit . Cæterum baptismi hostis suo illos sanguine baptizauit, & Christianam religionem, dum opprimere conatur, erexit . Satis constat, sub idem tempus vulgò ab incolis visâ esse igneam in cælo crucem : eodemque in loco, vbi cædes facta est, fatiscente terra, haud dubiam crucis figuram notatam ; sæpiusque ab Ethnicis ingesta oppressam humo, tamen extitisse . Itaque hisce prodigiis moti

plures

*Regis filius  
cum aliis  
DC. pro reli-  
gione inter-  
ficiuntur.*

*Crucis pro-  
digia.*

plures incolarum, atque inter hos Regis ipsius filius natu minor, vnà cum sobrino suo, & aliquot cohortis regiae Principibus, ad Christi fidem adiecerant animum. Xa- uerius hoc nuntio latus, etsi iam eius ani- mus in Macazariorum finibus versabatur; tamen huic negotio aliud, quod iam in manibus erat, praeuertendum existimauit. Igitur mensè Aprili, anno post Christum natum M. D. XLV. Mansilla Comite, Co- cino soluit ea mente, vt Ceilanum insulam peteret, exploraturus animos incolarum; atque inde Nagapatanum, vbi classis ad expeditionem instructa dicebatur, primo quoque tempore traiecturus.

## CAPVT XIII.

*In Ceilanum insulam transmissus, nauis gubernatorem à per dita vita reuocat.*

**C**EILANVS insula est, cum gemmarum Ceilanus In-  
& aliarum mercium, tum maximè sula.  
cinnamomi fertilitate celebris, è regione orae Piscariae posita. Patet in longitudinem millia passuum CL. in latitudinem circiter XL. Vltiori Ceilani angulo adiacet intula Manaria, vbi caesos à Rege Iafanapataniae neophytos diximus. Incolitur quidem Cei- lanus à Malauaribus, quos Cingalas vocât,  
L 4 fed à

sed à Lusitanis mercatoribus commercij  
 causa frequentatur. Oppidum inibi Lusita-  
 norum hodie est: & facella quædam ab eis  
 olim ad vsum sacrorum excitata visuntur  
 in littore. Huc igitur delato Xauerio, res ac-  
 cidit memorabilis. Gubernator nauis fa-  
 miliaritate inductus, quam cum Francisco  
 contraxerat, ingenuè semet illi in itinere  
 indicarat, ostendens se iamdiu certo quo-  
 dam flagitio obstrictum teneri, quo minùs  
 à Sacerdote posset absolui. At ille medicus  
 animorum vnicus, Dei clementia ac mise-  
 ricordia, *quæ est prestabilis super malitiam*, pro-  
 posita, (quod ei in hominibus ad confessio-  
 nem illiciendis solenne erat) negocium  
 procliue ac facile reddiderat: seque (quo-  
 niam tum otium ac facultas non esset) vbi  
 ad portum ventum foret, illa vincula dis-  
 rupturum promiserat. Cùm res ita inter  
 eos conuenisset, nauicularius simul Ceilani  
 tenuit portum: perinde quasi salutem in-  
 tutum recepisset, abiecit consilium confi-  
 tendi. Quocirca tergiuersari, congressum  
 aspectumque Francisci vitare, ne promif-  
 sis stare cogeretur. Caterùm elusit guber-  
 natoris astutiam, Xauerij, aut Dei potiùs,  
 providentia, *quæ prudentè apprehendit in astutia  
 sua*. Etenim Franciscû, sublatis ex consue-  
 tudine sua in cælum oculis, in ambulantem  
 in littore gubernator offendit imprudens.

Cum

Iohel. 2.

Iob 5.

Cùm confessionem subterfugere iam ab illo conspectus nequiret, ne leuitatis & inconstantiae argueretur, sedulitatem eius eludere voluit. Igitur vltro quærit ex eo, quando tandem sibi operam dare confidenti velit. Hæc ore confuso, & magne perturbationis notas præferente, cùm dixisset; sensit ilico Xauerius ex vultu ac trepidatione, quàm vehementer abhorreret ab eo quod requireret: tamen oblatam occasionem, qualiscunque ea esset, haudquaquam omisit. Itaque vt inani eum metu liberaret, ore hilari ac iucundo, vt solitus erat, IESU bone, inquit, confiteri vis gubernator? Ego verò tibi libentissime, ac, si lubet, vel in hoc ipso littore ambulans iam aures dabo. Tum ille non tam flagitiosæ tabis tædio quàm summa Francisci facilitate victus, & scilicet impulsu diuino, induxit in animum vniuersæ vitæ peccata confiteri. Xauerius timidè ac verecundè rem aggredienti operam primùm inambulans, vt pollicitus erat, dedit in littore. Postea verò quàm paulo maiore animo ac libertate pergere eum cernit; manu comiter prehensum in proximam ædiculam sacram deducit. Et ille quidem sacri loci admonitu moliebatur de more genua submittere, confessionem institutam absoluturus. Sed Franciscus ægre id eum facere animaduer-

*Prudentia  
in Confessione  
demonstrando  
horrore.*

tens, in præsentia inhubuit : atque vt faciliorem illi in posterum redderet confessionem, idoneum locum, vbi ille sederet, storea ipse substravit. Paulisper ille sederat, cum Deus adeò eius permouit animû, vt repente assurgens, suapte sponte procumberet in genua, & multis cum lacrymis ac gemitibus totius anteaactæ vitæ detegeret noxas. Ita è cœno emerfus, animo semel expedito, sacrâ confessionem, cuius iam fructum salubritatemque gustauerat, auidè frequentare cœpit, ac serio animæ salutem cõsulere. Inter hæc Xauerius, cum se in Ceilaniorum consuetudinem insinuas- set, ad Regis filium peruenit. Reperit eum siue fratris exemplo, siue prodigiis, de quibus antè diximus, impulsus, clam simul cum sobrino esse baptizatum; iamque cum illo & nonnullis regni primoribus ad Indiæ Prætozem velle confugere, petium eius auxilium aduersus immanem patris fœuitiam, innoxio etiam proximorum sanguine resperfi, & insuper suum quoque cruorem sitientis. Ex eodem cognoscit cælestis terrestriisque crucis prodigiis Ceilanos plerosque permotos, ad Christi iam fidem spectare; sed piis eorum studiis obstare terrorem tyranni. His rebus admo- dum lætus Xauerius, literis Goam ad Paulum datis, præcipit, vt duos è Patribus, qui prope

propediem ex Lusitania expectabantur, ad Ceilanum cum Dynastis illis in regnum restituendis mitteret, curaturos in ea insulam Christianam. Et confestim remisso in Comorinum promontorium Manilla, ipse ex Ceilano ob eam, quam supra demonstrauimus, causam traiecit Nagapatanum. Sed totus ille apparatus, Franciscique expectatio, cum haud procul à iusto bello ac victoria abesse videretur, subito ad nihilum recidit. Quippe eodem tempore nauim Regis Lusitani (ea preciosis onusta mercibus è regno Peguano Indiam repetebat) in Iapanapataniam vi tempestatis impulsam, ex templo barbarus inuaserat Rex. Quocirca Prator regio negotio seruiens, donec regia bona recuperarentur, superferdit bello. ita interposita mora, ut fit, bellum differendo discussit. Caterum id ipsum deinde Xauerio indulgit Deus. Haud ita multo post Tyrannus ille à Constantino, Indiæ Prorege, multis cladibus fractus: Manaria insula eidem adempta: incolæ omnes ad Christum adiuncti. ita paucorum mors pro Christo obita multis libertatem ac salutem peperit. Franciscus igitur, ne gratuitus esset suscepti itineris labor; & simul vento obsequens, qui aduersus regredienti, progredienti secundus erat; casum in consilium vertit.



## CAPVT XIII.

*Sancti Thomæ sepulchrum visit.*

**A**D ES Thomæ Apostoli, & sacris eius reliquiis, & Indorum peregre visentium frequentiâ maximè inclyta, aberat ab eo loco non ampliùs CL. millia passuum. Eò igitur pauperis peregrini ritu ire decreuit, eo consilio, vt Apostolum veneratus Malacani, inde ( nisi Deo aliter visum foret ) ad Macazariam pergeret, quò latis subinde nuntiis vocabatur. Cognorat enim nuper illis locis magnam esse animorum præparationem ad Euangelij satus accipiendos, plurimorumque cõuersioni atque baptismo nihil præter Sacerdotum penuriam obstare. Ergo in exitu ferme Quadragesimæ Nagapatano soluit, vento secundiore quàm cursu. Iam ad XL. millia passuum prouectus erat, cum aduersa tempestas nauim in obuiò quodam portu septem subsistere coëgit dies. Ibi Xauerius peregrinationis susceptæ magis quàm humanæ imbecillitatis memor, insigne abstinentiæ documentũ dedit. Quippe totum id tempus (vti postea is, qui eius corpus curabat, iuratus affirmavit) sine vllò penitus traduxit cibo; vtpote qui Apostoli visendi cupidine accensus, cælestibus cogitationibus pa-

*Septem dies  
sine cibo tra-  
ducit.*

bus pasceretur. Inde nautis vela facientibus, quærit ex gubernatore, satísne firma sit naus ac valida. respondetur, veterem esse, infirmamque. Tum ille, Nagapatanum, inquit, nimirum reuertendum est: sæua enim nobis impendet procella. Nec irrita, etsi minùs credita, vaticinatio fuit. Cùm gubernator cæli marisque specie deceptus, nihilo scius porrò pergeret, repente fœda tempestas coorta, Nagapatanum (vti Franciscus prædixerat) non sine periculo repetere subigit nauim. Tum verò notata res à vectoribus nautisque, & pro vaticinatione habita. At Franciscus etsi locum destinatum aduersò reiectus vento tenere non potuit, propositum tamen animi constantiâ tenuit, atque eò pedes maiore tum labore, tum merito, deinde peruenit. Oppidum est Meliapore Lusitanorum, sanè frequens & copiosum, in ora maritima Indiæ, pari ferme spatio (si maritimos anfractus spectes) leucarum scilicet ferè ducentarum, à Comorino promontorio & à flumine Gange positum, in Salaminæ nobilis quondam vrbs forsitan excitatum ruinis. Eo in oppido ædes est Thomæ Apostoli, vbi illum indigenæ caterique Indi sepulturæ mandatum perhibent. Eius rei multa hodie haud sanè contemnenda extant indicia. Visitur ibidem locus, vbi Apostolus

*Prædicit  
nautis im-  
minentem  
tempestatē.*

*Meliapore  
oppidum S.  
Thomæ.*

## 174 FRANCISCI XAVERII

stolus mortem oppetiisse, sacellumque ubi rem diuinam fecisse dicitur: quod sacellum Lusitani, pro sua religione, magnifico decorarunt templo; & oppidum ipsum S. Thomæ nomine appellarunt. In eo sacello nuper, cum ad nouæ ædis fundamenta terra altius effoderetur, corpus Apostoli cum ferro quo interiectus est, & vasculo arenæ cruentæ pleno; repertum, ac deinde ibidem repositum ferunt. Nec vana fides, aut dubia. Hanc inueteratam indigenarum aduenarumque de Thomæ Apostoli corpore ac martyrio opinionem Deus anniuersario ac perpetuo confirmat miraculo.

*Corpus S.  
Thomæ Apo-  
stoli.*

*Annuer-  
sarium mira-  
culum.*

Quippe saxum est apud eos Apostoli sanguine respersum, quod adhuc conseruat quasi recentis cruoris vestigia, triduoque ante diem S. Thomæ sacrum (quo illum die pro religione interemptum esse tradunt) interea dum Missæ sacrificium ibidem peragitur, saxum, quod dixi, natura candidum, sensim rubescit, sudatque quasi sanguinis guttis vndequaque manantibus. Absoluto demum sacro, ad pristinum colorem reuertitur. Quocirca Apostoli sepulcrum ab Ethnicis iuxta Christianisq. eximia veneratione colitur. Huc quippe maximi fiunt vndique peregrinorum etiam Ethnicorum concursus, Apostoli martyrium & sepulcrum celebrantium. Eodem itaque

itaque Xauerius, pro suo erga S. Thomam Indiae patronum studio, peregrinantium ritu habitūque venit, Apostolici sepulcri celebritati fauens, pariter & accolarum saluti. Erant tum in oppido, praeter indigenas plurimos, familiae circiter centum Lusitanorum, qui fortunatum ibi suarum domicilium collocarant. Huc igitur ut peruenit Xauerius, Indorum Apostolum (cuius egregiam gloriam admirans, quantum mortali fas erat, virtutem aemulabatur) non minus religiosè quam auidè salutauit. Ac primum Deum intentius precatus est, ut quando ipse homuncio nullius pretij diuinitus ad tanti Apostoli qualem: cunque in Indis ad Christum conuertendis imitationem vocaretur, aliquid sibi Apostolicae inspiraret virtutis. S. Thomam deinde impensè orauit pro sua Indorum tutela ac patrocínio, ut illo deprecatore in India caeterisque barbarorum regionibus peragrandis colendisque, nec animus ipsi ad discrimina subeunda, nec vires ad perferendos labores deessent; neu sua aut cuiusquam delicta impedirent, quo minus ipse quoque in Domini agro messis reliquias, Rutae Moabitis exemp'lo, messorum sequens vestigia, colligeret, & tritici aliquid pro virili parte in Christi reportaret horreum. Inde, cum suum Apostoli desiderium paulisper exple-

## 176 FRANCISCI XAVERII

expleuisset, ad Episcopi Vicarium (quod facere solebat, vbi valetudinarium aut xenodochium religiosorumue hominum sedes nulla erat) diuertit: eumque sibi non solita modò erga Praepositos Ecclesiæ modestia, sed infusa etiam affabilitate sermonis, & nuda simplicitate, deuinxit. Nam semet illi totum indicans, pectusque, vt dicitur, aperiens, facilè eum pellexit, vt inuicem ipsi pectus ostèderet suum. Hac, quam dixi, ratione non magis ad parandos amicos, quam ad iuuandos quos amicitia dignos iudicasset, Xauerius utebatur: nimirum, vt perspectos iam eorum animos paulatim impelleret quocumque ipsorum salus diuinique obsequij ratio postularet. Conueni igitur Xauerij sermonem pari comitate Meliaporensis Vicarius excepit: virumque egregium in praesentia complexus, nemini deinde in eius caritate & obseruantia cessit: vtique postea quàm certissima sanctitatis illius indicia emicare cœperunt. Ex sermonibus cum Francisco habitis, eiusque confessionibus, Vicarius penitus perspexit (vt deinde illo mortuo iuratus affirmauit, cuius rei testimonium rite obsignatum est apud nos) Xauerium eâdem castimonia virginali florere, cum qua natus esset. Fuit in hospitio Franciscus apud Vicarium Meliaporæ tres quatuorue

*Ratio parâdi  
iuuandique  
amicos.*

*Virginalis  
Xauerij ca-  
stimonis.*

menses;

menses, magno vel oppidanorum bono,  
 vel suo. Plures enim ex flagitiorum cœno  
 extraxit: meretricios amores, quos dissol-  
 uere nequiverat, nuptiis conglutinavit: dis-  
 fidentes odiis inter se in pristinam restituit  
 gratiam: diuturnis ac graubus flagitiis sce-  
 leribusque irretitos expediuit. Nec verò,  
 dum prodesset aliis, deerat sibi. Erat diui-  
 narum rerum contemplationi deditus no-  
 ctu maximè, cum ab vîtatîs occupationi-  
 bus vacaret. Quocirca sæpe vsu venit, vt  
 eum comites diu ac multum requisitum  
 demum orantem in ædis Apostolica quo-  
 piam offenderent angulo. Quippe per id  
 tempus dubius animi, & pergeretne ad Ma-  
 cazarios, an in Indiam rediret, satis incer-  
 tus, in sanctissima Apostoli æde consulebat  
 Deum: totalque ferè noctes cum magno  
 animi motu perpetuis vigiliis agens, mo-  
 dò sanctissimam Christi parentem, modò  
 Thomam Apostolum, cæterosque cælestes  
 deprecaros adhibebat. Demum incredi-  
 bili diuinitus gaudio delibutus, sensit Deo  
 cordi esse, vt procederet ad Macazarios:  
 non quidem (quod postea intellectum est)  
 vt ipsos erudiret; sed vt alios populos, qui  
 erant in via, minus illi notos, magisque  
 opus egentes, adiuuaret. Ergo diuinæ vo-  
 luntatis exsequenda auidus, occasionem  
 transmittendi primo quoque tempore Ma-  
 lacam

*Diuino in-  
 sinctu in-  
 vltiora  
 Orientis cen-  
 dere statuit.*

M lacam

*Dei fiducia.* lacam captare cœpit, si Lusitanæ nauis facultas deesset, Saracena Ethnicæque utique vsurus: tantamque se Dei fiduciam habere dicebat, vt si nullius nauis onerariæ foret copia, & scapha quæpiam Malacam versus solueret, diuina ope fretus, illa ipsa utique traiecturus esset. Adeò certum ac fixum habebat omnino exsequi quod auctore suscepit Deo.

## CAPVT XV.

*A Dæmombus cæsus tamen in oratione pernoctat.*

**I**NTER hæc apud Vicarium, vt ostendimus, diuersi quiddam in hoc genere sanè memoria dignum accidit. Erant ædes Vicarij templo Apostoli proximæ, vnde ille, ianua facta, aditum sibi patefecerat in templum. Et Xauerius ex consuetudine, vt Vicarium, cuius in cubiculo pariter dormiebat, sopore oppressum animaduertens; sensim ac sine vlllo strepitu surgebat è lectulo, atque in ædem Apostoli insensito subrepebat gradu. Non tamen fallebat omnino Vicarium, qui subito experrectus, sapius illum surgere è lecto persenserat. Verùm is, re primò dissimulata, demùm illi pro amicitia denunciauit, ne de nocte iret ad tem-

ad templū; neu se via committeret, quam constaret esse Diabolis infestam: occursum ei horribiles illorum facies, cum minime crederet. Ad hæc arrisit Xaverius, ea sui deterrendi causa dici ratus; & denunciatione Vicarij per dissimulationem iocumque elusa, nihilominus nocte intempesta, vbi somno illum sopitum fenserat, ad sacram adem silentio obrepebat. Enimvero id sempiterni humani generis hostes grauer ferre: Francisci securitatem ipsorum contemptum interpretari. Ergo ira odioque furens, vt illum ab instituto absterreant, nocte concubia ante aram Beatae Virginis supplicanti ex composito superueniant, truci fremitu, clamoribus variis, horrendoq. cuncta complentes sono. Mox virum ad minas intrepidum quam tumultuosissimè adorti, verberibus atrocissimè cadunt, factis dictisque odium explentes suum. Ille inter verbera crepituq. plagarum magis de constantia quam de tergo suo sollicitus, Deiparentem sui certaminis spectatricem implorare; vanos hostium tumultus magnitudine animi eludere; orationem institutum non fortiter solum, sed etiam constanter vrgere. Quocirca molestos illos & importunos interpellatores fortis atque inuicta perseverantia, acerrimum aduersus infestos dæmones

*Constantia in  
verberibus  
dæmonum.*



telum, facile abegit. Et Franciscus quidem ferendo spernendoque eorum impetus adeò fregit, nunquam ut posthac in eum sustinuerint aliquid tale conari. Cæterum propulsatis hostium incursionibus, domesticorum irrisiones haudquaquam vitavit. Iuuenis quidam in cubiculo sacrae aedi iuncto cubabat, qui nocturno illo excitatus tumultu, Xaverium sub Dæmoniorum verberibus clamitatem, ac B. Mariæ identidem implorantem auxilium exaudierat. hanc etiam notauerat vocem, ab illo sapientius iteratam: Domina opitulare, Domina mihi non opitulaberis? Igitur is ab se audita Vicario, cæterisque domesticis, non sine omnium risu (ut fit) commemorat: res iucundis sermonibus domi celebratur, Francisco inciente. Qui postero die ex crudelitibus plagis æger, surgere, cum cuperet, nequiuit è lecto: triduumque fractus ac debilitatus iacuit, morbum simulans, ut factum occuleret. Visit iacentem Vicarius: rogitat an ægroset. annuit Xaverius; morbi genus sciscitanti alia omnia respondet, deriuans aliò sermonem. Tum Vicarius, qui rem omnem iam rescuisset, per iocum eandem illam imitando usurpauit vocem, quam Franciscus vapulans usurpauerat; Domina opitulare, Domina non mihi opitulaberis? Franciscus ubi rem  
in vul-

*Ex verberibus ægrotauit.*

in vulgus editā fenſit, erubuit ille quidem; *Aequitas animi in iu- rificibus domesticana.* ſed æquiſſimo animo arridens, haud minus fortis contra hominum ſermones quā́m contra Dæmonum plagas fuit. Vt primum conualuit, ſatis gnarus Diabolum plus terro- ris quā́m virium habere, & timidi canis ritu cedentibus inſtare, reſiſtentibus ce- dere; alacrius etiam quam ſolebat (victo- rem dices) ſtatuit ad certaminis vltro reuerti locum. Igitur Dei, maxime diabo- licam vim frænantis, præſidio conſiliis, eandem ædem, ſupplicandi cautā, de nocte ſolus frequentare ſuſtinuit: inſeruatque illas belluas, ad vanos tumultus accommo- datas, impunè contemnens, documentum fuit, nihil diabolis eſſe contemptius atque infirmius, ſi eos audeas contemnere. Nam- que illi ſemel egregiè victi, cū́m aperta vis minùs ſucceſſiſſet, ad dolum verſi, eius orandi ſtudium ſi minùs auertere, at ali- qua ex parte morari conabantur. Itaque *Oranti Xa- uerius Dæmo- nes obſtre- puit.* cū́m ille, inſtituto ſuo, media nocte oraret in templo, in Odeum conueniunt, & pre- cationi obſtrepentes, quaſi Matutinas reci- tare, & clericorum inuicem canentium choros per ludibrium imitari: vt moleſti forent, cui terribiles eſſe non poterant. Sed quā́m parum profecerint, illud argu- mento eſt, quòd Xauerius, qui cantores eſſent, quid canerent, nihil admodum

artendens, clericos matutinas canentq̄ esse credidit. Postero igitur die percontatur ex Vicario, quinam illi fuerint clerici, qui, ianuis clausis, Matutinas proxima cecinerint nocte. Ille, quos clericos, quas Matutinas diceret, primo miratus, ad vltimum intellexit, non tam clericos quam clericorum irrisores Diabolos fuisse. Idemque post Francisci obitum rem multis non semel exposuit.

## CAPVT XVI.

*Energumenum liberat. Ioannem Durum socium adsciscit.*

**I**NTER quæ Xauerius, ne Meliaporam ab se incultam relinqueret, suo more adultos quæ priuatis, quæ publicis sermonibus, pueros Catechismo excolere instituit. Nec diuinę virtutis exercendę materia defuit. Ex quo genere illud accidit memorabile. Cuius erat prædiues miserè à Diabolis obsessus vexatusque. Ad hunc Franciscus accersitus, vnum è pueris Catechismi adiutoribus cum cruce misit. Qui Euangelio, vt Pater præceperat, super energumenum rite recitato, protinus vexatores illos Demones expulit; hoc magis indignantes, quòd per puerum pellebantur, & eum neophytum

*Obsessum à  
diabolis per  
puerum libe-  
rat.*

phytum. Aliud porrò in alio genere proditur, non minùs fortassè mirabile. Ioannes Durus mercator erat adolescens, qui Franciscum conuenerat confitendi gratia. Is, confessione facta, cum Franciscum de diuinis rebus differencè audisset; sensit alias esse quasdam merces longè potiores suis, quales nunquam ipse conceperet animo. Quocirca, ommissa mercatura quam exercebat, cælestis mercaturæ audis à Francisco efflagitat, vt semet vitæ socium adiscat. Primò ille (fortassè qui durum iuuenis ingenium, occultamve leuitatem introspeceret) præcisè abnuebat: ad postremum tamen vrgendo atque instando peruenit Durus, &, rebus suis compositis, fortunas omnes pauperibus dispertire cœpit. Sed auidius quàm constantius destinata exsequutus est. Dum in eam curam intentus diuenderet merces, sollicitatus est adeò à communi hominum hoste, vt *posita manu* Luc 9. *sua ad aratrum respiceret retrò*; & auidissimè repeteret ea, quæ paulo antè contempserat. Itaque in contrarium versus, mercibus omnibus in expeditam nauiculam quàm occultissimè impositis, adornabat fugam. Cæterum, vt alios falleret, Franciscum ipsum, quem maximè cupiebat, fallere haudquaquam potuit. Iam omnibus, quæ in rem esse videbantur, comparatis, nauigium

84 FRANCISCI XAVERII

conscensus erat; cum subito Xaverius eum ad se acciri iubet. Et ille rei dissimulanda magis, quam obtemperandi studio, ad eum venit. Franciscus continuo, remotis arbitris, gemitu vultuque dolorem praefrens animi, Peccasti (inquit) Dure, peccasti. Tum vero ille, repentina denunciatione percussus, attonito stupentique similis primo haesit, qui tandem rescisset Xaverius, quod mortalium nemo praeter semetipsum suspicari potuisset, secum requirens. Inde pudore simul ac lacrymis perfusus, stimulante conscientia respondit, Peccavi Pater, peccavi. Et Franciscus exhilarata fronte, Confessionem igitur, filii, confessionem. Durus ergo simul Xaverij voce, simul diuino rore mollitus, spatio sumpto confitetur. Remedium non magis salubre quam opportunum fuit. Sacrae confessionis beneficio non tantum noxa depulsa, sed pristina illi mens reddita est. Quocirca re omni familiari cum fide in pauperes distributa, sorium se, ut ante statuerat, Xaverio continenter adiunxit, leuitatis memoria roborante constantiam. Per eadem tempora abis quoque sociis auctus est. Antonius Criminalis Parmensis, & Ioannes Beira Callaicus e Societate I. F. S. V. exiguum quidem sed opportunum auxilium, e Lusitania missi in Indiam appulerant. Quorum aduentu

*Occultae fugae consilium diuinitus cognoscit.*

aduentu per literas cognito (vt primi subsidio venerant) mirè lætus Xauerius, eorundem operâ quamprimum vti in tanta Sacerdotum penuria decreuit. Ipse ne Indiæ finibus suis circumscriberetur labor, occasione nauigij data, vltiora Orientis petere intendit.

## CAPVT XVII.

*Deprauatos Malacensium mores corrigit.*

SOLVIT ex Meliapore S. Thomæ Malacæ versus, anno post Christum natum M. D. XLV. Causa eundi fuit, vt Lusitanis eius vrbs incolis excultis, ad Macazares Christianis præceptis instituendos pergeret. Malaca regio peninsula est trans Indiam, lumenque Gangem, à veteribus (vt quibusdam placet) aurea Chersonesus appellata. Quippe continenti non lato coniuncta Isthmo, & in altum proiecta, ad Insulam Somatram (Taprobanam olim dictam volunt) auri fodinis celeberrimam procurrit. In hac Chersoneso, è regione Somatræ, Malaca vrbs est Lusitanorum, copiosa in primis ac nobilis, quæ Chersoneso nomen dedit, ab vrbe Goa leucas propè DC. Ea quidem sub æquinoctiali ferme linea sita est; cæterum quotidianis ferè imbribus maximos æstus temperantibus,

*Malaca.*

## 186 FRANCISCI XAVERII

vere fruitor penè perpetuo. Fruges ac fructus bis in anno binis æstatibus percipit. Cæterû amœna magis ac fertilis est quàm salubris : quia ex iisdem causis terræ fecunditas & cæli grauitas oritur. Accedit pestis grauior, vicinitas Saracenorû Ethnicorumque. Neutra tamen res Franciscum à proposito deterruit; altera, vt vicinorum vitio periclitantibus subueniret, etiam accendit. Malacam vt appulit, Præfecto vrbs adito, suum Macazaricæ expeditionis consiliium exponit. Tum ille Xauerio narrat, eò nuper ab se missam cum Sacerdote spectatæ virtutis non contemnendam Lusitanorum manum, Christianis ( si quis fortè inibi motus existeret ) præsidio futuram. Proinde monet, vt, si videatur, subsistat Malacæ, quoad nauis, quæ illos deuexerit, reuerfa, quo in statu Macazaricæ res essent, renuntiet. Franciscus Præfecti consiliium secutus, interim nullo svatio ad quietem sumpto, Lusitanorum saluti consulere cœpit. Erant tum Malacenses accolarum penitus infecti moribus, Ethnicis profectò Saracenisque similiores quàm Christianis. Namque ob Sacerdotum inopiam magis quàm incuriam, labente paulatim disciplina, mores quoque magis magisque lapsi cœperant præcipites ire. Iamque illi salutis & honestatis immemores, quicquid liberet, aut

*Ethnicorum  
consuetudo  
Christianis  
perniciosa.*

ret, aut expediret, ferme etiam licere credebant. tantum ad nequitiam contagio valet consuetudinis. Itaque Franciscus illorum animos adeò grauitè affectos intuens, vt iam nec vitia sentirent, nec eorum remedia ferre possent; perditas mentes mira adoritur arte. Primò comiter, vti solitus erat, in illorum se familiaritatem dare, in peccatis conuiuere, medendi voluntatem dissimulans. inde vsu & comitate illorum animis deuictis, sensim ad inueterati morbi curationem sibi viam facit, modò diuinis legibus propositis flagitia ipsorum ostendens, modò intentatis variis humanæ vitæ casibus Dei terrorem incutiens. Ad vltimum mentibus preparatis admouet manum: auariciam refecat, libidinis illecebras remouet, recrudescencia conscientia vulnera diuinæ misericordia oleo delinit, sanatque. Laborem bene positum perceptus inde fructus ostendit. Satis constat, Francisci operâ malè partas pecunias à plerisque restitutas: permultis pellices complures admirabili ratione subtractas: nonnullis ægre eas dimittentibus, vt matrimonio secum iungerent, persuasum: plurimos sacra expiatos confessione, atque ad pium vitæ genus adductos. Nec priuatim magis sermonis facilitate profecit, quàm publicè grauitate orationis. Diebus

Domi-

*Mira ars  
perditos ho-  
mines con-  
uiliandi.*



*Vaticinatio-  
nes.*

Dominicis in maximo vr̄bis templo conciones habebat ad populum, non minore fructu, quàm approbatione auditorum. Quos vt magis vigeret, atque vt altiùs in eorum animos salutaris descenderet metus; quæ diuinitus imminebant ciuitati, ingenti animi ardore prædixit. Animaduertum est à multis, sæpe illum, cùm pro concione perditam ac profligatam Malacensium vitæ rationē inculcasset vehementiùs, caelestem iram impendentem ciuibus, pœnasque deprecari solitum eas ipsas, quas ab eisdem paulo post Deus expetit. Quippe anno infeguenti Malaca ab Iauis Saracenis graui obsidione afflicta est, circumquæ agri depopulati. Et belli calamitatem fœda pestilentia excepit, quæ vniuersam peruagata vr̄bem, miras ciuium aduenarumquæ edidit strages. Ita vr̄bs assiduis funeribus propemodum exhausta est, Deo vetera ciuium delicta vindicante, nouamquæ condente ciuitatem. Xauerius ergo imminencia mala diuinitus prouidens, siue vt iram diuinæ iustitiæ aliqua molliret ex parte, siue vt incolarum animos ad impendentem cladem perferendam præpararet; talibus calamitatibus subinde intentatis, Malacenses admonebat, vt aliquando ad consilia salubriora se verteret. Nec frustra id fuit. plures irarum caelestium horrore ac reli-

ac religione perfuti, tandem exitiali animi sopore discusso resipuerunt. Inter quæ haud leuiter ciuitatem admirabile Francisci facinus mouit. Adolescens indigena (Antonio Fernando erat nomen) diabolo exagitante linguæ usum amiserat, & simul in periculosum inciderat morbum, ex quo desperata à medicis salute iacebat iam triduum. Adhibentur ergo à cognatis superstitiosis atque impiis hominibus venefici, nefarium medicorum genus. Cæterum postquam veneficia nihil proficiebant, accersitur Xauerius. Quo in cubiculum, vbi ille iacebat, ingresso, subito æger furere, vociferari, vultus, oculos, ora secundum in modum distorquere: sentires Dæmonem acuerse se ad pugnam, quam instare cernebat. Ibi Franciscus simul adolescentis miseratione, simul Diaboli odio commotus, ingemit: mox genibus humi positis, Deum enixè orare primùm, deinde furem iuuenem rite exorcizare cepit. Nec priùs pugnare precibus destitit, quàm is mentis còpos factus ex iactatione illa conquieuit. Postero die Xauerius, sacro B. Mariæ ad id ipsum facto, erectus & alacer redit ad pugnam. mirum dictu. repente victo excussoque importuno exagitatore, & loquendi facultas agro, & mentis sanitas reddita: mox etiam valetudo corporis secuta. Non

*Energumenum ægypticū  
diabolo ac  
morbo liberat.*

alia

190 FRANCISCI XAVERII

alia res magis Franciscum apud Christianos Barbarosque fecit sanctimoniam famam insignem. Quippe vulgò sanctus Pater appellari cœptus est, veteri cognomine, quod in India reliquerat, Malacæ renouato. Subinde etiam vaticinatio clarum eius nomen ac celebre fecit. Percontabatur pro amicitia Lusitanum institorem Indiam petiturum, quo is nauigio vehendus esset. Illo certam designante nauim, Nolim, inquit, ista veharis. Cumque mercator se in eam iam merces inposuisse diceret, cæterum, si quod immineret incommodum, nalle rem quam semet petire: collegit se parumper Xauerius. Inde velut consulto Deo fundens oraculum, Quando, inquit, merces ista nauigio credidisti, eidem caput quoque tuum credas licebit. Cæterum si qua tempestas aut casus ingruerit, caue mercium facias iacturam, fatis fidens diuinam tibi adfuturam opem, quæ periculo eripiat te tuaque. Nec vaticinatio fefellit. Oneraria in medio cursu vi tempestatis abrepta, hæsit in syrtibus. Iamque cæteri periculo territi, valorum onerumque iactura leuare nauigium parabant; cum mercator ille, Francisci præceptorum memor, id fieri vetuit, sancti viri prædictionem enunciando, & illius verbis caeleste auxilium pollicens. Nec mora. Superfuso repente mari nauis emer-  
sit, &

*Vaticinatio.*

fit; & periculo defuncta, portum incolumis tenuit, fauente Xauerio. Huius rei fama Malacam deinde perlata, mirum quantum eius nomini ac famæ sanctitatis adiecerit. Frânciscus interim non modò vetera Christianæ pietatis ministeria non omisit, sed etiam excogitauit noua. Post Solis occasum ipsemet urbem obiens incolas tintinnabulo excitatos subinde solenni carmine admonebat, vt pro cruciatis purgatorio igni animis, proque hominibus scelerum veterno sopitis, diuinam clementiam implorarent. Quod institutum, non mortuis quàm viuus salubrius, Malacensium animos non parum accendit. Ad hos labores, quibus lapsam Malacensis ciuitatis disciplinam restituit, accedebat in cumulum haud leuis occupatio, vt Christianam institutionem, adhibito interprete, in eiusmodi verteret linguam, quam Macazarij intelligerent, quibus imminabat lætis identidem nuntiis incitatus. Iisdem enim ferme diebus allatū est, eius gentis animos ad Christianæ fidei semen excipiendum mirè effectuosos. Nulla apud eos delubra Idolorum, nullos Sacerdotes, à quibus ad Deorum cultum impellerentur: Solem dumtaxat ipsum orientem ab eis coli; præterea nullum omnino Deum. Nihil iam Xauerio longius videbatur eo die, cum conuerso in illorum

*Animas Purgatorij, & lætali noxa faucios, sub noctem commendat.*

*Macazariorum præparatio ad Euangelium excipiant.*

illorum sermonem catechismo, exploratōque insulæ itatu, ad eos institutos tenderet. Verum interea se ad tantam provinciam diuinarum rerum contemplatione, celestibusque maximè instruebat opibus. Nam cum dies totos in caritatis officiis poneret; nocte somnum fraudans, inuigilabat precibus meditationique; ut, caelesti igni exardescere, ad Macazarios Dei hominumque caritate flagrans veniret. Iam menses Malacæ aliquot absumpserat, nec ullus de naui, cuius reditum expectabat, nuntius afferebatur. Quocirca bona cum Præfecti venia Macazariam petere decreuit, gentem illam erudire festinans.

### CAPVT XVIII.

*In Amboino multa edit vaticinationis  
& caritatis indicia.*

**V**BI primùm transmittendi, quò destinauerat, facultas data est, Malacæ conscendit, Duro socio & comite, quarto Idus Ianuarias anni M. D. XLVI. Prospero vectus cursu, non sine multis incommodis portum tenuit. Amboinum insulam cum capta ret gubernator, præteritum ab se portum ratus, graui ter angebatur, desperans posse iam aduerso vento destinatum teneri locum.

locum. Tum Franciscus gubernatorem *Vaticinatio.*  
 bono esse animo iubet, nondum nauim  
 locum, quem crederet, prateruetam: po-  
 stridie mané eum ipsum portum, quem  
 peteret, esse capturam. Idque ita prorsus  
 euénit, quamuis incommoda tempestate.  
 Postero die, albente cælo, portus in con-  
 spectu fuit. Percrebuerat ad eam horani  
 ventus adeò, vt ad exponendû Xauerium,  
 cuius causa infula petebatur, nullo modo  
 anchoræ iaci posse viderentur. Caterum *Ventus Xa-*  
 vt ad os aditumque portus ventum est, su- *ueriomorem*  
 bitò ille vehementior flatus, quasi Xauerio *gerit.*  
 morem gerens, ita remisit, vt commodè  
 nauis caperet portum. Ecce autem in ipso  
 portu periculû. Xauerius in scapham cum  
 paucis defilierat, ad terram applicaturus;  
 cum ei repente duo piratici myoparones  
 occurrunt. Ergo Lusitani, qui vnà cum  
 Francisco vehebantur, cursum auertere,  
 & quàm maximè prædonum occursum  
 vitare: sed altum effusa petentes fuga, à  
 terra prouecti sunt longius. Deinde verò  
 vitato periculo terram repetentes, vereri  
 cœperunt, ne eosdem in piratas inciderent.  
 At Franciscus rursus vaticinans, bonum *Vaticinatio.*  
 illos animum habere iubet, & scapham ad  
 littus applicare; Dei vtique benignitate  
 ipsos incolumes in portum esse peruentu-  
 ros. Prædictionem res ipsa comprobauit.

N

In ter-

## 194 FRANCISCI XAVERII

*Ambonius.* In terram expositus Xaverius, ut erat sanctitatis fama incolis commendatus, benignè hospitaliterque excipitur. Amboinus circuitu millia passuum complectitur ad LXX. Imperij Lusitani insula celebris in primis, & mercatoribus indigenisque frequentata. Distat ab vrbe Malaca millia passuum amplius D. CCCC. In ea insula, præter Lusitanorum præsidium, pagi tum erant Christianorum omnino septem, sine ullo Sacerdote. quippe is, qui vnus erat, paulo antè à vita decesserat. Franciscus igitur desertos pagos impigre circumiens, plurimos infantes ac pueros baptizauit.

*Circumendi ratio.* Circumendi ratio hæc erat. Puerum crucem præferente, ipse ostiatim ecqui aegroti, aut pueri baptizandi; ecqui mortui sepeliendi forent, quaritabat. Si quem laborantem morbo nactus esset, sublati pariter in cælum oculis manibusque, Symbolum Apostolorum & Euangelium super eum recitabat: ac sæpe medebatur vnâ operâ eiusdem corpori animoque. Mortuorum quoque corpora, post preces funebres, rite mandabat sepulturæ: tum pro eorum animis sacrum faciebat: ut dubitari posset, utrū viuus plus opis ferret, an mortuus. Sed conquirenti bene merendi de hominibus materiam diuina prouidentia longè maximam præbuit. Sub id tempus Ferdinandus,

Sofa,

Sofa, Hispanorum Dux, è noua Hispania (quæ regio in alio terrarum orbe posita, haud sanè lōgius ab Amboino distat, quàm ab Hispania) Molucum petens, classẽ ad Amboinum appulit. Naues erant plures; maximus nauarum & classiariorum numerus, ægrotorum incredibilis multitudo: plurimosque Hispanorum saua absũmebat lues. Tum verò facillè apparuit, Dei benignitate opportunum auxilium eis præmissum Xauerium. Extemplo enim cum pestiferi morbi vi accensa illius caritas certare cœpit, alios ministerio subleuans, alios Sacramento expians confessionis: & nunc grauiter affectos consolabatur, nunc aderat morientibus, nunc mortuis iusta soluebat; vnus multorum munia exsequens. Præcipuus labor erat, egentibus ægrotis à diuitibus res necessarias suppeditare; & medicamenta, quorum ibi magna erat inopia, vndique cum summa cura conquirere. Itaque eiusmodi res ab Ioanne Arausio, Lusitano mercatore, talibus mercibus abundante, cum peteret sapius; enimuero ille molestè ferre; indignans nullum esse petendi modum. Quocirca cuiusdam, Francisci nomine nonnulla eius generis roganti, cum ægre admodum & cunctanter quod rogabatur dedisset, adiecit: ita se id ipsum Francisco dare, vt in posterũ nihil prorsus

*Ferdinandus  
Sofa, Hispano-  
rum Dux.*

*Hispane  
classis calan-  
mitatẽ sub-  
leuat.*



*Parclatur  
mortē Arau-  
sio immine-  
re.*

*Fructus ex  
Hispanorum  
classe perce-  
ptus.*

ab se peteret. Quod ubi Xaverio nuntia-  
tum est; repente diuino instinctus Spiritu,  
Quid? censet (inquit) Arausius possessio-  
nem eorum, quæ habet, fore diuturnam?  
errat. Abi, denuntia illi meis verbis, ne tam  
tenax sit mercium, quas mors breui ere-  
ptura est. ipsum paulo post in hac ipsa mor-  
iturum insula, & eius bona in usum pau-  
perum cessura. Proinde, si sapiat, sua ipse  
ægris pauperibus Dei causa benignè lar-  
giatur: occupetq. suum facere beneficium,  
quod sit mortis futurum. Denuntiationi re-  
spondit euentus. Haud ita multo post eo-  
dem in loco, nullo hærede relicto, Arausius  
moritur. eius bona, tradito ibi more de hæ-  
reditate caduca, pauperibus diuiduntur.  
Cæterum Arausius in præsentia imminen-  
tis mortis terrore obiecto, scilicet factus  
est vt cautiore ad viuendum, sic ad largien-  
dum benignior. Menses tres (tamdiu enim  
Hispana classis ad Amboinum substitit) in  
ægrorum ministerio absumpti sunt cum  
corporum & animorum pariter salute.  
Cæterum nihilo salubrior ægrotis quàm  
valentibus Xaverij sedulitas fuit. Horum  
namque animos vitis laborantes Sacra-  
mentorum medicamentis, priuatis publi-  
cisque sermonibus, subleuare non destitit.  
Nec incassum is cecidit labor. Fructus pacis  
sanè vberes ex bellicosa gente percepti:  
multo.

VITAE LIBER II. 197

multorum simulates sublata: plurimorum sanatae mentes, & ad honestae pietate vitae studium traductae. Inter quos Cosmus Turrianus, (is Hispanorum classe aduectus fuerat) eximia Francisci sanctitate permotus, statuit ad eius institutum Societatemque aggregare sese. Franciscus porrò, re Christiana Amboini bene gesta, sub Hispanae classis discessum Macazariam petens, Ternatam Insulam ab Amboino millia passuum CC. ex itinere tenuit.

N 3

HORA-



HORATII  
 TVRSELLINI  
 DE VITA  
 FRANCISCI  
 XAVERII  
 LIBER TERTIVS.

## CAPVT I.

*In Moluco lapsos incolarum mores  
 restituit.*

*Moluce in-  
 sula.*



MOLVCVS regio est  
 modicis discreta insulis  
 (Molucas vocant) aro-  
 matum ac præcipuè ca-  
 ryophylli fertilitate &  
 commercio nobilis, ab  
 vrbe Malaca millia pas-  
 suum circiter M. C. Habitatur frequenti-  
 bus quâ Ethnicorum, quâ Saracenorum  
 pagis, terræ vbertate non detinente solum  
 indigenas, sed etiam aduenas inuitante.  
 Molucæ insulæ plurimæ numero sunt, ple-  
 ræque magnitudine exiguæ: maiores etiam  
 modicæ.

modicæ. nulla quippe supra duodeuiginti millia passuum circuitu comprehendit. Aequatori subsunt. à Borea in Austrum porriguntur sexagenis ferme passuum millibus inter se disinctæ. His aliæ minores circumfusæ. Cæterùm Molucus ferme omnis Saraceno Regi paret, stipendiario Regis Lusitani. Harum insularum longè *Ternate Molucarum insularum præcipua.* celeberrima Ternate urbem habet cognominem Lusitanæ ditionis, quæ vrbs à Lusitanis, aliisque Christianis indigenis, maximè incolitur. Huc igitur cùm venisset Xauerius, diuersatus est in suburbana Beatæ Mariæ æde, quæ Barræ dicitur. Ibi loci præside certissima patrona sua inuocata, extemplo solita pietatis ministeria obire cœpit. Ternatini iam palàm suas cupiditates soluerant, tanto profligatiores Malacensibus, quanto ab India remotiores. Quippe ex Ethnicorum Saracenorūque vñ & consuetudine, tam cæca rerū etiã humanarum inscitia eorum mentibus se offuderat, vt in negotiis contrahendis, vbicunque lucri aliqua affulisset spes, nihil contra ius fasque esse ducerent. ad eò omnia in externum erant lapsa iam morem. Hanc ergo ciuitatem penè depositam Xauerius Malacensi illo suo artificio curare orsis, incolarum animis dissimulatione & comitate conciliatis, paulatim eorum vitia

*Prudentia  
in flagitiosis  
hominibus  
corrigendis.*

aperire ac sanare institit. In quo, quidem singularis eius enituit prudentia. Si quem velano irretitum amore teneri compere-  
rat, qui alicuius auctoritatis esset ac pretij; hac potissimum illum arte adoriebatur. Blandè primò ac familiariter hominem affatus, si minùs inuitaretur, comiter se illi offerebat ipse conuiuiam, iucundòque sermone conuiuium celebrabat, aditum salu-  
bri admonitioni præparans. Inde vbi in eius familiaritatem se bene penitus dederat; ingressus orationem de vitiis turpitu-  
dine, sensim ad libidinis fœditatem dela-  
bebatur; eiusdemque incommoda, & simul cælestes adijciebat minas. Ad vltimum, vt permotum eum senserat, manu familiari-  
ter prehensum ad peccatorum inducebat confessionem. ita demum illi concubinam nullo negotio adimebat; aut certè, si ægrè careret, in matrimonio collocabat. Constat ab eo plurimos ad concubinarum nuptias traductos, vt luxuriæ flammam coniugij honestas extingueret. Consimilem ratio-  
nem in detrahenda fœneratitia fraudulen-  
tæque pecunia seruabat: cuius tanta vis fuit, vt Misericordiæ Sodalitas ex tenui atque inopi locuples fieret & opulenta. Eam rem crebrè conciones institutionesque rudium ac puerorù haud mediocriter adiuuerunt: quibus ciuitatis mores emendati, inique  
pactio.

pactiones rescissæ, teneræ ætatis aures &  
 linguæ catechismo adeò imbutæ, vt passim  
 omnia Christianæ doctrinæ carminibus  
 personarent. Præcipue verò Francisci *Vaticinatio.*  
 vaticinatio quædam Ternatinorum permouit  
 animos. Ioannem Arausium mercator-  
 rem, quem in Amboino breui moriturum  
 prædixerat, longè absens moribundum  
 diuinitus prospexit. Itaque sacrum magnâ  
 hominum frequentiâ faciens, cùm post  
 Offertorium de more se conuertisset ad  
 populum, Orate fratres, inquit, & Ioannis  
 Arausij animam, qui modò in Amboino  
 expirauit, commendate Deo. Equidem &  
 heri pro illo feci, & hodie facio. Mirari qui  
 aderant alij alios intuentes; quærentesque  
 inter se, qui tandem id rescire potuisset,  
 cùm Amboinus ab eo loco abesset passuum  
 millia amplius ducenta, & neminem per  
 eos dies inde venisse constaret. Admira-  
 tione deinde in expectationem versa, no-  
 tatur res, diesque, ab iis qui audierant: &  
 paucis interiectis diebus, nauis ex Amboi-  
 no de Arausij morte nuntiat. Temporibus  
 ac rebus inter se comparatis, omnia cum  
 Francisci prædictione prorsus congruere  
 comperta. Tum enim uero nemini dubium  
 esse, quin id Xauerius diuinitus cognouisset.  
 Quocirca illû tanquam prophetiæ dono  
 præditum omnes suspicere cœperunt.

Iam Xaverius Macazariam, quæ bidui ferme aberat, meditabatur. Cæterùm Macazarios illos, vt qui satis auxiliorum haberent, à Francisco iuuari, Deo vtique cordi non fuit. Per idem tempus haud vanis auditoribus comperit, in Maurica (regio Mauri vulgò dicitur) Christianos esse quamplurimos: quorum, quippe Sacerdotibus carentium, salus ad vltimum esset adducta discrimen. Itaque his potiùs succurrendum ratus, qui grauiùs laborarent, omiſſis Macazariis, quibus aliorum auxilia non deerant, ad iuuandos destitutos ab aliis conuertit animum.

## CAPVT II.

*Mauricæ incolis periclitatibus vel cum capitis sui periculo subuenire statuit.*

*Maurica regio.*

**A**BEST Maurica regio à Ternate propè CCC. millia passuum. Terra aspera ac prærupta, omniumque ferme rerum sterilis. Frumentum vinumque incolæ ne fama quidem acceperunt. nulla apud eos armenta aut greges, præter fues admodum paucos, quos mirandi potiùs quàm gustandi copia est. Aquæ dulcis mira penuria: oryzae tamen satis. magna vis aprorum: ingens modus arborum, vnde sibi panem qualem-

qualemcunque & vinum petunt. aliæ porro arbores, ex quarum cortice de pexo vestem vulgò conficiunt. Gens ipsa prorsus barbara & expers humanitatis. quippe nulla omnino literarum habet monumenta: feritate autem inter omnes nationes eminet, tum ferro tum veneno sauiens etiam in suos: tantum abest vt ferocia ingenia vsu efferata alienis & aduenis parcant. Sacerdotem ipsum ac parochum, qui vnus illorù salutis curam agebat, de medio sustulerant. Itaque iamdiu orbi erant pastore. Regio magna ex parte crebris terræ motibus impensè concutitur: ignes ac cineres euomit: ingentibusque exæstuantis maris incessitur fluctibus. Deum credas de nefariis illorum sceleribus supplicium sumere. Quocirca multiplex hic metus aduenas abiterrebat omnes. At Franciscus aduersus omnia pericula interritus, omiſſa (vt diximus) Macazarica profectio-  
*Gentis Maurica barbaries.*  
*Maurica terre incognita.*  
*Zelus animarum.*  
*Ioan c. 12.*

ne, cuius causa venerat, in animum induxit suum, sibi vt illorum animos ab interitu vindicaret, vel manifestum vitæ discrimen esse subeundum. Qua de re ad suos scribens in Lusitaniam, ait se ad opem miseris illis cum perspicuo suo periculo ferendam illa Christi voce incitatum: *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam; qui autem perdidit propter me, inueniet eam.*

Quam



Quam ille sententiam facilem & apertam  
 videri dicebat cogitanti, experienti non  
 item, nisi Deus ipse interior interpret ac-  
 cederet. Nunquam aliàs magis singulari  
 Francisci fortitudo diuinæque fiducia eni-  
 tuit. Vbi in Amboino insula percrebuit,  
 Xaverium in Mauricam regionem cogita-  
 re; incolas partim admiratio virtutis cepit,  
 partim etiam periculi miseratio. Et amici,  
 vt illum iam profectioem parare nuntia-  
 tum est, trepido nuntio exciti, protinus  
 ad eum coeunt. Docent illud belluarum  
 verius quàm hominum receptaculū esse;  
 incolarum plurimos coniugum, libero-  
 rum, parentum, Sacerdotum sanguine ma-  
 nus imbutas habere. Ergo manifesta Su-  
 perūm ira assidue omnibus terræ, maris,  
 cæli pestibus afflicti: iisdemque aduenas  
 ab illorum rabie procul arceri. Denuntiant  
 haud dubia vitæ discrimina in singula penè  
 momenta subeunda fore, apud homines  
 per ludum iocumque sicas vibrantes, spar-  
 gentes venena, nihilque magis quàm hu-  
 manum cruorem sitientes. Quod tandem  
 esse consilium infesta loca pacatis præfer-  
 re? Quis conuenire, vt peregrinus homo re-  
 ctè suam committat salutem, quibus con-  
 stet nihil tam esse in deliciis, quàm truci-  
 dationem eademque etiam proximorum?  
 Talia inculcantibus amicis, neminem mi-  
 nus tan-

*Deterratur  
 à consilio fe-  
 re gentis  
 adeunde.*

nis tangebant obiecta pericula, quam  
 ipsum, qui erat aditurus. Tum verò illi <sup>Amicorum</sup>  
 fientes orare, ne tam vilis suus sibi spiritus <sup>preces.</sup>  
 foret: & simul indignantes precibus la-  
 menta miscere. Quis ferat non modò Lu-  
 sitanorum, sed indigenarum ac barbaro-  
 rum, qui modò Xauerium norit, eius capite  
 ignobilis regionis institutionem emi? Quis  
 iam speret Orientis columnen, quod per-  
 petuum esse oporteret, fore diuturnum, si  
 tam auidè manifestis periculis caput offe-  
 rat suum, oblitus tot gentium animas ab se  
 eundem in casum trahi: Meminisset Indiæ  
 vniuersæ & innumerabilium nationum sa-  
 lutem ex suo spiritu pendere. Si incredi-  
 bili virtute atque animi altitudine pericula  
 omnia contemneret; at certè tot populo-  
 rum salutem secum in discrimen ne addu-  
 ceret. Vinceret paucorum caritatem cari-  
 tatis vniuersorum: vtique cùm constaret  
 tam feram gentem instituere operæpre-  
 tium haudquaquam esse; vtpote quam sui  
 Sacerdotes nō magis periculi metu, quàm  
 proficiendi desperatione, deseruerint. Qua-  
 re per Christū, humanæ salutis auctorem,  
 ne committeret, vt spes dubia paucorum  
 salutis in apertum discrimen caput ipsius,  
 atque innumerabilium gentium salutem,  
 obliceret. Semet (vt sua prudentia virtu-  
 tēque dignum esset) Orientis Ecclesiæ  
 confer-

» conseruaret : aut ad ea saltem seruaret  
 » rricula, quæ forent tantæ animi magnitudi  
 » paria. Amicorum pietas gratior Francisco  
 » quàm iucundior fuit. Itaque singulos fami  
 » liariter amplexatus, mutuisque perfusus  
 » lacrymis, in hunc ferè modum eos affatur:  
 » *Quid facitis stentes, & affligentes cor meum? agno-*  
 » sco fidem beneuolentiamque uestram:  
 » grates ago habeoque, quòd nullum erga  
 » me amoris indicium omisitistis. Sed nihil  
 » me itorum periculorum mouet, diuina  
 » imperia intuentem. Deus ista uiderit, haud  
 » dubius huius auctor consilij; cuius ego præ  
 » sidio tectus, nihil omnino per timesco. Cui  
 » enim melius me, caputque committam  
 » meum, quàm ei, qui mortalium tempora  
 » vitalque disponit? Non est mortali exti  
 » mescenda mors, quæ timidissimum quem  
 » que consequitur. Honestæ autem mors,  
 » quippe aditus ad immortalitatem, uel uoto  
 » expetenda. Quòd si ego cecidero, Deus  
 » certè non cadet, cui & gentium salus cordi  
 » est haud paulo magis quàm mihi, & facil  
 » limum *mittere operarios in uineam suam*. Nec  
 » uerò exiguus fructus ex Maurica percipie  
 » tur. paruum haud putandum, ubi magno  
 » est merito locus. Equidem si nihil aliud,  
 » pro periclitante illorum salute, cui consu  
 » lere debeo, nullum periculum ac discri  
 » men recuso. *Ut fuerit uoluntas in celo, sic fiat.*  
 Mach. l. i. Tum

Responsum  
 Xauey ple  
 num diuine  
 fidei. e.  
 Act. 21.

Tum illi amore stimulante, à precibus ad vim conuersi, perpulerunt arcis custodem, vt ei prorsus nauis adimeret facultatem. Is igitur iisdem illis periculis hostium, ac præsentis terrore mortis, Franciscum ab eo consilio dimouere frustra conatus, ad vltimum ei nauigium denegat. Cui Xauerius nulla pericula, nullum genus mortis, vbi Dei cultus & animarum salus agatur, formidare se ait: nec vllos hostes ducere, nisi qui diuino obstant obsequio. Sibi certum ac deliberatum esse, in Mauricam Deum vocantem sequi: nec nauigium morari. si nauis desit, semet Deo incubantem vtique transnaturum. Itaque cum eum amici cælesti præsidio securum obfirmato animo esse cernerent; quod vnum restabat, remedia quædam aduersus venena pro se quisque lacrymantes ad eum afferre. At Franciscus veritus ne anxio animo inanes periculorum species fingens sibimet solitudinem strueret, néue humani auxiliij spes detraheret aliquid de diuinæ opis ac providentiæ fiducia; gratis eorum benevolentia actis, adiecit; Profectò sibi illa onera veriùs quàm remedia futura. Proinde orare, ne se tanta Dei diffidentia onerarent. Cæterùm si salutem suam aduersus omnes pestes ac venena munitam velint, assidujs precibus diuinum sibi propitient numen.

*Si adimatur nauigium, se transnaturum affirmat.*

*Remedia aduersus venena amicis remisit.*

## 208 FRANCISCI XAVERII

numen. Eo remedio nullum certius, nihil  
 lum præsentius inueniri. Ita, dimissis ami-  
 cis, professionem adornabat. Inter hæc  
 tantum discrimen adituro læti ex India  
 nuntij fiduciam accenderunt. Iisdem tem-  
 poribus nouem è Societate IESV Goami è  
 Lusitania aduecti erant; Sacerdotes quin-  
 que Franciscus Peres, Alfonsus Cyprianus,  
 Henricus Henriques, Frãnciscus Henricus,  
 & Nunnius Ribera; cæteri nondum sacris  
 initiati, Balthasar Nunnius, Adamus Fran-  
 ciscus, Nicolaus Nunnius, & Emmanuel  
 Morales. Antequam igitur ex Amboino  
 discederet Xauerius, cum de horum ad-  
 uentu cognouisset; opportuno auxilio ad-  
 modum lætus, tuam cuique præuinciam  
 destinauit: statimque literas Goam ad so-  
 cios dedit, quibus Franciscum Perem Goæ  
 ad alumnorum institutionem manere;  
 Cyprianum & Henricum ad Comorinen-  
 ses neophytos iuuandos proficisci iubebat  
 duos autem illos qui apud Comorinenses  
 tum versabantur, itemque cæteros, ad se in  
 Molucas insulas euocabat, eo consilio, ut  
 exiguis illis copiis circum omnes regio-  
 nes cursaret, omnibus, quoad eius fieri pos-  
 set, opem laturus. Et Mauricæ expeditioni  
 Deus haud dubiè fauit. Mense Maio anni  
 M. D. XLVI. ex Ternate cum soluisset, ad  
 insulam Mauricam incolumis appulit.

CAPVT

## CAPVT III.

*Efferatos Mauricensium mores miti-  
gat, Christianisque præceptis instruit.*

**MAURICA** (vti accepimus) bipartita est: Maurica.  
altera pars in continenti Maurotia vo-  
catur: altera duabus insulis constat, quæ  
Maurotides appellantur. Harum insularum Rupes fla-  
grantes.  
vna rupibus horrenda flagrantibus, ex qui-  
bus sæpe saxa ignea maximarum instar ar-  
borum erumpunt, tanto impetu ac fragore,  
quanto nulla tormenta ænea, quamuis  
magna, globos eiiculantur: ac nonnun-  
quam, vbi acrior existit flatus, indidem in-  
gens cineris modus egeritur; quo longè ac  
latè diffuso, viri feminæque laborantes in  
campis cinere oppleti domos reuertuntur:  
Cinis è ru-  
pibus effusa  
dicitur.  
dæmones magis quàm homines diceret.  
Apri quoque in saltibus cõplures oppressi,  
pisces extincti passim offenduntur in lit-  
tore. Eadem insula, ne quid incommodi  
Terræ motus  
horribiles.  
desit, adeò perpetuis penè terræ quassatur  
motibus, vt qui fortè præteruehuntur, con-  
territi, naues in obiectas incurrere cautes  
arbitrentur. Ad hæc ingens ventorum ca-  
uiernis obluentium fremitus incredibili-  
lem omnibus incutit horrorem: Tartari  
speciem videre te credas. Vnde etiam  
libenter Franciscus occasionem captabat

O inter-

*Gens mbrè  
i. nmanis.*

intentandi pœnas aeternorum ignium, quibus apud inferos Deorum cultores improbiq̃ Christiani cruciantur. Gens etiam est in his locis ab Euangelio aliena, inaudita feritatis, Iauaros vocant: quorum vnicum votum est, homines trucidare. Quocirca vbi alienorũ copia deest ad cædem, in coniuges liberosq̃ vertunt rabiem: iidemq̃ Christianis hominibus aliquid subinde cladum inferunt. Nec desunt qui humanam carnem, maximè verò cælorum in prælio, habeant in deliciis. Prò Deus immortalis, quantum est præsidij in Numinis fiducia tutelâq̃ quantum securitatis in ipsis periculis Deo tegente! nimirum nil formidandum, nil dubitandum auctore Deo. Hisce ipsis in locis, inter feras belluas verius quàm homines, Xaverius, *qui habitaret in adiutorio altissimi, in protectione Dei cali commoratus est* menses circiter tres, præter omnium opinionem, maiore cum emolumento incolarum, quàm periculo suo. Hoc quippe tēporis spatio feros illos homines, mitioribus ingeniis imbutos, ad Christianæ vitæ mores reuocauit. Erant tum æquè omnes omnino in Christianis rebus rudes, vana prorsus Christianorum nomina. Franciscus ergo confestim cunctos Christianorum vicos numero propè triginta obiit, infantes baptizando, erudiendo adultos, Ido-

*Psalm. 4.*

tos, Idolorum impediendo sacrificia, neophytorum miseris, vel animi vel corporis, subueniundo. In publicis verò priuatisque *Barbaros inferorum specie terribat.*
 terminibus barbaram gentem caelestibus simul terrestribusque territabat minis, inferorum sedem (quod identidem erumpens flamma ac cinis effusus indicaret) proximam illis esse denuntians: eò conceleratos homines deturbari. Idem profectò significare ingentes illos terræ motus, quibus penè delitescens terra nefarios homines ac Deo inuisos absorbere velle minitetur. Proinde cauere omni ratione, ne in sempiterna illa incendia, quorum facies ipsis quædam obuersaretur ante oculos, ruerent præcipites. Talibus ille sermonibus, aliisque Christianæ disciplinæ præceptis, mirè illorum feritatem mitigauit. *Christiana disciplina barbariem mitigat.*
 Igitur breui gens illa vniuersa, qua non alia viquam (vt diximus) tetrior immaniorque ad eam diem fuerat, ex eo tempore non modò mitis & facilis, sed etiam erudita fidei nostræ mysteriis cœpit esse: tantum Christiana disciplina virium habet ad humanitatem. In eò interrita Francisci animi magnitudo spectata est. Fortè ipsis Michaëlis Archangeli feriis in æde sacra, maximâ incolarum frequentiâ, rem diuinam de more faciebat; cùm repentiè insula tota contremuit adeò, vt ara ipsa videretur funditus



ditus eueri. Extemplo cæteri diffugens,  
*Animi ma-* qua quemque agebat pauor. At ille seu dis-  
*gnitudo in* simulato, seu potius spreto metu, sacrifi-  
*torre motu.* cium constanter peregit, id euenisse inter-  
 pretatus, quòd Archangelus Michaël Dia-  
 bolos omnes illius regionis diuino cultui  
 aduersantes malè multatos deturbaret in  
 Tartarû. Itaque plus ei negotij cum homi-  
 nibus quàm cum Dæmonibus fuit. Quippe  
 non defuerunt peruicaces simul ac poten-  
 tes Deorum cultores, qui cursum Euange-  
 lij obiectis minis ac terroribus morari ni-  
 terétur. Sed frustra. inuicta Xauerij virtus,  
 cælesti ope subnixa, vicit omnia. Paucis  
 mensibus omnes Christianorum vici lu-  
 strati: innumerabilis incolarum multitudo  
 partim Christianis instituta præceptis, par-  
 tim etiam ad Christi religionem traducta:  
*Fructus ani-* Quantum profecerit, vel hinc existimari  
*mororum.* potest, quòd in vno oppido (Tolum vocant)  
 ad xxv. capitum millia à Francisco Chri-  
 stiana facta traduntur. Par fructui labor  
 fuit. In tam aspera regione vltro citròque  
 cursans, ferè quicquid malorum subiri po-  
 test, tolerauit, egestatem, æstum, famem,  
 sitim, defatigationem, pericula. Cæterùm  
*Psal. 94.* vt ferme respondet dolori voluptas, *secun-*  
*dum multitudinem dolorum consolationes laticau-*  
*uerunt animam eius.* Quæ quidem quantè fue-  
 rint, ex quodam ipsius epistolæ ad socios  
 capit

capite coniectari licet. Vbi locorum illo-  
 rum sterilitate atque omnium rerum ino- *Cælestia san-*  
 pia commemorata, Hæc, inquit, eo vobis *latia in la-*  
 exposui, vt intelligeretis quanta in hisce *boribus &*  
 locis sit cælestium copia gaudiorum. Siqui- *erumuit.*  
 dem hæc omnia pericula & labores vnus >>  
 Dei causa sponte suscepti, thesauri sunt di- >>  
 uinis maximisque gaudiis refertissimi : vt >>  
 hæc insulæ in primis aptæ atque appositæ >>  
 ad oculorum aciem ex iucundissima lacry- >>  
 marum vbertate perdendam esse videan- >>  
 tur. Equidem nunquam me tot, tantis, tam >>  
 continuis animi voluptatibus circumfluere >>  
 memini, prorsus vt omnem laborum atque >>  
 ærumnarum sensum obruerent. Ita Fran- >>  
 ciscus ex feræ gentis cultura haud plus la-  
 boris ac meriti quàm fructus lætitiæque  
 percepit.

CAPVT IV.

*Ternatinos denuo excolit.*

**M**OLVCVM inde repetens, Ternatem  
 reuertitur. A Ternatinis ingenti gau-  
 dio exceptus, torpentes ad studium virtutis  
 excitat, vacillantes confirmat corrobora-  
 ratque. Ratio autem erat talis. Diebus festis *Conciones*  
 bis in die concionabatur, manè ad Lusitana. *varia.*  
 tanos, post meridiem apud indigenas: illos  
 quidem ad honestam piamque vitam inci-  
 tans,

tans, hos verò Christianis myſteris maxime erudiens, & à vana Deorum religione deterrens. Quotidie antemeridiano pomeridianoque tempore confitentibus vtrifque promiſcuè dabat aures. Quarta quaque & ſexta feria ad Luſitanorum coniuges ferme indigenas de Symboli capitibus, de præceptis Decalogi, de Sacramentis Confessionis & Communionis ſeparatim verba faciebat. Erat tum Quadrageſimæ tempus. Quocirca earum plurimæ Paſchale Sacroſanctæ Euchariſtiæ conuiuium, à quo ad id tempus abſtinerant, piè religioſèque celebrarunt. Cæterum iam diu peregrinantiem Xauerium domeſtica Goenſium ſociorum cura in Indiã reuocabat. Itaque quàm primùm in Amboinum trajicere decreuit, ſibi Indicam tranſmiſſionem expectaturus. Sed Præfecti arcis Ternatinæ, ſodalium Miſericordiæ, aliorumque Luſitanorum ſummæ preces eum coegerunt Ternate diutius commorari, quamquam non inuitum, quòd operæ apud illos poſitæ nequaquam eum pœniteret. Inter hæc Franciſcum cupido inceſſit barbari Regis animum tentandi. Rex Moluci, Regis Luſitani ſtipendiarius, Saracenus erat, non tam profeſſione quàm vita. Quippe is, quo minus Chriſtianus fieret, non Mahometis religione impediabatur, ſed libidinis

immo:

immodica licentia. Nam præter pellicum greges, coniugēs centum regiam implebant. Rex igitur, siue comitate, siue etiam sanctimonia Xauerij captus, omni eum honore colebat, regni proceribus palam indignantibus: ac mirum in modum eiusdem amicitiam expetebat, spem ostentans suscipiendi aliquando Christiana sacra: cum diceret eundem à Saracenis & Christianis Deum coli; & fore aliquando tempus, cum vtrique in vnam religionem coirent. Cæterum etli Francisci congressu colloquioque delectari videbatur; tamen immoderata vitæ libertas Christianæ obstabat religioni. Id modò expressum ab eo, vt polliceretur se vnum è liberis suis, quos habebat plurimos, ad baptismum daturum, ea conditione, vt is deinde Christianus Mauricarum Insularum regnum obtineret. Itaque Xauerius, quia nondum matura res erat, spe lætus, ita Regis amicitiam tuebatur, vt in popularibus colendis haud festinè elaboraret. Namque Ethnicorum animos tentas, reperiēbat eos, quamquam à Saracenis ad Mahometicos ritus compellerentur, longè minùs à Christo abhorere quàm à Mahomete. Saracenos porro ipsos, vtpote sine disciplinæ ignaros, minime in ea esse pertinaces. Quocirca vtrorumque conuersionē in expedito futuram

*Regis Molu-*  
*centis uxores*  
*centum.*

*Rex Moluci*  
*impensè co-*  
*lit Xaueriū.*

*Ethnici Mo-*  
*lucentes mi-*  
*nùs: à Chri-*  
*sto euam à*  
*Mahomete*  
*abhorrent.*

*Collegium  
Societatis in  
Moluco.*

*Waticinatio.*

*Permatino-  
yum amor in  
Lacerium.*

ratus, si Societatis domicilium in Moluco institueretur; id omni ratione curare statuit, ac deinde fauentē Christianæ rei Lusitanæ Rege perfecit. Præcipuum interim opus erat, Lusitanos ac neophytos instituire; quod haud sanè irritum fuit. Nam sex mensium labor vberimum illi ex Ternatinis retulit fructum. Quippe oppidanorum animos diuinis sermonibus, Sacramentis, cæterisque rebus ad eò excoluit, vt omnium iudicio alius populus, quàm erāt antea, videretur. Constat ex maximo pellicum numero duas omnino Christianis incolis reliquas esse factas. Nec vlla res magis profecit, quàm sanctitatis opinio, maximum in persuadendo momentum, diuinis indiciis confirmata. Per id enim tempus inter concionandum auditores sibi bitò rogauit, vt supplices Pater & Ave pro Iacobo Aegidio, classis Lusitanæ Præfecto, in Amboino animam agente, recitarent. Idque postea ita fuisse, certis auctõribus compertum. Ea tum res venerationem Francisci auxit, deinde etiam desiderium. Sexto mense post quàm eò appulerat, discedere parabat, Amboinios reuisurus. Itaque, pro eximia in eum caritate, cuncta se in portum ciuitas effudit. In discessu verò tantus vndique cum fletu clamor extitit ciuium, magistrum, custodem, parentem confulsis

confusis appellantium vocibus; vt Patrem singulos amplectentem, velut oblitum itineris, misericordia moraretur. *Commota sunt quippe viscera eius super grege suo. Demum eos blandè solatus, ægre admodum se ab illorum complexu diuellit, omnibus ingenti fletu atque eiulatu digressum discessumque eius prosequentibus.*

## CAPVT V.

*Lusitanis egregiæ de barbaris victoriæ  
& vates & auctor est.*

**L**AETVM Ternatinoꝝ pietate Xauerium tristis de Tolanoꝝ perfidia nuncijs perculit. Tolum alterius Mauricæ insulæ oppidum est (sicut antè diximus) neophytis à Francisco initiatis sanè frequens. Oppidanorum plures Geliolij externi Tyranni siue arma veriti, seu gratiam inituri, simul à Lusitano Rege Christoꝝque defecerant. Et sacra æde euerfa, cruces, sacrâsque Diuorum effigies, per ludibrium fregerant. Ad hæc, bona inuaserant fidelium piorumque. Itaque Xauerius mæstus rem Deo permisit, causam suam iudicatuꝝ. Cæterum illata superis mortalibusque iniuria, vtrorumque in eos armauit iram. Deus prior & grauior vltor extitit. Primū

*Toli oppidū  
defectio à  
religione di-  
uinitus vin-  
dicatur.*

*Ager è fe-  
ruaci sterilis.  
Aqua è sa-  
lubribus no-  
na.*

igitur illorum ager ex feracissimo squa-  
lus ac sterilis factus : fruges etiam in hor-  
reis dira tabe consumptæ : aquæ subind  
amaræ noxiæque è salubribus redditæ : fa-  
me quoque ac lue multi mortales abstum-  
pti. Cælesti ira afflictis Lusitani belli incu-  
buit moles. Quippe Molucarum insularum  
Præfectus, Francisco pij belli felicem exitum  
spondente, classem aduersus perfidos  
misit, cum delecta Lusitanorum manu. Et  
classis Dux, Sancti vini prædictione ac spe  
diuinæ opis erectus, haud segniter bellum  
capebat. Placuit tamen, priusquam in-  
ferrentur arma, experiri per legatos, an  
spes veniæ oblata posset rebellium mentes  
ad sanitatem reuocare. Postquam superba  
eorum responsa afferbantur, Lusitanus  
pœnæ avidus in hostem ducit. Arx est in  
edito loco posita, nec minùs manu quàm  
situ munita. Et fraus hostium accesserat.  
Quippe imminentis belli haud ignari, circa  
muros longè ac latè stimulos muricesque  
ferreos defoderant, in quos Lusitani sese  
induerent, si propius accessissent. Exitialis  
non solum irrita oppugnatio extitisset, nisi  
præsentem pestem Francisci auertissent  
preces, interclusumque aditum aperuis-  
sent. Nondum Lusitani exscensionem fe-  
cerant, cum mira opportunitate stare cum  
eis Deum ac pugnare apparuit. Sol circa  
meri-

meridiem repentina caligine offusa, haud  
disparem nocti tempestatem dedit. Et si-  
mul ex vicini montis vertice, cum horren-  
do mugitu ac fragore, tetrum foedumque  
eripit incendium, quod tres dies noctesq̄  
tenuit. Itaque ingens cineris pumicumque  
vis (quod nunquam antea euenisse constat)  
inde egesta; quæ non modò murices fer-  
reos oppressit, sed etiam arcis fastigium  
aquaui. Ecce autem improviso malo atto-  
nitis barbaris, maior ex vicino terror in-  
cutitur. Per idem tempus terræ motus in-  
solitus tectorum vrbis ingentem edidit  
stragem. Tolanis tam atroci tempestate  
defunctis, Lusitanus superuenit armatus.  
Nec prælium illud fuit. Plerosque hostium  
aut ruinæ tectorum oppresserant, aut pauor  
compulerat in fugam. Et aggeratus pumex  
facilem in mœnia ascensum dabat. Ergo  
arx, oppidum, totaque regio sine vilo cer-  
tamine subacta. victis certis conditionibus  
pax data: quarum illæ præcipuæ, vt tem-  
plum euersum reficerent, bona piis ademp-  
pta restituerent, suscepta semel Christi  
sacra in posterum sanctè colerent pièque.  
Tam memorabilem victoriam diuina ma-  
gis quàm humana ope partam etiam inter  
barbaros constitit. Cæterùm tam opportu-  
num flagratis montis auxilium, cum subita  
cineris ac pumicum congerie, communis  
Lusita-

*Mira prodigi-  
gia victoriæ  
pariunt Lu-  
sitani.*



Lusitanorum consensus acceptum Francisco retulit. Qui velut alter Moses, ipse cum perfido hoste bellantibus, Diuinam opem conciliarat; ut, cuius belli fautor existerat, præcipuus quoque existeret adiutor.

## CAPVT VI.

*Amboinios requisit, atq. omni ope iuuat.*

**I**NTERIM re Christiana in Ternate insula satis aucta stabilitaque, Amboinum repetiit, re nauigaturus in Indiam; ac Societatem, cui præerat, nouorum aduentu fortiorum satis iam auctam longo interuallo reuisurus. In medio cursu vectoribus hilariter inter se colloquentibus, Franciscus è confessu repente exiliens, summo impetu atque angore animi exclamat: IESU bone, quid hoc est? illi hominem occidunt. Confestim cæteri, rei nouitate permoti, ad Xauerium accurrere: quid tandem rei sit, percontari. Tum ille, cum ad sese rediisset, re dissimulata, nihil esse respondit: seque in eorum cœtum comiter fessum recepit, perinde se gerens, quasi nihil ipse aut fecisset insolitum, aut dixisset. Cæterum res ab illo celata, paruo intermissò spatio, patefacta est. Ut nauis ad Amboinum appulit, comperiunt Lusitanum hominem ibi à prædonibus interfectum, eo ipso tempore, quo Xa-

*Vaticinatio.*

quò Xauerij clamor ad eorum aures acciderat in nauì. Erant in portu Amboini Lusitanorum onerariæ quatuor. Franciscus igitur, caritate ardens, rationem inuit incolas pariter atque aduenas quàm maximè iuuandi, quoad facultas nauigandi in Indiam foret. Itaque siue paupertatis studio, siue portus vicinitatem secutus, in ipso litore sibi ac socio modicam è stramentis extruit casam. Huic eodem opere sacram ædiculam adijcit, vbi nautis & classiariis Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta ministraret. Opere absoluto, in iis quæ dixi officiis assiduus erat. plures quoque capitali odio dissidentes adducebat ad pacem. Aegrorum præcipuè commodis & scilicet saluti seruebat: quo in numero vnus erat grauissimo implicitus morbo; hunc non priùs Xauerius quàm vita ipsa deseruit. Igitur vt is in Francisci complexu spiritum vitæ extremum edidit; ille flens ingentes Deo laudes gratesque egit, quòd, si nihil aliud, ad miseri illius salutem in Amboinum in tempore reuertisset. Inde Christianorum vicos impigre lustrans, baptizauit infantes, rudes Christianis præceptis imbuit, haud minore cum fructu quàm labore. Concionibus insuper populum à vitiis deterrere, ad honestatem pietatemque impellere institit. Quàm porro carus &

acce-

*Casam sibi  
extruit in  
litore.*

*Assiduitas  
apud egros.*

## 222 FRANCISCI XAVERII

*Ambrosiorum  
in Francisca  
amor.*

acceptus summis iuxta & infimis esset; digressus ostendit. Vigesimo quam venerat die Xaverius id ipsum providens; ut populi complorationem, qualem Ternate nuper expertus erat; in discessu vitaret; silentio de media nocte naudem conscendere parabat. Sed, ut difficile est amantes fallere, cōsilio eius deprehensō, noctu concurritur ad portum. Repentē ingens virorum, mulierum, puerorum, seniorum cum ploratu clamor exoritur, suam orbitatem ac solitudinem lamentantium, talemque virum ac patrem ab se diuelli & abrumpi querentium. quibus ille querelis nocturnoque tactus gemitu, obortis lacrymis, dum flentes sigillatim amplexans solatur, ægre sanè ab inhærentibus sibi, tanquam à visceribus suis, auelli potuit. Ad postremum, exorato Sacerdote quodam, ut per binas illis horas quotidie operam daret in exercèdo catechismo, omnes dimisit, monitos ut Christianæ doctrinæ exercitationem haud segniter vrgerent. Aderat iam tempus profectiois: cumque essent multæ Lusitanorum naues ad iter paratæ, Xaverius in regiam inuitabatur, quæ permultos vehebat eius studiosos amicosque. Ille tamen sæpius enixiusque inuitatus, constanter abnuebat. Nauarcho causam cur tantopere recusaret rogitanti, haud dubiè futura diuini-

diuinitus præfagiens animo, pertimescere se ait, ne quid onerariæ illi in itinere accideret incommodi, nèue ab eis diuina maieſtas alicuius delicti expeteret pœnas. Nec vanus is metus fuit. Nauis illa deinde aduerſa tempeſtate ad ſcopulum appulſa penè deperiit. Cæterùm diuinitus (deprecatione fortæſſe Xauerij) præſenti naufragio erepta, diu tenuit curſum. Inde tranſuerſo maris impetu vaſtas in ſyrtes acta penitus inhæſit: iamque non ſolum onerariæ, verumetiam vèctorũ ſalus complorata erat; cùm in pari periculo parem Dei vices alternantis opem experta, perruptis maris æſtu ſyrtibus euadit innoxia. Franciſcus autem ipſe, qui aliena incommoda præſagierat, proſpera nauigatione vſus, quò intenderat, ſine vlla offenſione pertiênit. Malacam tenuit anno huius ſæculi XLVII.

*Præſagietis  
animi diuini-  
tatio.*

## CAPVT VII.

*Malacenses summa ope instruit. Viſum*

*Duro ſocio ſuo oblatum diuinitus*

*cognoscit.*

**M**ALACENSES ergo ſui perſtudioſos ex interuallo reuiſens, benignè ab illis excipitur. Cæterùm ipſe priſtino more, recuſato amicorum hoſpicio, ſtatim in valetudina-

*In valetudi-  
narium di-  
uertit.*

tudina-

224. FRANCISCI XAVERII

tudinarium, consuetum hospitium *fratrum*,  
 diuertit. Eodem tempore Malacam *urbem*  
 alij è Societate IESV appulerant. in his  
 Sacerdotes duo Ioannes Beira, & Ioannes  
 Ribera, quos omnes incredibili animi in-  
 cunctitate amplexus Xaverius apud se ha-  
 buit. Inde diebus pluribus ad quietem da-  
 tis, monitos quemadmodum cum Molu-  
 cenibus se gerent, in Molucum dimisit  
 ab se facta culturos. Inter hæc ipse ægrotis  
 ministrando, concionando ad populum,  
 militum tollendo simultates, confitentium  
 peccata expiando, catechismum pueris,  
 seruis, idiotis tradendo, rem Christianam  
 adiuuare non desistebat. Præcipuè myste-  
 rium de aduentu Christi, Euangelicamque  
 historiam, identidem inculcabat neophy-  
 tis; vt percepta tantæ rei veritas ex illo-  
 rum mentibus inanes excuteret fabulas  
 Deorum. Inter quæ veteris instituti sui  
 non minùs pij quàm salutaris memor,  
 mortuos in purgatoria sede versantes, vi-  
 uosque letali conscientiaè vulnere affectos,  
 quotidie sub noctem piorum precibus iu-  
 uandos curauit. Ciuitas quippe Malacensis  
 Xaverij hortatu certum constituit homi-  
 nem, qui altera manu laternam, altera tin-  
 tinnabulum gerens, primis tenebris obiret  
 urbem; & in compitis ac triuiis incolarum  
 animos nocturno tintinnabuli strepitu,  
 lugat.

*Historiam  
 de Christi  
 aduentu neo-  
 phytis in-  
 culcat.*

*Vespertinae  
 preces pro  
 mortuis &  
 viujs scelere  
 obstrictis.*

lugubriq. carmine ad id ipsum composito excitaret. Ea res vt admonebat bonos officij, ita improbis timorem incutiebat cælestis iræ. Hoc Francisci institutum ab vrbe Malaca in Indiæ, Moluci, vltimique Orientis vrbes atque oppida manauit, hodièque viget magno bono mortuorum viuorumq. Per idem ferme tempus egregium quâ paupertatis Euangelicæ, quâ seueritatis documentum Xauerius dedit. Ioannes Durus (vt antea diximus) eius socius & comes erat. Is Francisci commoditati seruiendum ratus, illo inciente, nummorum aliquid, auidius quàm prudentiùs, à Lusitanis acceperat, eleemosynæ nomine. Quod vbi rescivit Xauerius (vt erat non minus acer vindex, quàm diligens cultor paupertatis) cum protinus in proximam insulam ad breue tempus relegauit. Ea insula è regione portus Malacensis sita, olim non infrequens incolis, illa tempestate deserta erat. Durus igitur cum ibi in æde quadam sacra moraretur, Dei parentem (incertum vigilans an somnians) ad aram maximam, loco exornato, in puluino sedentem conspicit. Apud eam puer IESVS erat, qui Durum verecundantem ad matrem suam pellere conabatur. Illa primò infensæ similis eum auersari ac repellere; deinde pacem ac veniam suppliciter orantem admittere.

*Acer vindex paupertatis.*

## 226 FRANCISCI XAVERII

Ad vltimum, certis de vitiis admonitum dimittens, simul cum puero IESV sublimis abiit. Res penitus occulta fuit, quam nulli mortalium præter Durum sciret, ipse autem nemini enunciaret. Itaque Malacam deinde reuocatus, cum sua delicta Francisco de more confiteretur, rem omnem, contra eius præcepta, silentio texit. At Xaverius, re diuinitus cognita, sub confessionem ex eo quaerit, quidnam rei in desertæ insulæ templo ei acciderit nuper. Mihi verò nihil, inquit ille. Instare benignè Pater abnuere Durus ac pernegare. sæpius interrogatus (vt erat obstinato ad rem suppressendam animo) immemor obedientiæ, ac religionis, alia omnia respondebat. Tandem Franciscus, vt vidit cum duro ore sibi rem esse; vltro ipsemet visum illud narrare orsus, singula persequi cœpit, non secus ac si præsens adfuisset. Tum verò Durus attonito similis hæsit: mox, sacro perfusus horrore, omnem rem ordine, vt gesta erat, exponit. Ita demum cum Patre redit in gratiam. Cæterum diuinitus expressa veritas illum & Xaverij obseruantiosem fecit, & patientiosem veritatis. Itaque ipsemet Durus, Francisco vita functo, hoc, quod à nobis memoriæ proditum est, iuratus enarrauit, cum egregia testificatione eius eximia sanctitatis.

*Diuinitus  
cognoscit oc-  
cultæ & ab-  
sentia.*

CAPVT

## CAPVT VIII.

*Malacæ in Acenos, Christiani nominis  
hostes, classem comparat.*

**S**UBINDE noua res incidit, quæ Xauerij  
nomen Malacæ longè celeberrimum  
fecit. Res vtique variis casibus & uaticina-  
tionibus insignis, ac propterea fusiùs enar-  
randa, ne de rei magnitudine narrationis  
breuitas detrahat. Valida Regis Aceni  
classis è Somatra insula; quam è regione  
Malacæ esse docuimus, intempeste noctis  
silentio Malacam appulerat. Mox diuisa  
inter barbaros munera; vt pars arcem in-  
uaderent, pars Lusitanas naues; quæ in  
portu erant, incenderent. Igitur barbari in  
terram expositi, scalis impigre admois;  
arcem ex improuiso occupare conantur.  
Sed non fefellere Lusitanum. Præfidiarij  
milites properè à vigilibus excitati arma  
capiunt: hostes ingenti animo repellunt.  
Haud æquè feliciter in portu gesta Lusita-  
na res. Interim miles qui in barbara classe  
manserat, Lusitanos nauas oppressit in-  
cautos: præcipuisque nauigiorum per cæcæ  
noctis tenebras iniecit ignem, tanto nau-  
ticis terrore illato, vt consilij auxiliique  
inopes torperent. Itaque barbari Christia-  
narum nauium incendio impunè oculos



animosque pauerunt suos. Ad vltimum cum ingenti clamore plausuque discedunt, Lusitano Christianoque nomini insultantes, velut præclara parta victoria. Neque eo contenti, in discessu cum piscatores aliquot Christianos fortè cepissent, edidère in eos barbaræ crudelitatis exempla. Quippe naribus auribusque & calcaneis mutilatos ad Malacensem Præfectum cum literis mittunt, ipsorum sanguine exaratis, quibus superbè contumelioseque eum ad pugnam prouocabant. Perlatæ à piscatoribus ad Præfectum literæ in conuentu militum recitantur. Mouit omnes non minùs superba feritas hostium, quàm miserabilis species suorum, quos vulnera & effusus cruor deformauerant: cunctorumque animos misericordia simul indignatioque versabant. Motis fortè superuenit Xauerius recens ab re diuina, quam fecerat in suburbana æde Nosocomij, vbi veteri consuetudine sua diuersabatur. Apparebat Acenos ab insito Christianæ religionis odio, contemptuque Lusitanorum, talia ausos. Ergo Præfectus (Simoni Mello nomen fuit) Franciscum consulere, quid tandem in tali re ac tempore faciendum censeret. Ille diuino (vt deinde apparuit) instinctu optimum factu sibi videri ait, classe aliqua raptim instructa abeuntem hostem

*Barbara  
crudelitatis  
exemplum.*

hostem strenuè infectari, vtròque inferendo arma, contemptum sui demere: vt, malo docti, ab iniuria temperent barbari. Id verò eo magis faciendum, quòd illam contumeliam non tam Lusitanis, eorumque Regi, quàm Christo, nominique Christiano, illatam esse constaret. Enimuero nullo modo ferendù, celebratam Lusitanorum Christianorumque fortitudinem ad ludibrium recidisse. Quem enim ignorare actum esse de re Christiana, si contemptu, non solùm odio, apud barbaros laboret? Proinde Christianis militibus dignos spiritus caperent: in barbarum hostem ducerent alacres, & spei ac fiducia pleni; quippe qui, etsi inferiores viribus, causa tamen & diuina ope superiores forent. Deum vtique pium bellum piè gerentibus non defuturum; & eodem fauente, victoriam pro meliore causa staturá. Auditus est summo omnium assensu Xauerius: cæterù salubri consilio penuria nauigiorum obstabat. Septem omnino biremes hostilis flâma reliquas fecerat, quas tempestatibus laceras, vt bello vtilis forent, refici oporteret. adeò non armamenta solùm, sed etiam aluei nauium quassati erant. Franciscus igitur ostendenti Mello *Munus comparanda c'assis sibi deprecis.* inopiam nauium, Est mihi tanti, inquit, vltro suscipere hoc oneris operisque. Quo-

230 FRANCISCI XAVERII

niam hic & Regis & scilicet Dei maiestatem agi sentio, & in re trepida cæterorum consilia torpent; ego met hoc mihi munitæ classis comparandæ, te annuente, deposco.

» Exin ad milites versus adiecit: Deus nimium nobiscum stat, fratres; cuius nomine vobis ego denuncio, ne quenquam metus aliaue res vlla huius gloriosi belli, ad quod vos ille haud dubie vocat, exfortem faciat. Quin etiam me comitem ac socium periculorum offero ad pium bellum ituris, vt barbaros istos vlciscamur, pij Regis hostes, inimicos Crucis Christi. Hæc vox

*A. d. or Lusitanis militibus à Xaverio iniectus.*

ita militum animos accendit, vt cuncti, velut repentino Numinis afflatu, in tantum bellum nomina certatim darent, haud dubia spe felicem belli exitum futurum, auctore atque adiutore Xaverio. Et Præfectus tanto militum Ducumque consensu lætus, Francisco cuncta permisit. Qui rem omnium sententiâ difficillimam, comparisonem classis in recenti nauium clade, haud animo maiore quàm consilio est aggressus. Armamentarium inane erat: nec vlla subsidia suppetebant ex publico. Ergo

*Per septem nauarchos locutiles classem instruit.*

septem Nauarchos, nobilitate ac diuinis præstantes, ex omni numero deligit. Hos nominatim appellat, blandisque dictis amplexus miscens, enixè rogat, vt pro Regis sui, pro Christi communis Domini, pro

Christi.

Christiani nominis maiestate, id, quicquid sit, siue laboris, siue impensæ, suscipiant; septemque illa nauigia bello inutilia, singuli singula (suum cuique assignat) instauranda strenuè curent; sumptum in eam rem centuplicato fœnore utique recepturi. His verbis tantus Nauarchorum animis iniectus est ardor; ut, certamine inter eos celeritatis orto, intra quadriduum classis instructa omnibus rebus in portu staret. Extemplo Franciscus Sua, Melli Præfecti affinis, classi præpositus: eique CLXXX. Lusitani milites assignati. Iturus erat cum his Xauerius, nisi obnixa Malacensium studia obstitissent. Hi frequentes ad Præfectum vrbs coierunt: & quâ suam orbitatem ac solitudinem lamentando, quâ denunciando se vrbs tecta deserturos, si Franciscus, vnicum solatium & columen ciuitatis, discederet; tandem vrbs classisq. Præfectos perpulere, ut illum in diuersis hominum studiis consilij ambiguum Malacæ iuberent manere. Xauerius ergo Duces militesque in templum contractos pro concione solatus, bonum habere animum iubet. Se quidem, quia corpore eos sequi non liceat, animo ac precibus, quibus liceat, profecuturum. ipsos verò sic affectos animatosque esse oportere, ut pro Christo Dei Filio, in cruce ipsorum causa mortuo,

*Præcepta  
militibus ad  
bellum intro-  
ritis datur.*

mortem sibi omni voto expetendam pararent. Quocirca ponerent sibi ante oculos illam iuxta amabilem miserabilemque Domini sui speciem; eamque animo intuentes, capefferent bellum, inirent prælium, confererent cum barbaris manus. Porro inter pugnandum diuini Numinis implorarent auxilium, satis fidentes, Deum pro ipso pugnantibus præstò futurum. Hac elocutus, operã eis dare confidentibus cepit. Inde solennibus mysteriis expiatis armatosque pergere in impium hostem, Deo duce, ad exploratam victoriam iubet. Protinus illi, diuino instincti Spiritu, certatim ante præsentem Deum sua sponte profitentur, se pro Christo, si res ferat, mortem appetituros. Ergo, quia Christo sacramentum dixerant, honorifico sanè vocabulo, IESV Christi cohors à Xa- uerio appellata; ac pleni bonæ spei, multis ciuium prosequentibus, ad classem deducti.

*Infestissimi-  
lites IESV  
Christi co-  
hors à Xa-  
uerio appel-  
lata.*

## CAPVT IX.

*Prætoria nauis amissa, duarum triremium accessionem prædicēs, ad pugnum bellum torpentes excitat.*

SED paratum ac procliuè bellum inopinatus casus inhibuit, vt Francischi virtus ac sanctitas magis eniteret. Ibat iam vexillis

xillis ac festo bombardarum strepitu læta Lusitana classis : & populus Malacensis visendi studio, vt sit, littus omne compleuerat; cum Prætoria biremis, inspectante ciuitate, in ipso portu (incertum quo casu) deprimitur; marisque hauritur gurgite, omnium rerum præterquam nauticorum ac militum damno. Id vulgò prodigium visum. Ergo ciues fremere, illud profectò manifestum esse indicium cælestis iræ Lusitano imminentis, si classis in hostem pergeret. Perstringere verbis Præfectos vrbis classisque, belli exitialis auctores; nec Xauerio ipsi parcere. Cui enim dubium esse, quin flos ille ac robur Lusitani præsidij ad certum exitium mitteretur, cum hostes nauium copiarumque robore, non solum numero, longè præstarent. En Deum, representato Præfecti classisque periculo, tantum non voce missa, denunciaffe, expeditionem illam sibi non esse cordi. Igitur Mellus tantam populi inuidiam querelarumque procellam non sustinens, nuncium properè ad Xauerium destinat, rogatum vt ad se primo quoque tempore venire ne grauetur. Is Franciscum nactus in Noso-comij æde sacris operantem, voluit è vestigio id, cuius causa venerat, nunciare. Cæterù nutu ab illo inhibitus, ad rei diuinæ finem silentium tenuit. Tum demum Fran-

*Prætoria nauis in portu mergitur.*

*Absentia di-  
minutus pro-  
spicit.*

ciscus, prius quam ille verbum vllum  
ceret, Abidum, inquit, ac Præfecto renun-  
cia, me quidem ex templo adfuturum; sed  
ipsum bono animo esse oportere, quod  
Deus in ipso temporis articulo suis adit.  
Hæc ita dixit, vt appareret, ei rem omnem  
diuinitus indicatam. Secutus inde nun-  
cium Xauerius, offendit omnia plena con-

*Hius magni-  
tudo animi  
in conster-  
natione alio-  
rum.*

sternatione tumultuque. At ipse lætitiã  
ac fiduciam vultu præferens, Quid est Mel-  
le? inquit; tantula res animũ frangit tuum?  
Omnipotens est, cuius prouidentia paterna  
nos protegit. Hæc effatus, singulos Duces  
militesque amplexatur; & alternis rogari  
monenique, ad tam pium, salubre, & glo-  
riosum opus hortatur. Nec difficile fuit,  
pios animos sacramenti, quo se Christo  
deuouerant, monitos ad officium reuoca-  
re: præsertim cum læti omnes alacritate  
Xauerij, spem magis ipsam, quam spei cau-  
sam, intuerentur. His permotis, ad Mel-  
lum redit, accensa Ducumque militumque  
studia nunciãns. Gratum id Præfecto fuit,

*Deliberatio  
de bello ad-  
uerjus bar-  
baros.*

Francisci cœptis fauenti. Caterũ ne quid  
temere fieret, consultari rem, & ad mili-  
tare consilium primores quoque ciuitatis  
adhiberi placuit. Dicuntur sententiæ. Quis  
credat? Urbani extra aleam certaminis fu-  
turi, omnes ad vnum expeditionem illam  
temerariam censebant. Cuius enim consi-  
lij esse,

lij esse, sex nauigia classi sexaginta nauium obijcere; & minus CC. milites Lusitanos quinque millibus pugnacium barbarorū? Contrā verò Duces vniuersi primoresque militum, pugnae discrimen adituri, omnino pium bellum suscipiendum esse clamabant. Quippe satius ipsis fore, in praelio (si ita res ferat) honesta morte defungi, quā semel datam caelesti Regi fidem fallere.

Idque adeò certum fixumque esse omnibus, vt nouo sacramento suam Numini obligarent fidem. Ac protinus vniuersi denuo rite iurauerunt, se ad bellum ituros, & si opus sit, pro Christi fide morituros. Cæteris stupore attonitis, Franciscus lætus affurgit: & Ducibus militibusque collaudatis, illud inculcare cœpit, vt spem omnem victoriæ repositam haberent in Deo, *cui non esset difficile saluare vel in multis vel in paucis.*

*Lusitani milites renouant iusiurandum moriendi pro Christo.*

1. Reg. 14.

Nec dubia esse diuinæ opis indicia, quibus crederent Deum stare secum. Pro vna biremi amissa, duas classi accessuras eo ipso die. Nec prædictio fefellit. Ante Solis occasum Lusitanas biremes duas præter Malacam velis ferri conspiciunt. Hæ priuaræ erant Iacobi Soarij, institoris nobilis. Qui, ne portorium Malacæ penderet, rectum tenebat cursum. Cæterum, Xauerij rogatu, Malacam appulit, belli se focium offerens. Ea demum res cunctos spei ac fiduciæ impleuit.

*Vaticinatio.*

CAPVT



*Lusitana classis, auctore Xaverio  
egregiam de Barbaris victoriam  
refert.*

*Cambilanum  
promontorium.*

*Tempestas  
victoriam  
adiunxit.*

ERGO vniuersis fausta precantibus, alacres gaudio milites vela faciunt, anno seculi huius XLVII. VIII. Cal. Nouembris. Octo erant omnino naues longæ, milites non amplius CCXXX. Quarto die secundis ventis ad Cambilanum promontorium ventum est, intra quod hostem venari Simone Mello iussi erant. Et Saa Præfæctus omni cura vestigans, quam regionem hostilis clâssis petiisset, comperire nequiverat. Itaque spei irritos domum redire oportebat. Dum tristes inde, flexa retro clâsse, Malacam reperunt, aduersa tempestas subito coorta, subegit eos subsistere complures in anchoris dies. Cæterum ea tempestas reditum morata, victoriam adiunxit; incommoda quoque ad bonos euentus diuina prouidentia dirigente. Iam eos cibaria deficiebant, cum, remissa aduersi venti vi, ad proxima Ethnicorum amicorum oppida clâssẽ applicuerunt, comæatum petitori. Necessariis ad vsum rebus comparatis, cum de Acenorum clâsse nihil comperirent, Malacensem repetunt cursum.

cursum . Verumtamen omnium animis spes consequendi hostis magis quàm cura decesserat . Itaque aliquantum inde prouecti ex piscatore cognoscunt , in proximo anne ( Perlensi nomen est ) Acenorum classem , perpopulata omni circa regione , subidere in insidiis , ea mente , vt Lulitanas naues , quas è Bengala Malacam prope diem ituras fama erat , interciperent ; direptisque nauigiis , Christianos omnes ad interneccionem caderent . Ad hunc nuncium *Lulitanorū alacritas in fite praelio.* Præfectus classis insperato gaudio gestiēs , assumpto splendido amiētū lætitiā ostendit suā . Neque eo contentus , largè omnibus ad epulas præbitis , milites naualesque socios benignè tractari ; cunctarumque bombardarum displōsione effusum classis gaudium significari iubet . victoriam partam , non pugnam , instare dices . Quod *Malè commissum , Deū prouidentia bene vertit.* malè fortasse commissum , Dei prouidentia bene vertit . Inter hæc exploratores ab eo tribus scaphis aduersum subire flumen iussi , totidem hostium scaphas obuias cepere . Ex captiuis cognitum , barbaros , tormentorum bellicorū strepitu excitos , direxisse in pugnam naues , concitatōque impētū in mare ferri , ratos adesse Lusitanam prædam , quam opperirentur . Perlensis *Perlensis amnis.* amnis , etiam vbi coërcetur ripis , valde in latitudinem diffusus , quā irrumpit in fretum ,

238 FRANCISCI XAVERII

fretum, speciem maris facit. Quippe pro  
 fundo est alueo, nec pro spatio aquarum  
 latè stagnantium coërcet impetum, sed  
 torrens ac rapidus fertur; nec vsquam aper-  
 rit vadum. Igitur Saa promontorij, quod in  
 fluminis ripa eminent, opportunitatem se-  
 cutus, in eius recessu, vbi leniore tractu  
 fluebat annis, classè impigre ad prelium  
 intruit. mox paruo nauigio singulas bire-  
 mes circumuectus, impensè monet Lusita-  
 nos Duces militesque, subiret animos diès  
 ille, quo die ante arã sua sponte pro Christi  
 religione cultuque capita sua deuouerint;  
 ex quo IESV Christi cohors fuerint appel-  
 lati. Obuersetur oculis Xauerius, pij belli  
 auctor, pro ipsorum salute ac victoria sup-  
 plicans. Ne excideret salubre eius præce-  
 ptum, vt Christum Dei Filium Cruci pro  
 ipsis affixum intuentes, pro illius gloria,  
 vitæ immemores, fortiter capefferent pu-  
 gnam. Meminissent, quod obliuisci non  
 possent, sacramentũ ab se Christo Regum  
 Regi bis dictum, bis vitas & capita sponte  
 deuora. Pro Deo piè pugnantibus diuinam  
 vique opem non defuturam. Et Xauerij  
 prædictionem haud dubiam illis offerre  
 victoriam, si modò vincere auderent. His  
 accensi vocibus milites conclamant uni-  
 uersi: Se verò paratos vitas Christo Domi-  
 no non semel deuotas reddere: & Xauerij  
 præce-

*Hortatio  
 Praefecti Lu-  
 sitani admi-  
 lites.*

præceptorum memores, eiusdem opem  
 promissumque in prælio expectare. Inter  
 rim classis hostilis in pugnam directa, *Barbara*  
 secundo amne defluebat, horrendoque vlu- *classis appa-*  
 latu ac dissono tympanorum strepitu ripæ *ratus ad pug-*  
 littoræque resonabant. Primum agmen *nam.*  
 ducebat barbaræ classis Præfectus, quatuor  
 triremibus Turcicis latera cingentibus.  
 Senæ deinceps biremes nouem ordinibus  
 sequebantur, omnes ingenti etiam sclo-  
 pettorum copia, non modò bombardis,  
 affatim instructæ. Ergo Lusitanus Præfe-  
 ctus, vt promontorium primam barba-  
 rorum aciem aperuit, ex improviso cum  
 tribus nauigiis occurrit hosti; cæteris, vt  
 directa erant in aciem, subsequi iussis. *Certamen*  
 orte quadam, seu diuino potius consilio, bar- *classium.*  
 barus furore præceps, globos in hostem  
 tormentis omnibus ante tempus excussit:  
 itaque vano ictu in undas innoxij cecidere.  
 At librator Lusitanus ingentem globum  
 maiore bombardâ excutiens, Prætoriam  
 Acenorum nauim tam certo percussit ictu,  
 vt eam deprimeret mergeretque. Id non  
 omen solùm, sed initium victoriæ ac sum-  
 ma certaminis fuit. Quippe Turcicæ tri- *Turcicæ tri-*  
 mes cursum inhibentes, omissa pugna, *remes bar-*  
 Duci ac cæteris primariis viris natantibus *baris exitio*  
 opem ferre cæperunt. Id exitio fuit ipsis *sunt.*  
 classique. Nam Turcæ suas triremes in ob-  
 liquum

liquum statuerant, bonamque fluminis oram cupauerant partem, vt adnantes exciperent, periculi, quod ipsis instabat, oblitæ adeò eis Deus eripuerat mentem. Ergo barbaræ sex biremes, quæ primum agmen subsequebantur, secundo amne delatæ, in Turcicas triremes incurrere, cæteræque deinceps biremium acies incidere in priores. Incuti puppibus proræ; quique antecedentes vrgebant, ipsi à sequentibus premi. Collidi inter se nauigia, abstergerique inuicem remi. crederes inter duas classes esse certamen. Sensit Lusitanus manifestam superûm opem: nec defuit diuinitus oblatæ

*Barbarorum nauigia inimicè implicata conflantur.*

*Barbara classis impune à Lusitana oppugnatur.*

*Barbarorum clades.*

victoriæ. Ex templo salutare IESU nomen inclamans, explicare aciem; hostilemque classem sibimet cohærentem, & impeditam ad pugnam; vndique vno tempore incescere bombardis cœpit. Ter effusa in hostem omnium tormentorum procella: Telum nullum in conferta nauigia missum incassum cadebat: naues virique impune petebantur. Quocirca breui nouem nauigia hostium demersa; plura afflicta, cum ingenti barbarorum strage. Præsens periculi facies superstitum animos horrore perfrinxerat. Itaque plerique remigum ac militum, proiectis armis, patiore cæci, in rapidum flumen defiliunt, natatu effugium petentes. sed frustra. Omnes ad vnum fluminis

fluminis impetu abreptos, rapidi vortices  
 hausèrogine nuncio quidem tantæ cladis  
 relicto. Lusitani, parta tã insigni incruen- *Incruenta*  
 tãque victoria, Deo, cuius præfens auxi- *victoria.*  
 lium in prælio experti erant, enixè gratu-  
 lantes, spolia hostium legere cœperunt.  
 Nec fuit prædæ minus quàm gloriæ. Vni- *Præda ingens*  
 uersa classis, præter decem illas naues in  
 prælio demersas, in potestatem redacta.  
 Bombardæ iustæ magnitudinis ad CCC.  
 captæ. Ad hæc ingens vis armorum, & cu-  
 iusque generis prædæ. Compertum ex ca- *Numerus*  
 ptiuis est, ad quatuor barbarorum millia ea *barbarorum*  
 pugna in certamine interisse. In his ma- *in prælio ex-*  
 ximum nobilium numerum ex cohorte *stinctorum.*  
 Aceni Régis: complures etiam Turcas Ia-  
 nizarósque. Egregiæ fama victoriæ regio-  
 nem illam strenuè discurrit. Igitur Rex  
 Perlenfis, quem metus Acenorum in tu-  
 tiora loca compulerat, hostium clade ere-  
 ctus audere cœpit: & Acenorú præsidium,  
 quod propter Perlensem aminem relictum  
 erat, validi manu ex improviso aggressus,  
 occidione deleuit. Prædam ablatam rece-  
 pit. Et valuit apud barbarum Regem me-  
 moria dati etiam à non cogitante benefi-  
 cij. Mox simul victoria gaudens, simul *Rex Perlen-*  
 gratulabundus, ad Lusitanæ classis Ducem *sis vltro se*  
 liberatorem suum tendit: seque vltro, pro *Lusitani Re-*  
 tam insigni Lusitanorum merito, Lusitani *gis stipendi-*  
*rium facit.*

Q Regis

Regis stipendiarium facit. Hic reportat, Francisco auctore, victoriæ cumulus in Saa classis Lusitanæ Præfectus, his rebus ita gestis, xxv. naues ex omni hostilis classis numero selegit, quas secum deducere cæteris, quod inutiles viderentur, in inceni ignem. ex in præda & gloria onustum deportat exercitum.

## CAPVT XI.

*Xauerius Malacensibus parte victoria,  
cuius auctor fuerat, vates extitit.*

*Francisci  
preces pro  
victoria.*

**H**AEC vnus ac dimidiati mensis ferme spatio gesta. Quo tempore Francisci victoriam à Deo precibus exposcentis inuicta constantia extitit. Non priuatim solum cæleste Numen propitiabat ipse; sed etiam publicè populum ad idem faciendum identidem incitabat. Bis quippe in hebdomada, die Dominico ac feria sexta, concionem Malacæ habebat ad populum. Et solenne illi erat in perorando rogare concionem, vt, pro Lusitanæ classis victoria de barbaris, semel Pater & Aue secum orarent. Paruit initio populus non inuitus per xv. aut xx. dies, quoad scilicet spes fuit victoriæ. Ceterum cum per id tempus nullus omnino de classe nuncius afferretur; *suspensa*

suspecta nostrorum clades multos ciuium  
à pio instituto auertit, ac penitus alienauit.

Auxit Malacensium sollicitudinem dissipatus temere à Saracenis accolis rumor: Lusitanos prælio victos ab Aenis, & occisione occisos. Falso rumorì fidem vera opinio faciebat: namque hostes pugnacillimos & longè superiores viribus esse contabat.

Ergo ciuitas omnis mœreore afflictari: matronæ effusæ in lacrymas, viuorum, liberorum, cognatorum interitum, suam orbitatem ac solitudinem deplorare. Præfectus ipse vrbs, quòd cladis auctor haberetur, oculos declinans ciuium, publico carere.

Inter quæ Franciscus de more verba faciens ad populum, spe meliorum inanem solatur.

mœreorem abstergere conabatur. Et nunc in quosdam, qui sortibus ac veneficiis Lusitanæ classis euentum exquisierant, inuehebatur, eorum superstitionem vehementer accusans: nunc ciues, quos diuinæ providentiæ inimemores plus æquo suorum cura sollicitaret, grauiter increpitos ad spem erigebat. Ad vltimum perorans, omnium preces, ad impetrandam à Deo victoriam, exigere non desisteat: etli non erat nescius, suam illam rationem in multorum odia incurrere, frementium, illas preces, quæ exigenterentur, pro caesorum venia potius, quàm pro viuorum victoria, fundi

Q. 3 opor-



244 FRANCISCI XAVERII

oportere. Sed breui Xauerianæ vaticinationis fides extitit. Aderat iam dies memorabili victoria insignis futurus. Franciscus igitur eo ipso die (fortè Dominicus erat) in templo concionem habebat. Et era eadem hora, qua se Lusitana classis parabat ad pugnam. Igitur inter perorandum ad Christi crucifixi effigiem repente orationem seque conuertit: diuinique Spiritus instinctu cum effusa corporis iactatione vaticinans, primum classium congressum verbis describere per ambages cœpit, auditoribus admiratione defixis. Inde ardentibus oculis vultuque, effusius lacrymans, exclamare: O IESU Christe, Deus cordis mei, obsecro te quæsoque per supremos vitæ tuæ cruciatus, ne deseras quos tuo sanguine redemisti. Hæc & alia quæ sancto viro hinc metus, hinc spes, in tali re ac tempore subijciebat, elocutus, inclinatum ac deficiens corporis iactatione caput summa suggesti spōda paulisper excepit. Exin, velut ex ingēti defatigatione requieuisset, caput attollens subito proclamat, vultu alacri lætōque: Nunc demum, Malaccenses, mœrore deposito, iucunditati vos ac lætitiæ date. Modò hostem nostri incruento quidem prælio deuicerunt, non ampliùs tribus è nostris desideratis: tantulo impendio tam insignis victoria stetit. Nec mora; iam victoria

*Lusitanæ  
classis vi-  
ctoriam pro-  
spicit ac præ-  
dicit.*

*vaticinatio.*

victoria ouantes, hostium spoliis prædæque onusti cum captiuis nauigijs reuehentur domum. Propediem (certumque designauit diem) aderunt incolumes. Agite dum ergo, & Deo, victoriæ auctori, gratulantes, semel orationem Dominicam, Angelicamque salutationem, pariter recitemus: iterumque pro nostris qui in pugna ceciderunt. Francisci prædictionem non edita solum supplicatio, sed ingens etiam concionis admurmuratio excepit. Tantiq. viri auctoritas, hilaritasque oris inusitata, omnium excitauit animos, mœrore torpentes. Viris expectatione erectis, eadem die matres familias separatim in alio templo pro cõcione solatus est: diemque ipsum definiuit, quo die certus ad eas de suorum incolumitate ac victoria nuncius esset venturus. Prænunciationem omni ex parte exitus comprobauit. Biduo triduoque intermisso, nuncius adfuit partæ victoriæ. nuncium victores ipsi cum ingenti præda, magnoque numero captiuarum nauium, fecuti. Immensum scilicet, velut ex insperato, gaudium Malacensibus affulsit. adeò res ipsa expectationem omnium vicit, cum ab octo nauigijs naues xxv. captiuas agerunt. Confestim igitur victrici classi ad urbem applicati, cuncta ciuitas, ab ingenti metu alacris, sese obuiam effudit. Franciscus

*Vaticinatio.*

*Lætitia Malacensium ex suorum victoria.*

*Octo Lusitanorum nauigiorum nauigia xxv. captiuas barbarorum naues agunt.*

346 FRANCISCI XAVERII

ciscus in primis, magna victoriæ ac lætitiæ pars, procedit ad littus. Egressum in terram Ducem, aliosque primores classis, gratulandus amplectitur. Inde in communi gaudio & gratulatione, cum tempus victoriæ accuratiùs exquireretur; non tantum dies constitit, verum etiam res ipsa mirificè cum prædictione conuenit Xauerij. Eoque plus admirationis res habuit, quod locus, ubi pugnatum erat, amplius CC. milia passuum aberat Malaca. Ex eo tempore Franciscus Malacæ haud magis sanctitate quàm varicinazione conspicuus fuit. Ceterum iisdem temporibus sanctitatis eius fama Orientem peruagata, ex vltimis tems homines ad Xauerium visendum exciuit.

CAPVT XII.

*Anger Iapon Francisci congressu ad Christum conuertitur.*

**M**ENSIBVS circiter quatuor in Malacensi ciuitate iuuanda consumptis, nauigandi facultatem nactus, in Indiam cogitabat; cum ad eum Malacá Iapon quidam, Anger nomine, inde vsque ab Iaponia venit, vir domi suæ honesto loco natus, & ingenio singulari præditus. Causa veniendi fuit, vt animi vulneribus, quæ iuuentutis  
infixe.

infixerat feruor, ab eo peteret medicinam. Quippe homicidio facto in Iaponia, conscientiae stimulis inimicorumque telis pariter exagitatus, ad Bonziorum (religioli apud illos homines sunt) cœnobium confugerat, simul conscientiae remedium & vitae perflugium quærens. Sed vtraque eum spes fefellit; atque id ipsum ei salutis fuit. Cum nihil opis ac præsidij in Bonziis reperisset, alienato ab illis animo, externa auxilia circumspicere cœpit. Per opportunè eò commercij causa naues aliquot appulerant Lusitanorum, è quibus Alſonſus Vazius illi antea notus, re cogita, pro veteri amicitia vltro suam obtulit operam, si occulta fuga subtrahere se periculo vellet. Ille enim uero, gratiis actis, se eius liberalitate ostendit viurum. Itaque Vazius prospiciens animo, suam nauim diutius ibi in negotiis expediendis moraturam, vt primo quoque tempore amici hominis salutis consulere, Ferdinando Aluaro, necessario suo, ex alio portu soluenti in Indiam, eum per literas commendat diligenter: commendatitias literas Angeri ipsi tradit. Eas ille nocte intempeſta cum perferret, gemini cognominis errore deceptus, Georgio Aluaro nauarcho reddit, errore salutari. Is hominis Iaponis demerendi occasionem ne cuiquam sibi prætermittendam existi-

*Bonzij Iaponum Sacerdotes.*

mans, errore dissimulato, perhumanitate exceptum auexit, eo consilio, ut Malacam ad Xauerium familiarem suum adduceret. Itaque ut erat vir pius, vel Angeris sibi conciliandi, vel ad Christianam religionem preparandi studio, multa ei tum de insigni Xauerij sanctimonia, rebusque gestis, tum de Christianorum institutis identidem exponebat in via. Anger ergo talis & viri & instituti cognoscendi avidus, Malacam properabat, Xauerium, quem tanquam diuinum hominem ex Aluari ore mirabatur, aliquando videre & audire festinans. Ceterum iniecta mora, eius cupidinem primo, ut fit, turbauit, deinde magis accendit. Malacam Anger aliquot mensibus ante Francisca ex Moluco reuersionem appulit. Ibi eum auidissime quaeritans, reperit iam diu abesse Malaca. Quocirca, re infecta, domum repetere decreuit, tristis admodum, frustra tam longo itinere suscepto. Abest quippe Malaca ab Iaponia leucis circiter DCCC. pari fere spatio Indum inter & Iaponiam sita. Malaca ergo cum soluisset, ad Sinarum fines trium fere mensium nauigatione traiecit, leucas a Malaca circiter D. Ibi paulisper substitit, in Iaponiam (ea inde aberat millia passuum fere DCCC.) propediem transmissurus. Ab Sinis deinde profectus, sexto septimoque die in conspe-

*Anger Xa-  
uerium allo-  
qui expetit.*

*Malaca quae  
longe abest a  
Iaponia.*

conspēctum iam venerat Iaponiæ; cum repente aduersus ventus, quasi dissipator consilij, obstitit: scēdissimāque totius quadruidi tempestate iactatum, in eum ipsū Sinarum portum reiecit, vnde conscenderat. Ibi ei incerto iam animi, fluctuantique, non sine Dei vtique consilio, idem ille Alfonso Vassius sit obuiam, qui ei auctor fuerat Iaponia excedendi. Huius ergo suāsu Malacā, quō iam Xauerius aduentare ferebatur, reuertitur, anno sēculi huius XLVIII. Egrediens ē nauī, Georgium Aluarum, à quo primūm ex Iaponia deportatus fuerat, mira opportunitate offendit. ex eo cognoscit de aduentu Xauerij. Georgius igitur Angeris reditu mirē latus, eum continuo in templum ad Franciscum, cuius causā venerat, deducit; qui sit, quid velit, exponit. Tum ille quasi diuinans fore vt per eum via sibi fieret in Iaponiam, quantū ex hominis Iaponis aduentu percipisset voluptatis, haud sanē obscure vultu verbisque declarauit. Et Anger, haud rudis Lusitanicæ linguæ, sine interprete cum Frācisco agere de suis rebus cœpit. Quem ille benignē exceptum, & indulgenter habitum, ita diligenter Christianis mysterijs ac præceptis excoluit, vt, omnibus ex eius animo scrupulis exemptis, quādam semina piæ beatæque insereret vitæ. Itaque Anger

*Dei prouidentia.*

*Angeris aduentu letatur Xauerius.*

Q̄ ex aspe-

ex aspectu & consuetudine Xaverij ma-  
 ximum se vitæ & peregrinationis. suæ fru-  
 ctum cepisse præ se semper tulit. Simi-  
 l'ud memorabat, totam itineris sui ratio-  
 nem haud dubiè administratam diuinatus,  
 vt auidius arriperet, quod diutius expe-  
 tisset. Et eius cupido discendi se prodidit  
 breui: nam Catechismi explicationi cum  
 interesset, sua sponte Symboli capita in co-  
 dicem relata in cœtu populi, homo id æta-  
 tis, subinde recitabat memoriter. multa  
 quoque percontabatur, multa obiecit,  
 non minus prudenter quàm acutè. Iapones  
 in scribendi ratione longè à cæteris natio-  
 nibus abhorrent quippe à summo orsi, di-  
 rectò ad ima descendunt. Id Franciscus in  
 Angeris libello ob rei nouitatem miratus,  
 quærit ex eo, cur nostro more non scribe-  
 rent. & ille, Quin vos, inquit, potius more  
 nostro, naturam vtique magistræ sequen-  
 tium? Namque vt hominis caput summum  
 est, pedes imi; sic par est in scribendo à  
 summo deorsum directò ferri hominis  
 manum. Xaverius igitur cum magnæ in-  
 dolis specimen ex Angeris dictis factisque  
 cepisset, rursus institit quærere, an Iapones,  
 si Euangelium ad eos deferretur, id acce-  
 pturi viderentur. Tum ille, non protinus  
 eos quidem his, quæ dicerentur, assensuros  
 ait; sed tum religionem ipsam, tum verò  
 vitam

*Angeris cu-  
 piditas di-  
 scendi.*

*Iapones scri-  
 bendi ratio.*

vitam dicentis exploraturos. Cuius si & doctrina percontationibus, & vitæ probitas experimentis illorum satisfaceret, ad ultimum (vt gens vniuersa ducem maximè sequitur rationem) re cognita atque perspecta, adultos haud grauatè ad Christum aggregaturos se. His vocibus excitatus Xauerius, & simul mercatorum mira quædam de Iaponû indole prædicantium sermonibus accèssus, Iaponiæ Euangelio imbuendæ animum adiecit. Octauo quàm Anger Malacam venerat die, cum Franciscus, ex itinere neophytos Comorinenses reuerturus, vnà cum eo. è illo Georgio Alvaro Goam præmisit, in Goënsi Collegio Christianis mysteriis institutiisque accuratiùs excolendum. Cæterùm ipse Malacensi ciuitati efflagitanti, vt duos è Societate Malacam mitteret, qui suo loco eadem pietatis munia exequerentur, negare non potuit. Extemplòque Sacerdoti cuidam indigenæ mandauit, vt sui muneris vicarius neophytos tâtis per antemeridianis erudiret horis.

*Vita probitas doctrina respondens.*

## CAPVT XIII.

*Tempestate perfunctus, Comorinensibus sociis præcepta tradit.*

INDE nauim conscensurus, nauicularium exorauit, vt pueros quosdam (eos è Moluco



luco abduxerat in Goenſi Collegio inſtruendos) deueheret in Indiam. Quos illi committens, repentino diuini Spiritus aſſu flatu ter denuntiauit, malè ſe metuere ne magnum in itinere ea nauis acciperet incommodum. Nec vana denuntiatio cecidit. Inſulam Ceilanum nauis præteriens, hæſit in ſyrtibus: iamque ſpes ſalutis nulla erat, cum repente, B. Mariæ ope ſimul ab omnibus implorata, diuina benignitate periculo eripitur, & Cocinum appellit incolumis. Haud ſecundiore curſu, ſed meliore conditione, nauis uſa, quæ Xauerium uehebat. Per triduum teterrima tempeſtate vexata eſt, vt vectores, iactura iam facta, mortem in horas ac momenta ſingula exſpectarent. At Franciſcus intrepidus ad ea quæ cæteros terrent, ſedato animo cæleſtes omnes ordine deprecari, cæleſtiumque Regem ac Reginam impenſè inuocare inſtitit. His ille deprecatoribus præſidiisque ſeptus (vt ipſe poſtea indicauit) longè maiore lætitia affectus eſt in ipſa tempeſtate, quàm deinde tanto deſunctus periculo. Quippe in ſumma illa omnium trepidatione, vitæque discrimine, tantum diuinæ hauſit dulcedinis, vt eodem tempore cæteri præ mœrore, ipſe præ gaudio, ingentem vim lacrymarum profunderent: Itaque Deum vehementer orabat, vt eum, ſi ex illa

*Diſtinatio  
preſentis  
animi.*

*Magnitudo  
animi in  
tempeſtatis  
periculo.*

*Solatia in  
periculis.*

ex illa eximeret tempestate, in alias consimiles, aut etiam grauiores, conijceret; dummodo suis periculis aliquam diuinæ gloriæ nauaret operam. Crederes Xauerij patientiâ cum diuina liberalitate certare; illo in Dei gratiam acerbissima expetente, Deo contra iucundissima subministrante. Indiam vt attigit, Comorinensium Christianorum vicos, qui velut primi suæ industriæ foetus in primis ei cordi erant, obire strenuè cœpit. Ibi sociorum aliquanto plus reperit, quam discedens reliquerat. Quocirca Goam properans, illorum fidei ac prudentiæ multa permisit: pro vsu autem quem eius gentis habebat, saluberrima illis præcepta tradidit. Quorum hæc erat summa, vt recens natos infantes ostiatim conquisitos baptismo expiarent, ne fortè eius ætatulæ salus parentum aut Sacerdotum fœcundiâ periclitaretur. Vti pueros gregatim Christianis mysteriis ac præceptis quâ diligentissimè imbuerent, quod teneræ ætatis institutio vel plurimum momenti ad honestam beatamque faceret vitam. luberent præterea, Dominicis ac festis diebus omnes (præmonitis magistratibus, vt pietatis cultusque in Deum exemplum cæteris proderent) ad sacram ædem orandi diuinique verbi audiendi causa conuenire: atque inibi publica vitia publicè increpantes, ab

*Præcepta  
sociis Comorinensibus  
data.*

tes ab iis auditores deterrerent, propoſitis  
 & huius & æternæ vitæ ſupplicis pœnitentiæ.  
 Cognocerent inſuper qui inter ſe ſimulacra  
 tates atque inimicitias gererent : ac viros  
 Dominicis, mulieres Sabbati diebus in  
 templum conuocatos reducerent in gratiam : ſi  
 quis caſus difficilior incidiſſet, ad Luſitanorum  
 referrent Ducem. Stipem verò ad pauperum  
 ſubſidium à viris feminisque collatam ita  
 diuiderent egentibus, nihil vt omnino eius  
 apud ſe reſidere paterentur. Aegros ſubinde  
 viſerent, & Euangelio ſuper eos recitato,  
 eorundem animos rite curarent, morientibus  
 adſeſſent, mortuos ſepelirent. Viris autem  
 feminisque ſeparatim edicerent, vt ſuorum  
 quiſque ægrotantium numerum deferrent  
 ad ſe : & ſimul hoc eis deruntiarent, quorum  
 nomina delata non forent, eos Chriſtiana  
 ſepultura carituros. Cum Luſitanis hominibus  
 nullos, niſi de piis rebus diuiniſque ſermones  
 haberent, ne inania colloquia (vt plerunque  
 fit) Sacerdotalium munerum occuparent locum.  
 Luſitanorum Ducem amicè tractarent comiterque :  
 & cum eo, quauis interpoſita offenſione, pacem  
 & amicitiam retinerent. Idem, quoad eius fieri  
 poſſet, etiam cum cæteris quoque ſeruari-  
 rent Luſitanis : eoſque omni ratione ad  
 Confessionis & Eucharistiæ frequentationem

nem perducerent. Inuicem Sacerdotibus  
 enixe piis in rebus fauerent: eodemque ad  
 frequenter peccata expianda, & rem diui-  
 nam faciendam, pellicerent. Cauent ne  
 quidquam cuiquam, quod illorum existi-  
 mationem laedere videretur, narrent,  
 scriberentue, præterquã ei qui remedium  
 (si quando res posceret) afferre posset. Ut  
 videlicet Sacerdotum vitia is sciret vnus,  
 qui posset etiam curare. Neu de neophy-  
 tis apud Lusitanos, neu de Lusitanis apud  
 neophytos detraherent; sed vt otique col-  
 laudarent apud alteros, vt vtrique mutue  
 imitationis studio tenerentur. Nusquam  
 cuiusuis Dynastæ aut Regis accersitu, nisi  
 potestate facta ab eo Patre qui illi præest  
 oræ, discederët, sed obedientiæ memores,  
 rem integram ad eundem reijcerent. Præ-  
 cipue verò efficerent, quoad eius fieri pos-  
 set, vt diligerëtur ab omnibus: nulla quippe  
 re magis animos hominum flecti in om-  
 nes partes, quàm amore. Quocirca homi-  
 nes traherent in funiculis Adæ: nulla.nque  
 omnino (nisi consulto Comorinensis oræ  
 Præposito) cuiquam infligerent pœnam.  
 Quibus ex præceptis Xauerij, non solum  
 quales socios esse vellet, sed qualis esset  
 ipse, intelligi licet; quippe cum optimus  
 magister ex suis factis præcepta depro-  
 meret.

*Sacerdotibus  
 suis maxi-  
 me pascen-  
 dum.*

*Alij apud  
 alios collau-  
 dandi.*

*Amore ho-  
 mines regen-  
 di.*

CAPVT

*Goam reuersus, res Indicas componit*

**H**ISCE præceptis datis, Antonium Cõminalem Parmensem, cum qui deinde primus è Societate I E S V deportatum Martyrium ex India, Comorinensi ora præficit. ipse in exitu Februarij mensis, anno post Christum natum M. D. XLVIII. venit Cocinum. Ibi orium nactus, missis in Lusitaniam ac Romam literis, quàm maximum Sociorum numerum, atque ipsum Simõnem Conimbricensis Seminarij curatorem, ad culturam inuitauit Orientis. Regem quoque Lusitanix commonescens, vt sui officij memor, Indicis Lusitanorum præfidiis concionatores idoneos curaret; ex quibuscunque religiosorum hominum familiis. Præfctis quoque & procuratoribus suis in India seuerè ediceret, vt omni ope propagationem iuuarent religionis: & scilicet neophytos tegerent, fouerentque. Non aliam vtiq; potiorem esse Christianæ fidei proferendæ viam. Simul ab eo petiit, vt, popularium suorum vicem miseratus, Lusitanorum indigenarumque pupillis instituendis domicilia certis locis vestigiâque attribueret. Inde Cocino cum soluiisset, Cranganorum venit: oppidum id est Lusitanorum à Cocino millia passuum circiter

*Francisci  
literæ ad Regem Lusitanie.*

circiter xv. Cranganoro deinde profectus, Goam Martio mense iam inito peruēnit. Erant tum in Goano Collegio è Societate complures: P. Paulus, alumnorum custos; Franciscus Peres, eorundem magister; P. Nicolaus Lancellottus, Rector Sociorum, partim recentium à Lusitania, partim adscitorum in India. Quorum plerique Xauerium, fanâ duntaxat cognitum, de facie iam nosse diu cupiebant. Franciscus igitur peregre rediens, tum à veteribus; tum à nouis sociis incredibili amore & gaudio tanquam communis Pater exceptus, opportunam Cosmo Turriano lucem ac salutem attulit. Is in Insula Amboino (vt supra ostendimus) egregiam Francisci sanctimoniam admiratus, eiusdem expetierat Societatem. Inde Goam profectus, in Collegium receperat se, vt, Dei voluntate per exercitiorum spiritualium meditationes explorata, de suæ vitæ ratione tandem statueret. Sub finem eiusmodi commentationum cum grauissimis curis incerto fluctuaret animo; repente Francisci quasi felicitatis fideris aspectu tranquillitatem mentis consecutus, semet Societati haud cunctanter addixit. Iam alumnorū Seminarij fatis exstabat fructus. Nam præter interpretes ac Sacerdotes, qui inde euocati, adhuc in ora Comorinensi haud segniter

*P. Nicolaus  
Lancellot-  
tus Collegij  
Goani Re-  
ctor.*

*Cosmus Tur-  
rianus ab  
anxietate  
animi vin-  
dicatur.*

*Goani Se-  
minarij fructus.*

R versa-

versabantur, plures alumni iam adulti in suburbanos vicos emilli, multos subinde Ethnicos Goam adducebant, Christianis sacris iniciandos. Quibus rebus latus Xaverius, operæ pretium duxit intentiore cura erudire alumnos tanto vsui futuros. Inter hæc Ioannem Castrum Proregem India, maleuolorum sermonibus alienatum, minus fauere Societati sentiens, primo quoque tempore eum conuenire ac placare decreuit. Sed haud parua dictu res interuenit, quæ accensum eius in meditando studium ostendit. Andreas quidam Indus Goani Collegij alumnus erat, idemque Francisci comes. Huic ille à prandio de more operam cælestium rerum meditationi daturus præceperat, vt simul atque altera post meridiem hora audita foret, ipsum commonetaceret sedulo. Quippe sibi conueniendum esse Proregem super re magni momēti. Paruit Andreas, ac præstituto tempore ad Franciscum in cubiculum adit. Reperit hominem sedentem ardenti vultu, apertis oculis, alienatisque à corpore sensibus: oculorum auriumque vsum amisisse eum crederes. Igitur Indus sæpius voce nequicquam compellatum, cum non vehementius excreando, non obstrependo pedibus, non fores quatiendo eum excitare potuisset, tactu excitauit. Hæc

*Proregem  
reconciliat  
Societati.*

*Pomeridiana  
meditatio*

*Diuina me-  
ditans ab-  
trahitur à  
sensibus.*

inter,

inter, quarta iam à meridie hora data erat. Itaque eius quoque rei admonitus Xauerius, confestim ire ad Prætorium pergit. Cæterùm idem ille animi sensus atque ardor alienatam à suscepto itinere mentem agebat. Quocirca errabundus per urbem reliquū diei meditando consumpsit. Iamq. nox appetebat, cum Pater comitis admonitu ad se rediit, ac semet aberrare aliquando sensit. Proinde ad comitem versus, Alio die, inquit, cum Prorege agemus; hunc enim diem sibi Deus vindicauit. Postero igitur die Proregem adit, placatq̄ue.

*Per urbem  
errat aliena-  
tis è suscepto  
itinere sensu-  
bus.*

## CAPVT XV.

*Duos Lusitanos à perdita vita ad honestam reuocat.*

SVBINDE compertò veterem amicū in ancillarum amores effusum insanire, cum de industria sub meridiem conuenit; pransuroq̄ue superueniens, vltro se offert hospitem conuiuiamq̄ue. Videbat ille Xaterium haud sanè tempestiuum conuiuiam fore. Sed abnuere non ausus, comiter excepit eum; simulatis obsequiis, compositoque ad hilaritatem vultu, motum animi tegens. Apparato prandio pariter accumbunt.



bunt. Formosa ancilla, eademque hospiti pellices, ministrant. Ceperat dominum verecundia, quod nemo præterea domi servus esset. & tanta ancillarum copia ipsum insignis intemperantiæ suspectum tacere poterat. Ergo cum Xaverius dissimulans

*Tempestina  
de istorum  
dissimulatio  
plus valet  
quàm re-  
prehensio.*

super mentem de ea re verbum nullum fecisset; sub prandium obiurgationem extimescere hospes velut in manifesto flagitio deprehensus. Cæteriùm Franciscus gratiis actis, & illi ancillisque bene precatus, discedit. Plus dissimulatio ad corrigendum amicum valuit, quàm obiurgatio valuisset. Hospes metu liberatus, cum tantum adeoque manifestum probrum ac dedecus tacitum tulisset; de cæteris fidentiùs Franciscum adire, sua sponte domum inuitare, & adducere conuiuiam cepit. Et ille benignè eum accipiens, ac blandè salutans, identidem sciscitabatur, qui tandem valerent illæ eius sorores germanæ. Nec quicquam ultra adijciebat, aculeum in illius animo reliquisse contentus. Nec frustra id fuit. Paucis intermissis diebus, venit hospes ad ædem S. Pauli, euocat Xaverium. Protinus ad eius pedes prouolutus, En, Pater, adsum, inquit, imperata facturus. Enimvero tuum illud silentium tantis clamoribus meam percussit mentem, ut dies noctesq. agitata non queat vilo modo consistere. Proinde gratissi-

*Xaverij silen-  
tium cla-  
usit.*

gratissimum mihi erit, si de meis rebus  
 ex Dei gloria, animique mei salute, sta-  
 tueris. Ergo Francisci suasu de peccatis  
 rite confessus, pellices enuptas ablegat,  
 inique rationem vitæ honestæ piæque eo-  
 dem Xaverio magistro. Nec verò is amicis  
 modò ac familiaribus, sed etiam alienis,  
 quorum salus deposita ac desperata vide-  
 retur, omni ope subueniebat. Lusitanus *Zelus ami-*  
 miles classarius erat penè ad extremum *marum.*  
 perditus, qui, fatiscere spe salutis, iam duo-  
 deingessimũ annum sacra abstinebat con-  
 fessione: namque nauim conscenderat, cum  
 classè ad fretum Meccanum iturus; cum  
 Franciscus de illo fortè cognouit. Igitur  
 eius salutis audis, eadem nauì impigre  
 conscensa, socium se illi nauigationis ad-  
 iungit. Inde comiter appellando, assidendo *Facinorosũ*  
 ludenti, omnibus obsequiis demerendo, *militem om-*  
 hominem adeò sibi deuincit, vt iam vltro *nibus obse-*  
 ab eo expetatur, colaturque. Vbi maturum *quis demer-*  
 visum est exsequi quod animo destinarat, *retor, vt ad*  
 adoritur incautum. Et sermone de militiæ *confessionem*  
 periculis illato, amicè eum percontari cœ- *inducat.*  
 pit, vt paratus esset ad mortem, quam mor-  
 talitas quidem effugere non possèt, militia  
 etiam accerferet? Quampridem delictor-  
 rum confessione animum expiasset, scele-  
 rumque vindicem placasset Deum? Ad  
 hæc ille ingemiscens, Plurimos iam annos  
 R 3 in flagi-

in flagitiorum cœno hæere se ait, factæ confessionis exfortem. Magis id adeo aliena culpa, quam sua. Quippe ante classis profectioem sibi certum fuisse, conscientiam tot flagitiis ac sceleribus exonerare; sed peccata confesso absolutionem à Vicario negatam: nec iam spem vllam salutis ostendi. Tum Franciscus, depositorum medicus animorum vn̄icus, mirari se dicit tantam illius Vicarij seueritatem, si quidem ipse rite confessus esset. Inde bono illum animo esse iubet, faciles se aures daturum pollicens. Ac monito vt peccata omnia ab vltima pueritia, quoad eius consequi possët, in memoriam reuocaret, facilem commodumque præscribit modum. Quod ille, ad spem salutis erectus, per multos dies fecit libenter seduloque. Iamque satis erat paratus, cum classẽ ad subsistendum obuiæ vrbis opportunitas inuitauit. Multis ergo in terram egressis, Franciscus quoque cum milite descendit. Ibi remoto ab arbitris loco, operam dare confitenti cœpit. Et veram esse pœnitentiam ostendebant crebri gemitus ac lacrymæ confessionem subinde interpellantes. Quatandẽ peracta, Franciscus eum absoluens, Pater & Aue semel orare iussit, se de cætero pro illo satisfacturum Deo. Protinus milite relicto, se in proximum in sinuat saluum.

*Penitenti  
leuem pœnã  
imponit, ipse  
pro eo satis-  
facturus.*

salum. Ibi, nudato corpore, tergum aculeato flagello acriter pulsare: nec finis aut modus verberibus fieri. Interim miles imperata prece perfunctus, Patris vestigia sequens, deuenit ad filuam: & plagarum crepitus eum ad Francisci latebram perduxit. Qui vt horribile illud flagrū cruentumque ac lacerum tergum aspexit, primo stupore defixus hæsit. Inde, obortis lacrymis, in mediū profiliens, ad Xauerij genua prosternit se; nec surgit prius, quam ille aliena peccata suo luere supplicio destinat. Nec irritum Xauerij inceptum fuit. Hæc inusitata species militis pectus iam confessione molitum vsque adeo flexit ad studium pœnitentiæ, vt omnis antè actæ vitæ maculas ipsemet deinde voluntariis elueret pœnis, & rectè factis delicta farciret. Xauerius porrò voti compos, facultatem nauigij nactus, reuehitur Goam.

## CAPVT XVI.

*Socius in suas prouincias destinatis, ipse Iaponiam adire statuit.*

SECUNDVM hæc Goani Collegij rebus compositis, cum per id tempus nouum Sociorum supplementum è Lusitania uenisset, alias Societatis sedes circumspicere

R 4 animo

*Sedes Societatis in locis pluribus parat.*

*Armusia.*

*Neminem ferè è Societate mitterebat, nisi ipse non fuisset.*

*Præcepta Sociis dabat.*

animo cœpit. Itaque Nicolaum Lancetotum in oppidum Coulanum, Alfonsum Cyprianum Meliaporam S. Thomæ, Malacam Franciscum Peren, Alfonsum Castrum in Molucum, Melchiorem Confaluum Bazainum, Gasparem Belgam Armuziam (quod oppidum in primis nobile ac celebre est in faucibus sinus Persici) dimisit. Atque Armusiam quidem ad opprimenda nefaria scelera, quæ ibi superstitionum omnium collusio pepererat, Xaverius ipse ire decreuerat. Sed Iaponica profectio vetus mutauit consilium, fecitque ut Gasparem, quem diximus eximia virtute ac sanctimonia virum, sui que similitudinem, in tuum substitueret locum. Fuit hoc omnino in Xaverio, ut neminem ferè è Societate quoquam inberet ire, vbi ipse antea non fuisset. Explorabat quippe prius ipse loca, simul ut apposita locis præcepta traderet, simul ut datam Regi Lusitano fidem profereudi fines religionis præstaret sedulo. Patres autem ad disseminandum Euangelium quoquoersus dimittens, suum cuique administrum & adiutorem è Societate addebat: ac præter illa propria, communia quadam dabat præcepta, quorum caput erat: Ante omnia ut attenderent sibi, nullamque rem ducerent casto pioque Dei cultu & animorum suorum salute ac perfe-

perfectiōne potiorem. His præditos bonis, non solum turò ac faciliè aliorum saluti consulturos esse, sed etiam ad res quamuis humiles & abiectas (sine quibus rei Christianæ administratio utique iaceat) alacriter libenterque descensuros. Ita Sociis in omnes ferme Orientis regiones ad colendas nouellas Domini vineas dimissis, ipse maiora quædam agitare animo, molu, ique cœpit. Per eos dies Anger ille Iapon, quem à Xauerio Goam præmissum diximus, satis iam Christianis mytternis eruditus, ab Episcopo baptizatus est cum seruis duobus, & Collegij nomine Paulus Sæctæ fidei appellatus. Tantum apud gratum hominem loci meriti que memoria valuit. Ex hoc didicit Xauerius (id quod etiam ex Lusitanis è Iaponia reuersis cognouerat) Iaponiæ Insulas numero plurimas esse, incolarum multitudine refertissimas, ingeniorum bonitate præstantes, ab vrbe Goa leucas amplius M. C C C. Iapones porrò humanas diuinâsque res cognoscendi mirè auidos. Quæ simul comperit Xauerius, & ex Paulo aliisq. Iaponibus, eius seruis, Iaponicorum ingeniorum specimen sumpsit; tanta eum cupido cepit tam docilis colendæ gentis, vt sine cunctatione eò migrare decreuerit. Primum igitur Iapones illos, quos apud se habebat, Lusitano sermone literisque

*Anger Iapon  
baptizatum*

## 266 FRANCISCI XAVERII

*Comorinen-  
fes interuifit  
neophytos.*

vt pro interpretibus eſſent ) fatiſ excole-  
dos curat . Inde, æſtate atque hyeme,  
domesticis negotiis Goæ exacta, oram Co-  
morinenſem, atque Piſcariam, omneſque  
illos Chriſtianorum greges bonus ac dili-  
gens paſtor interuiſit. Ibi certior fit, Hen-  
ricum, vnum è Sociis, ſubiniſſo animo  
in proximo Trauancoridis tractu verſari,  
quòd operam ludere ſibi videretur in illis  
neophytis, vtpote qui, urgente nouo Rege,  
acerrimo nominis Chriſtiani hoſte, ad  
Deorum ſuperſtitionem identidem reuol-  
uerentur. Itaque Xauerius Henricum per  
litteras paternè ſolatus, bonum habere ani-  
mum iuſſit, memorans longè plus illum  
proficere quàm crederet . Nam ſi nihil  
aliud, non exiguos infantum ac puerorum  
greges, quos immatura mors ad ſempiter-  
num raptura foret interitum, ab ipſo bap-  
tizatos vtique conſeruari. Vt enim adulto-  
rum pauci ad beatorum ſedes peruenirent,  
certè exploratam ſalutem eſſe eorum, qui  
priùs vitæ huius uſuram, quàm baptiſma-  
lem animi candorem, amitterent. Proinde  
caueret, ne Diaboli inſtinctu in aliam mi-  
graret regionem, vnde minores fructus  
caperet animorum. Ac Franciſcus Sociis  
in Domini vinea impigre laborâtibus non  
modò ſolatia adhibebat ipſe, verùm etiam  
interdum per litteras ab ipſo Ignatio adhi-  
benda

*Sociis vater-  
nè conſola-  
tur.*

penda curabat, veritus ne alacritas perpetuis oppressa ærumnis labori succumberet. Quocirca Henricum Henriquen, virum egregiæ virtutis & exempli, in eodem promontorio defudantem, valde in epistola quadam collaudatum commendauit Ignatio, vt eum per literas confidari ne graueretur. Comorinensibus rebus compositis, Goam reuertit, Iaponicam profectiorem adornaturus. Confestim igitur vt certa Molucensium negotia cum Prorege transigeret, qui tum Cambaiensi bello erat implicitus, in Cambaiæ regnum ire contendit. Ex itinere Bazainum venit. Oppidum id est Lusitanorum, pari ferme interuallo inter Goam & Indum flumen situm. Inde protinus in Cambaiam profectus, à Prorege benignè admodum accipitur: negotiisque feliciter confectis, reuertitur Goam. Ibi Antonio Gome Goani Collegij Patribus præposito, Pauloque Camerte Vicario suo constituto, semet ad Iaponicam expeditionem celeriter comparat. Vbi Franciscum in Iaponiam nauigaturum fama vulgavit, confestim nonnulli amicorum accurrunt: eumque à tam periculoso consilio deterrentes, plurima ac maxima tam longinquæ & ignotæ nauigationis (quippe cum in vltimum rerum humanarum, mundique terminum, penetrandum foret) pericula



*Iaponice na-  
vigacionis  
difficultates*

*Typhonum ven-  
ens.*

pericula proponunt. Abesse Iaponiam a  
Goa leucas amplius M. CCC. iterque illud  
nuper utique patefactum, nondum satis  
notum esse & exploratum ad scopulos sy-  
tesque vitandos. Ad hæc procellas & tem-  
pestates illius maris horribiles enarrant,  
quibus reliqui Oceani ætus & concitatio  
comparata iustus esset. Enimuero autumnum  
maximè tempore perflare illa maria fu-  
riosissimum quendam ventum (Typho-  
nem indigenæ appellant) tanto impetu ac  
rabie, quantam, qui oculis non subiece-  
rint, animo concipere non possint. Quippe  
quamvis ingentes ac validas naues im-  
mensis fluctibus verberatas, laxatis compa-  
gibus labefactari dissoluique, nullis neque  
proræ neque puppis munimentis tantum  
impetum sustinentibus. Fractis insuper an-  
tennis, gubernaculis aliisque armamentis  
abreptis, nauigia in vltimum venire disci-  
men; ac sepe plus nimio exæstuante Ocea-  
no, aut gurgitibus haustas, aut afflictas sco-  
pulis, miserè interire. Tanto opere autem  
venti illius aut furia potius nomen horre-  
ri, ut gubernatoribus, ac nautis, quamvis  
peritis & audacibus, Iaponicum iter non  
laboriosum magis quàm formidolosum  
fit, impotenti vi maris artem & consilium  
superante. Præterea, multis locis syrtis ob-  
iectas esse plurimas, maximèque tallaces,  
vbi na-

vbi naues siue locorum intolerantiâ , siue tempestatis impulsu , certa cum pernicie adhærescant. Super hæc addunt, omnia *Prædonibus multiundo.* ferme illa maria prædonibus crudelissimis obsideri. Quippe non in sinu modò Malacensi Acenos, capitales Lusitanorum hostes, cum magnis classibus volitare; sed in Sinico etiam mari plures immanissimorum piratarum classes passim occurrere, certissimam captiuis pettem afferentes. Ibidem alias item classes Sinarum magistratum, prædones illos infectantium, obuias fieri, nihilo magis aduenarum nauigijs parcentes, quàm piratarum: vt nescias utrùm perniciosius sit in piratas an in piratarum infectatores incidere. Omnino haud infeliciter euenire, si tertiâ quæque nauis teneat cursum. Hæc & alia haud sanè vana certatim inculcantes, in maius omnia (vt ferè fit) extollebant fidelissimi amicorum, homines prudentes, & illorum locorum haudquaquam imperiti. Ceterùm Francisci animû, mortis contemptorem, diuinæque prouidentiae fiducia subnixum, nihil obiecta pericula mouebant. Itaque illi ad extremum manantibus lacrymis etiam atque etiam orare obtestarique cœperunt, ne certo cum discrimine capitis eas sibi terras adeundas putaret, quas mortalium oculis natura subduxerit. Tandem  
 ex ærum-

*Francisci  
oratio ad  
amicos Iap-  
ponicū iter  
dissuadentes*

ex ærumnarum fatietate abstrusarum gen-  
tium conuersioni modum faceret, saluā  
parceret vel suā vel publicā. At Franciscus  
cum illorum fidei ac beneuolentiæ gras  
egisset, Nihil eorum dixit se Deo duce  
comite pertimescere. Nisi fortē crederem,  
» quō ipiū peregrinarum causā mercium  
» silent, Franciscum pro Dei gloria, & ani-  
» morum salute, ire non audere. Ego verō  
» (inquit) tam certa habeo indicia pigno-  
» raque diuinæ prouidentię, vt vel apertum  
» ac perspicuum periculum timere, neis  
» mihi esse ducam. Quippe Dei benignitate  
» immentā Oceani spatia emensus; Bonap-  
» spici promontorium circumuectus, in le-  
» diam, alium Orbem terrarum, incolumis  
» appuli. Trauancoriensium rabiem, Bada-  
» garum infidias, piratarum occursum effugi.  
» Malacam in aurea Chersoneso; Molucas  
» penē in finibus mundi positas perlustravi.  
» Mauricę regionis feram gentem, scedis  
» latrociniis intamem, impune adij, insliti;  
» mitigauī. Hi: diuinę prouidentię pignori-  
» bus documentifere, videōne vobis aut  
» Dei patrociniō diffidere, aut in amplifi-  
» canda eiusdem gloria, cui vni me deuoni;  
» cessare posse? Ecceui terrori, ecceui disci-  
» mini cedere debere? Equidem instituto  
» meo nulla de causa deero. vbi cunque ver-  
»abor; meminero me in orbis terrę thea-  
tro, in

tro, in cælestis Regis ac superum oculis  
 versari. Neque enim cum Oceanum trans-  
 mitterem, Indiam solum, & vicina Indiæ  
 loca, sed vltima Orientis Euangelio desti-  
 nabam. Verè dicam, pudet me nondum  
 Christi religionem inuexisse in eas regio-  
 nes, vnde iam dudum infitiores caducas  
 exportauerint merces. Itaque, Deo appro-  
 bante, aperiam aliquando Euangelio ter-  
 ras, quas tam longè à nostro orbe natura  
 submouit. In his operibus extingui (si res  
 ita ferat) non modò pulchrum, sed etiam  
 beatum puto. Tum verò amici simul in-  
 credibili constantia victi, simul magnitu-  
 dinem animi interritam admirantes, in-  
 cepto pariter desistunt: faustumque illi  
 iter precati, non sine desiderio ac sollicitu-  
 dine dimittunt tanta discrimina subiturum.

## CAPVT XVIII.

*Malacæ multa gerit memoriâ digna.*

GOA discedens Xauerius, Paulo Goani  
 olim Collegij Rectori, quem sui mu-  
 neris Vicarium tantisper constituēbat, præ-  
 cepta sanè salubria consignata literis reli-  
 quit. Quorū illud caput erat, ut Christianæ  
 magis demissionis quam potestatis me-  
 mor, in Patres omnes imperium gereret  
 paternum: eorum incommodis omnibus  
 ac diffi-

*Paternum  
 imperium*

ac difficultatibus sedulò atque impensè  
 subueniret: deque omnibus rebus ad  
 cietatem ac Socios pertinentibus; ad  
 Iaponiam semel in anno perscriberet. Inde  
 Xaverius Socios certatim in Iaponià eum  
 sequi expectentes ita solatus est, vt spem  
 ostenderet, aditu patefacto, omnes cur-  
 candi: interim ipsos in sua mente & corde  
 insidentes secum ituros. Rebus igitur om-  
 nibus compositis, & profectioe compara-  
 ta, vnà cum Paulo S. fidei Iapone, Cosmo  
 Turriano, Ioanne Ferdinando, paucisque  
 aliis sociis, Goa soluit, Aprili mense, anno  
 post Christum natum M. D. XLVIII. Ve-  
 hebat Franciscum ingens rostrata nauis,  
 cui præerat Iacobus Noronia. Hunc igitur  
 cæterosque vectores sua illa comitate sibi  
 deuincire cœpit, aditum ad eorum curan-  
 dos animos parans. Quocirca spectare lu-  
 dentes latruaculis, alios verecundantes ad  
 ludendum hortari; multa super ludum fa-  
 cetè ac false dicta miscere. At Noronia, qui  
 nondum nosset eum familiariter, etsi co-  
 mitate captus, tamen sanctimonix eius  
 famam obterebat verbis. Nam cum fa-  
 miliaribus de illo colloquens dictitabat;  
 vnum è populo Franciscum videri, nec il-  
 lius sanctitatem respondere famæ. Cæte-  
 rum breui celatè virtutis fulgor erinit.  
 Cùm aquandi necessitas nauigium appu-  
 cullet

*Comites Iap-  
 onice nau-  
 igationis.*

cuiſſet ad terram, Xauerius cum aliis qui-  
 buſdam descendit: illiſque aquantibus, ter-  
 ræue deſiderium, vt fit, pauliſper explenti-  
 bus, ipſe in deſertum ac ſolitarium ſeceſſit  
 locum, cæleſte numen ſine arbitris oratu-  
 rus. Iam nauis, aquatoribus receptis, erat  
 vela factura; cum ſenſit Noronia abeſſe  
 Xauerium. Extemplo igitur certos homi-  
 nes dimittit, qui properè eum reuocent ad  
 nauim. Hi oculis ac vocibus nequicquam  
 per littora diu quaſitum, tandem in ſeceſſu  
 reperiunt, alienata à ſenſibus mente, ſup-  
 plicantem Deo. Exin huius rei fama per  
 totam nauim vulgata, tantum Noroniæ  
 cæteriſque ſtuporis iniecit, vt Franciſci  
 ſanctimoniam eximiam, pari comitate  
 iunctam, cuncti pariter ſuſpicerent, obtrê-  
 ctatione in obſequantiam verſa. Quæ res  
 ad ſanandas eorum mentes, vitiâque abo-  
 lenda, momenti vel plurimum fecit. Fran-  
 ciſcus porò ex itinere Cocinum tenuit:  
 mox ad Franciſcanos ſuo inſtituto diuer-  
 tens, benignè ab eis accipitur. Ibi primo-  
 res ciuitatis Franciſcum adeunt, & aliquot  
 è Societate ad puerilem ætatem efflagi-  
 tant, ſedem idoneam ac neceſſaria omnia  
 pollicentes. Xauerius tam iuſtum poſtula-  
 tum reiſcere veritus, totius rei arbitrium  
 Petro Cõſaluo, Epifcopi Vicario, permittit,

*Orat Deum  
 alienata à  
 ſenſibus men-  
 te.*

*Ad Franci-  
 ſcanos di-  
 uertit.*

274 FRANCISCI XAVERII

in Iaponiam peruenire festinans, in quam omnes intenderat curas. Inde secunda amplius XL. dierum nauigatione vsus, pridie Kalendas lunias appellit Malacam. Ea apud Socios, magno cum eorum gaudio, diuersatur. Per id tempus Alfonso Castrus è Societate IESU (is qui postea in Molucc ab Saracenis ob Christianam religionem occisus est) primum inibi sacrum solenni ritu fecit, ingenti vtique neophytorum lætitia, quorum oculos carimonia illius nouitas ad sese conuerterat. Eius sacri celebritatem Xauerij concio cohonestauit. Per id tempus Malacensem Vicarium, veterem Francisci amicum, non pertinaciter quàm perniciosior vrgebat febris: & corporis morbum animi agridudo cumulabat. Is igitur simul ac primum de Xauerij cognouit aduentu, morbi vi (vt solet fieri) percitus, vestimenta poscit, amicissimum hominem salutandi studio aditurus. Ceterum inter induendum tibialia linquente animo, inter domesticorum collabitur manus. Franciscus ergo certior factus, properè ad eum venit: sed insanientem offendit, nec minùs de animi quàm de corporis salute desperantem. Itaque pro amico aliquot Deo sacrificia vouet: idque votum Deo cordi fuit. extemplo ille sanitatem mentis recuperat: peccata confitetur: æquissimo animo

*Malacensis  
Vicarius in-  
sanitens sa-  
nitate men-  
tis recuperat*

animo moritur. Haud sanè inutiliùs, dum Iaponicæ nauigationis facultatè expectat, in ciuibus Malacensibus operam posuit, quàm in Vicario posuerat. Perditorum quippe mortalium plurimos, maximèque meretriciis illecebris captos, ex inferni Draconis eripuit faucibus; quo in numero (vt ex vno de reliquis fiat coniectura) mercator quidam fuit, septem domi suæ alens verbo ancillas, re vera pellices. Id enim vbi rescivit Xauerius, rem primò dissimulauit, aptum tempus expectans: deinde festo quodam die perditum hominem nactus, (Christo videlicet auctore, qui Zachæo publicano vltro se ad cœnam obtulit) comiter velle se apud eum, nisi molestum sit, prandere dixit. Ille enimvero ancillis suis timens, æstuare primò, versare se in omnem partem. Ad vltimum pudore stimulante, ne inuitus talem virum domū suam recipere videretur, annuit. Igitur, composito ad humanitatem vultu & oratione, Xauerium deducit ad prandium. Conuiuium lautè apparari iubet: discumbitur: formosæ famulæ ministrant. Suppudebat hospitem scilicet, quòd cum seruos haberet nullos, tales ancillæ ministrarent: ac sollicito suspensòque animo Francisci existimationem verebatur. Id cum ille, vt erat homo sagax ac prudens, persensisset;

*Mercatori  
septem sub-  
ducit concu-  
binas.*



## 276 FRANCISCI XAVERII

*Prudentia  
in dissimu-  
lando.*

verecundantem omni metu liberandū natus, consilium altius suppressit suum. Ergo protinus, quasi omnia in meliorem acciperet partem, apposita fercula commendat, famulas ipsas condimentorum artifices comiter alloqui, nomināq. & patriam sciscitans, quampridē Christianā essent, exquirere. Mercator, vt facilitatem illam ac simplicitatem aspexit hominis, de tot venustis ancillis, in tanta famulorum solitudine, nihil (vt videbatur) suspicantis; respiravit primo: denique cum nullum omnino super ea re verbum alio die factum esset; securus reprehensionis, Xauerium iterum & sapius siapre sponte inuitauit ad cœnam. Et Franciscus perpetuò suum illud artificium tenebat, vt rem solerti dissimulatione premeret; donec in eius familiaritatem bene penitus se dedit; sensusque odoratus peruestigauit, quam ex illis mulierculis præcipuè haberet in deliciis. Ad vltimum, vbi, quod mente conceperat, bene maturum visum est; comiter (vt solebat) Quorsum tandem, inquit, tantum ancillarum, præsertim vbi nulli sunt famuli? si me audies, vnam aut alteram ex hoc numero dimittes. Cum ille, Francisco comiter instanti morem gerens, vnam missam fecisset: alio die ad cœnam adhibitus Xauerius, factum laudando haud ægre perpulit eum, vt di-

vt dimitteret alteram. Neque interea desiste-  
 bat, quacunq; ratione poterat, clam  
 eius oppugnare delicias; vt amore labefa-  
 ctato, nequitia arcem facilius expugnaret.  
 Aliquot dierum spatio intermisso, rursus  
 super cenam tertiam subducit, deinde  
 quartam. Ita paulatim singulas detrahen-  
 do, detraxit vniuersas. Ad extremum, mer-  
 catorem ipsum, diuino iam instinctu num-  
 mine, ad peccata confessione expianda  
 perducit: mulieres illas honestè collo-  
 candas curat, haud in multiplici morbo  
 sanando, quàm in morbi causis in perpe-  
 tuũ tollendis, prudentior. Consimili ratione  
 cum immodicæ linguæ hominibus uteba-  
 tur, non in vrbe solum, sed etiam in nau-  
 i. Si quando aliquid ab aliquo contumeliosè  
 aut improbè dictum audisset, nullam in  
 præsentia præ se ferebat indignationem,  
 neque statim ad reprehendendum acce-  
 debat: sed in admonendi occasionem im-  
 minens, temporis ac loci captabat oppor-  
 tunitatem: ne fortè (vt plerumque fit)  
 fauciam mentem exulceraret magis ad-  
 monitio, quàm sanaret. Itaque medicus vi-  
 tiorum mirificus, vt lenitis iam animis re-  
 medium adhiberet, primùm se in eius, qui  
 admonendus erat, familiaritatè insinuabat:  
 deinde seducebat eũ, & sine arbitris comi-  
 ter pro amicitia monens mirari se dicebat,

*Prudentia  
 in reprehenden-  
 dendo.*

278 FRANCISCI XAVERII  
talia illi verba excidisse. Ita consequetur, ut qui peccassent, & agnoscerent peccatum, & corrigerent.

C A P V T X I X.

*Piratico veclus lembo, tandem nauarcho & Dæmonibus inuictis in Iaponiam appellit.*

**D**V M Malacæ in Christianæ caritatis munia intentus maximè elaborat, tandem aduenit Iaponicæ profectionis dies. Igitur seu Lusitanæ nauis facultate destitutus, seu potius neophytorum, quos secum ducebat, salutem consulens, caput suum barbaro prædoni (adeò omnia tuta rebatur diuina curantibus) committere sustinuit. Verebatur quippe ne Iapones tres neophyti, itineris comites, grauius offenderentur in Lusitanis, si Christianos homines aliqua in re peccare sensissent. Proinde Sinam Ethnicum nactus, cui haud ex vano cognomen erat Latro, egit cum illo, ut Sinas præteruectus, se vnà cum Sociis in Iaponiam rectè transmitteret. Ergo pignoribus cum sibi cauisset, diuina confusus ope magis quàm fide barbari hominis, lembo piratico (iuncum ipsi vocant) credit sese. Soluit è Malaca mense Iunio, ipso S. Ioannis Ba-

nis Baptista natali die. Et vsus est satis quidem secunda commodaque navigatione; ceterum nauiculario parum strenuo fidelique. Is quippe (vt in Ethnicis non magna est fidei religio) *Ethnicorum perfidia.* mutata repente voluntate, in Iaponiam tendere abnuens, in obuiis insulis temere, temporis terendi gratia, subsistebat. Itaque Xauerius de suo itinere sollicitus, cum videret illum maximè idoneam tempestatem de industria, intermisso subinde cursu, consumere; malè metueræ cœpit, ne exacta deinde æstas hyemare nauim cogeret in portu aliquo Sinarum. Quocirca cum gubernatore nauis expostulare, pignora commemorare, denique orare ac supplicare institit, ne falleret datam Lusitanis fidem. Cum nihil proficeret, tangebatur dolore animi necessario; sed tamen eum premebat, totam rem ad diuinam prouidentiam, quam semper propitiam expertus erat, reiiciens. Ceterum magis eum mouebat nefaria nauicularij nautarumque supersticio, quàm eorundem perfidia. Naui idolum vehebatur, cui subinde execranda sacrificia faciebant, nequicquam reclamante Xauerio. *Execranda Ethnicorum sacrificia.* Sæpius etiam sortibus consulebant Diabolum, an idonea vsuri essent tēpestate, si Iaponiam peterent. Stomachabatur scilicet Franciscus, atque indignè ferebat, eos existimare

suam profectioem, Dei causa susceptam, ex Diaboli sorte ac voluntate pendere. In uina tamen nixus benignitate, diabolico conatus penitus contemnebat. Igitur nun præpotentis Dei in Iaponiam cursus dirigitur. In itinere due res acciderunt dignæ memoria Emmanuel Sina, unus è Francisci comitibus, ingenti nauis iactatione prolapsus, in apertam fortè sentinam inciderat præceps. Nec casus longè ab exitio abfuit. Nam & altè ceciderat, & à capite demersus aliquamdiu hæserat in sentina. Ergo omnium opinione mortuus, ægre tandem extractus, paulo post diuino beneficio, & Francisci precibus, uiuus exiit. Magnum in capite acceperat vulnus; sed plus timoris quàm periculi fuit. adhibita curatione, paucis diebus conualuit. Subinde casus alius ex alio, pari quidem discrimine, sed dispari exitu. Dum Emmanuel curatur, nauarchi filiam consimilis agitatio nauigij excussit in mare. Cum nauis magno ventorù impetu ferretur, & atrox tempestas ingrueret, imploranti opem nulla ratione potuit subueniri. Quocirca sub parentis ipsius atque omnium oculis infelix puella insanis hauritur fluctibus. Tum verò lugubris clamor barbaro uulatu planctùque permixtus exoritur, qui diem illum, noctemque insequentem uersam

*Francisci comes in sentina demersus ab interitu vindicatur.*

*Nauarchi filia hauritur fluctibus.*

perfam tenuit. Et Diabolus Xauerio iam-  
 pridem infestus, non aliam aptiorem eius  
 opprimendi fore occasionem ratus, mul-  
 tiplices ei dolos intendit. Sciscitantibus  
 ex idolo causam, cur nauarchi filia inter-  
 isset, fors exiit, si Emmanuel homo Chri-  
 stianus in sentina perisset, puellam in mari  
 non fuisse perituram. Animaduertit illico  
 Franciscus ea sorte se ac suos peti, & apud  
 nauarchum nauasque in inuidiam adduci.  
 Simul sensit animam suam identidem à  
 terra illa bellua miris tentari modis. Cæ-  
 terum diuina ope implorata, non modò  
 acerrimi hostis eluit inuidias, sed etiam  
 imminens sibi ab Ethnicis periculum pro-  
 pulsauit. Nauatarum ac Satanæ in illum con-  
 citatam rabiem nulla res compressit ma-  
 gis, quàm eius animi magnitudo. Nec nul-  
 lum ex illo certamine fructum Xauerius  
 cepit: suo enim periculo didicit, quàm  
 horribiles hominibus terrores Diabolus,  
 occasionem facultatemque nactus, incu-  
 tiat. Extat ea de re præclara quædam ad  
 Goënses socios epistola, cuius sententia  
 est, Non aliam rationem ad Satanæ ter-  
 rricula eludenda certioram reperiri, quàm  
 si tibi penitus diffidens, maximeque con-  
 fidens Deo, magno præsentique animo  
 fractos belluæ illius impetus minasque  
 contemnas; diuinoque præsidio subnixus,

*Diaboli in-  
 fidia ex oc-  
 casione.*

*Animi ma-  
 gnitudo ad-  
 uerfus terro-  
 res demonis.*

*Ratio elu-  
 dendi terr-  
 cula diaboli.*

summa vi obstes pauciori. Nihil quippe magis tali in re ac tempore timendum esse, quàm Dei diffidentiam; cum satis constet hostem nobis, nisi Dei permisso, nocere, et maximè velit, nequaquam posse. Victi Dæmonibus, noua Xauerio cum hominibus oritur pugna. Vbi ad Cantonium Sinarum portum ventum est, nauarchus nauarumque omnes, quoniam consulto iterum fortibus idolo haud lata reddebantur de Iaponica nauigatione responsa; iactis anchoris ibi prorsus hybernare destinabant. Id sentiens Xauerius, sibi ipse non desuit Nauarchum primò suppliciter precari, ut staret promissis: inde, cum preces nihil proficerent, à precibus ad minas versus, pignorum damna proponere; Præfectique Malacensis ac Lusitanorum, quibus fidem dedisset, metum iniicere. Itaque ille demum formidini obiectæ paulisper cedens, sublati anchoris prouehi cœpit. Sed non illi plus constantiæ fuit, quàm fidei. Breui homo perfidiosus rediit ad ingenium. Et ea perfidia haud dubiè morata foret iter Xauerij, nisi nauarchi cursum diuina prouidentia Xauerio indulgens auertisset. Nauis secundo vento Cinceum Sinarum portum petebat, eum locum captura ut ibidem hyemaret, quòd æstas in exitu iam esset; cum repenti nauicula occurrit oneraria, Cinceum

*Dei prouidentia indulget Xauerio.*

Cinceum portum prædonibus infestum esse denunciâns. Nauarchus præfenti periculo territus, collegit sese, & quid ageret, secum cœpit cogitare. Cantonium portum repetenti aduersus erat ventus, Iaponiam perenti secundus. Quocirca necessitate in rationem versi, tempestatî obsequi statuit. Ita nauarcho, nautis, Diabolisq̃ inuitis, Iaponicum cursum tenere nauis coacta est: ipsiq̃ Assumptioni B. Mariæ sacro die in Iaponiam, multo magis Deo, ac Dei parente, quàm vento ac tempestate obsecundantibus, aliquando peruênit. Cùm alios portus optatiores tenere nequiuisset, ad Cangoximam, Pauli Iaponis patriam, (quæ Vrbs est in regno Saxumæ) nauis appellitur. Ibi sanè comiter à Pauli cognatis, & à reliquis incolis, etiam ab ipsis Magistratibus, Franciscus cum sociis excipitur: eorumq̃ aduentus, cunctis nouos è Lusitania Sacerdotes ( vt fit ) non sine admiratione certatim uisentibus, celebratur.

H O R A-



HORATII  
 TURSELLINI  
 DE VITA  
 FRANCISCI  
 XAVERII  
 LIBER QVARTVS.

## CAPVT I.

*Iaponum mores religionés, que cognoscit.*

*Iaponie de-  
 scriptio.*



**I**APONIA, vltimi Orientis regio, vltimæ adiacet Asia. rota insulis constat, modicis fretis euripisque discreta. De eius magnitudine (quantum ex Lusitani hominis, talium rerum periti, qui nuper eam regionem dimensus est, obseruatione cognosci potuit) hoc comperti habemus. In longitudinem millia passuum circiter D CCCC protenditur, specie haud sanè ab similibus Italiae, nisi quòd hæc continenti adhæret, & magnitudine

tudine penè par. Spectat à Septentrione  
 vltimos Scythas, quos Tartaros vocamus;  
 ab Occidente vergit ad Sinas; ab Oriente  
 nouæ Hispaniæ obuerfa est, minus quin-  
 gentorū nullum interualio. Abest ab vrbe  
 Goa leucarum millia ferme duo. Continet  
 omnino regna sex & sexaginta; & (quod  
 permirum est) vna tantum lingua vniuersa  
 gens vtitur, haud sanè ad cognoscendum  
 difficili. Iaponia autem omnis (quoniam  
 tres sunt insulæ magnitudine præcipuæ) in  
 partes diuiditur tres, quæ ab insulis ma-  
 ioribus nominatæ, insularum minorum  
 complures attributas habent. Harum par-  
 tium longè maxima, eademque ab India  
 remotissima, proprio vocabulo Iapon dicitur,  
 quæ reliquæ regioni nomen dedit. Hæc  
 insula millia passuum DCCCL. in longitu-  
 dinem porrigitur. Latitudo eius varia est,  
 maxima ex parte circiter CLXXX. passuum  
 millibus patet. In ea tria & quinquaginta  
 regna sunt, parua scilicet. Quippe etiam  
 singularum vrbiū Dynastas ac Regulos  
 liberali sanè appellatione Reges vocant:  
 etsi complures eorum satis magnis opibus  
 pollent, præsertim qui regnis pluribus po-  
 tiuntur. Inibi Meacus est, vrbs olim Iapo-  
 niæ omnis, nunc plurimorum regnorum  
 caput. Secundum Iaponem magnitudine *Ximus in-*  
 atque opibus præstat Ximus: cuius lōgītudo *sula.*  
 millia

*Xicus insu-  
la.*

millia passuum **CL.** patere proditur, latitudo ad **LXX.** eadem Sinis proxima, minimeque distans ab India, regnis distinguitur novem; in quibus Saxumanum est, quod Xaverium appulsam diximus. Tertia Insula inter has interiecta Xicus seu Xicocus vocatur, ferme dimidio minor Ximo. regna continet omnino quatuor. Hæc autem omnis regio antiquitati penitus ignota, casu Lusitanis eò tempestate abreptis, decennio antequam eò veniret Xaverius, inuenta, conciliari commercio cœperat. Terra est perfrigida, imbri, niue, glacie horrida; multis locis mōtosa ac sterilis, maxima tamen ex parte campestris, & annibus frequens naturaque fertilis, nisi cultui agrorum assidua penè bella obstarent. Quocirca olivis vitibusque magis apta, quam confite, vineas perpaucas, oliueta nulla habet: oryzae magis quàm tritici ferax. Nec auri fodinis caret, sed auri conflandi solertia. Cæterum argenti fodinis maximè nobilis, ex quo Argentaria est appellata. tamen, quia Sinarum commercio incolæ excluduntur, olim pluribus egebat rebus. Quam inopiam nuper Lusitanorum commercia sublevarunt, non sine magno ipsorum emolumento. Etsi autem regio omnis portuosa, Ximus tamen insula, & quia portibus maximè frequens, & quia prima ex  
India

India nauigantibus occurrit, maximè celebratur ab inſitoribus Luſitanis. Vnus tum Rex vniuerſæ Iaponiæ imperabat. Dayrum incolæ appellant, cuius imperium, obſoleſcente iam apud Proceres Regia maiestate, præcarium eſſe cœperat. Iaponica *Iaponica gēs* porrò gens, ſi cum Indis conferatur, colore *qualis.* alba, naturâ bellicoſiſſima, cæteras nationes nuper repertas virtute ac probitate longè antecedit. Xauerius igitur Cangoximæ (quæ vrbs eſt Saxumani regni præcipua) ſubiſtens, prius quàm Iaponum animos oppugnare aggredereſſet, omnes ſibi aditus luſtrandos, moreſque eorum, ac religiones cognoscendas, ratus eſt. De quibus cùm quæreret, ſic ferè comperiebat. Gentem omnem ingenio eſſe facili, ac ferme à fraude abhorrenti: auro, diuitiis, copiis haudquaquam affluere; verùm (vt quominus pecuniæ, hoc minus ferme auitiæ eſt) talium rerum ſtudio minimè teneri. Nec aliud magis in contumeliam accipere, quàm mercatura, aut arte alia, rem augere. Itaque eorum diſciplinam paupertate magiſtra ſtare, ſed ita, vt paupertatem munditia & cultus corporis tegat. Eoſdem dignitatis exiſtimationiſq. retinentes eſſe, vt qui maximè: ingenia priſcis illis Romanis ſimillima diceret. Omnes vulgò, etiam pueros, armorum præcipuo ſtudio duci: nec quic-

nec quicquam vulgò præter arma habere  
 in deliciis. Cæterùm (quod dictu auditûque  
 incredibile fit) in tanta animorum ferocia,  
 armorumque impunitate, à rixis tempera-  
 ti; armorum vñ ad bellum aduersus ho-  
 stem referuato. Quippe Iapones Iui atque  
 iræ potentes adeò sunt, vt è Stoica disci-  
 plina esse videantur: monstrique simile est  
 apud ipsos, iurgans, iratus, altercans Iapon  
 cum altero. Etenim ad iurgia contentio-  
 nesque vitandas, negotia grauias & con-  
 trouersa nunquam ipsimet, semper per  
 internuntios agunt: idque non cum aliens  
 solum, sed cum necessariis quoque obser-  
 uant, domesticisque. Ita & ipsi æquitatem  
 animi, & pacem cum aliis tuentur. Ven-  
 tione delectantur in primis: nec carnem  
 gustant, nisi venatione quæstiram: à verue-  
 cina, suilla, bubula, virulina non minùs  
 abhorrent, quàm nos à canina equinaue.  
 A lacte autem & calèo abstinent, similiter  
 vt nos à crudo sanguine. Gallinas & anse-  
 res alunt, non tam cibi quàm animi volu-  
 ptatisque causâ. Itaque rarò carne, eaque  
 ferina, vescuntur: plerunque pisce, pomis,  
 oleribus, oryza viuunt: temperantiaque  
 beneficio commoda secundaque vtuntur  
 valetudine. plerique ad extremam perue-  
 niunt ætatem; nisi vis aut casus aliquis in-  
 terveniat: vt vel hæc gens, quæ tam bene  
 viuit

*Iaponum  
 moderatio  
 in iræ fra-  
 manda.*

*Iaponū fru-  
 galitas.*

viuit paruo, documentum fit, naturam  
 paucis esse contentam, et si cupiditas nun-  
 quam expleatur. Adulteria apud eos gra-  
 uissimè vindicantur. Ab alea ludicque simi-  
 libus penitus refugunt, rati huiusce rebus  
 homines alieni cupidos fieri. A furtis verò  
 ac latrociniis tam longè absunt, nihil vt  
 homine indignius iudicent : quocirca la-  
 trones in crucem, extremum supplicio-  
 rum, agunt. Manditiem in victu, in cultu *Iaponum*  
 corporis elegantiam, vrbauitatis officia *vrbauitat.*  
 in congressibus, salutationibus, omnique  
 vitæ consuetudine, non accuratius viri  
 quàm pueri, nobiles quàm rustici, colunt.  
 Crederes in vna omnes pariter aula Regia  
 ad vrbauitatem & elegantiam institutos.  
 Verùm tantis naturæ bonis insitum genti  
 malum superbia officit. Nationes cæteras  
 præ se adeò contemnunt, vt arroganter  
 vulgò & insolenter excipiant aduenas.  
 Alioquin eis ad omnem honestatem (si qua  
 vquam gens) natis quodammodo factisq̃.  
 nihil magis, quàm Euangelij lumen, deest.  
 Etenim omnes etiam rustici ni ingeniosi  
 admodum sunt, auidique discendi: vt quid-  
 que maximè rationi congruere videtur,  
 ita libentissimè amplectuntur. Sermones  
 de Deo porissimam, diuinique rebus, ar-  
 ripiunt auidè. Ad hæc, literis vulgò satis  
 imbuti sunt, eoque impensius ad Christia-  
 nam di-

## 290. FRANCISCI XAVERII

nam disciplinam capeſſendam apti. *Haec*  
& alia multa, quæ, ne longum faciam, pre-  
termitto, cùm de Iaponum ingenio &  
moribus cognoviſſet Xaverius; de eorū  
dem religionibus & Sacerdotibus quærere

*Iaponij Dij.*

hæc ferme reperit. Deorum numero eni-  
maximè duci, quorum iuventur ope. Ita-  
que ab aliis Solem, Lunam ab aliis, alios ab  
aliis Deos coli. Haberi etiam nonnullos ex  
hominibus Deos adſcitos ab Sinis: inter  
hos Xacam & Amidam. Cæterum eorum

*Bonzij Iapo-  
num Sacer-  
dotes.*

Sacerdotibus (Bonzios appellant) nihil fla-  
gitioſius eſſe, nihil impurius; vt Diaboli  
adminiſtros facilè agnoſcas. Hos, nefandæ  
præpoſtæræ libidinis genere inuecto, Iapo-  
num animis tantum offuſiſſe caliginis, vt  
ad tales impuritates cæci, teterrimum ne-  
fas vulgò peccatum eſſe abnuant. Ergo  
hand dubiâ Numinis irâ ex eo tempore  
illorum ciuitates (Regibus popularibuſque  
pariter contactis ſcelere, ac velut iniecta  
rabie temere ruentibus ad arma) tumul-  
tuantes, inſteſtinis odiis bellisque perpetuò  
conſiſtantur: vt ad tantam obſcœnitatem  
fugiendam aliquando aperiant oculos. In-  
terim Bonziis, ne peccandi materia deſi-  
t, optimates ſuos liberos, oves ſcilicet lupis,  
committunt traduntque in disciplinam.  
Bonziorum Bonziarumque plurima cœ-  
nobis, variuſque (ſimiliter vt apud nos  
cœno-

cœnobarum) vestitus, Diabolo Christi Ecclesiam æmulante. Et si autem æquè omnes Bonziji impuri haud falsò habentur; tamen adeò tutatur eos siue religio factorum, siue eximia de illorum abstinentia opinio, vt insuper apud plebom iuxtà Proceresque maximo in honore habeantur: quippe quos carne, pisce, vino penitus abstinere, oleribus modò atque oryza vitare, ac semel duntaxat in die cibum capere, gloriosius quàm veriùs fama ferat.

## CAPVT II.

*Cangoximæ complures Christo parit.*

**H**is cognitis, Franciscus primùm sibi ipse (id quod res monebat) abstinentiæ arctioris legem imponendam ratus, etiam parcius duriusque vivebat, quàm Bonziji vivere dicebantur: vtique cùm non modò rerum inopia illum, verùm etiam penitus diuersus exciperet cibus; famessque ac necessitas consuetam victus rationem, palatumque ipsum, mutare quodammodo cogeret. Nam pro pane oryza, pro obsonio pomis ferè & herbis barbaro quodam modo conditis, trahebat vitam. Quod ille nouum frugalitatis genus pro sua animorum fame libenter arripuit, vtpote cuius cibus esset, facere voluntatem eius, qui se misisset. Et magnam

*Francisci  
summa frugalitas in  
Iaponia.*

T 2 habere



habere se dicebat Iaponiæ gratiam, quæ  
 conuiuio quoque ab incolis adhibitus, &  
 liciti omnino carebat iis, quarum dulcedine  
 decepti mortales, voluptati magis quam  
 necessitati seruiant, obruentes potius vitam  
 quam recreantes. Itaque ipsa ciborum co-  
 dimentoꝝque insolentia maiorem illi  
 prescribat temperantiam. Neque tamen  
 idcirco minus ei virium quam antea fuit.  
 non alibi melius quam in Iaponia valuit.  
 adeo vires ac valetudinem non minuit,  
 sed auget frugalitas. Cæterum haud paulo  
 plus negotij tunc in lingua, quam in palato  
 assuefaciendo. Iaponicū sermonem, quam  
 naturam haud sanè difficilem, tamen  
 studia Iaponum ad summam difficultatem  
 perduxerant. Nihil iam illa lingua copio-  
 sius est. Ad varias rerum notiones variè  
 significandas, permagnam habet verbo-  
 rum idem significantium syluam, & in  
 hisce vsurpandis elegantiam quandam, &  
 quasi saporem vernaculum. Non temere  
 qualibet assumuntur vocabula, sed (vt alia  
 grandiora, alia humiliora sunt) ad rerum  
 personarumque accommodantur decorum.  
 Atque etiam (quod permirum est) longè  
 aliter loquuntur ac scribunt. sermo alius  
 virorum est, alius mulierum. aliis litera-  
 rum notis epistola, aliis libri conscribuntur.  
 Quæ copia varietasque tum loquendi, tum  
 scriben-

*Iaponicus  
 sermo.*

scribendi, ad perdiscendum, multum & operæ requirit & temporis. Nec licet curquâ vrbano in hoc genere esse negligenti. Si quid enim ab eorum ratione deflectas, tanquam homo imperitus ac rusticanus ludibrio sis, haud secus quàm apud nos, qui in Latina lingua barbaris odiosisque verbis aures offendunt delicatas. Franciscus ergo Iaponum linguam utcumque sibi addiscendam existimans, cum capita Christianæ religionis à Paulo Iapone literis mandanda curaret, in magnas incidit salebras. Paulus quippe, homo idiota, nihilo melior interpres erat, quàm magister. Et quanquam plus etiam eniteretur, quàm poterat; minus tamen efficiebat, quàm res postulabat. Nam capita illa adeò perperam interpretabatur, ut oratio neutiquam cohæreret: ita porrò scribebat imperitè, ut eius scripta ab Iaponibus literatis legi non possent sine risu. At Xaverius, ut erat animi semper difficultatibus oblectantis, irrisiones hominum contemnens, ubi eorum salus ageretur, negotium virgere perseveravit. Quocirca agens utcumque poterat cum populo, vitæ sanctitate ac diuino quodam ardore animi consequebatur, ut plus ipse per se proficeret, quàm per Paulum, aut alium quempiam interpretem. Ad rei religionisque nouitatem

tatem indigenæ frequentes concurrebat, partim aduenas habitu ac moribus omnino ab ipsis discrepantes visendi studio, partim etiam explorandi quid tandem alio orbe religionis afferrent. Sed quoniam eos linguæ incitiam non animi sententiam explicare, non percontantibus satisfacere sinebat, alij hæsitantiam eorum irridere, alij peregrinum vestitum ac mores illudere; alij denique miserari aduenarum vicem, rati viros ex alio terrarum orbe, nouam religionis inuehendæ gratia, vsque in lapponiam profectos, nec stultos esse oportere, nec nullius momenti res afferre. In aliam aliis sermonis materiam dando, excitatis ad nouam religionem cognoscendam animis, non nihil proficiebant. Inter hæc Paulus Iapon, rebus suis compositis, miraculo esse cœperat popularibus suis; utpote qui peragrata India, multa sanè mira & illis inaudita narraret. Ergo ad Saxumnum Regulum xv. ab oppido passuum milibus salutandi causa profectus, benigne ab eo accipitur. Post mutuas gratulationes, Regulus multa de rebus Indicis, de Lusitanorum opibus moribusq. iciscitur. Quibus expositis, Paulus tabulam egregie pictam profert, aduectam ex India: in qua B. Mariæ, puerique IESV in matris gremio sedentis, imago erat. Hanc cum Paulus

pauca

pauca præfatus de Christianorū religione, ostenderet Regulo; protinus ille venerandus submittit genua; idemque cæteros, qui aderant, facere iubet. Cæterum ultra imaginis venerationē progressus non est.

*B. Mariæ  
imaginem  
Iaponiæ Re-  
gulus sub-  
plex vene-  
ratur.*

At Reguli mater, tabulæ specie capta, eius expetit exemplum. Sed pio mulieris studio artifex defuit. Eandem cupido subinde incessit Christianæ legis cognoscendæ. Igitur postulavit, ut eius capita Iaponicis literis sibi traderentur. Paruit quidem mulieri Paulus; sed illa Deo haudquaquam paruit. Itaque ille irrito incepto reuertit Cangoxi: nam: feliciusque multo operam posuit domi, quàm foris posuerat. Quippe homo pius atque impiger, siue Xauerij instinctu, siue sua sponte, domesticos excolere aggressus, propinquos, affines, necessarios noctes diesque docere, hortari, monere nunc singulos, nunc vniuersos non destitit prius, quàm eorum plerosque ad Christi perpulit fidem. Itaque breui eius coniux, filia, multiq̄ue præterea cognati, tum viri, tum feminæ, Catechismo instituti, baptismoque expiati, populo haudquaquam illorum consilium factumque improbançe. Xauerius porrò haud dubius populi studia Bonziorum auctoritate niti; proinde, ea euerfa, omnia sibi in expedito fore; primum omnium Bonziorum nomen quasi

*Pauli Iapo-  
ni: studium  
propagandæ  
Christianæ  
fidei.*

*Bonziorum  
Ninxit, siue  
Antistes.*

arcem superstitionis, sibi expugnandam existimavit. Opportunè igitur Bonziorum Antistitem nactus (Ninxit ipsorum lingua appellatur, non ætate solum ac dignatione sed etiam eruditionis famam inter omnes eminentes) comiter in eius familiaritatem insinuavit se. Inde alium ex alio sermonem ferens, paulatim cum illo de religione congregari cœpit. Nec frustra id fuit. Eum tum in aliis, tum in certamine de immortalitate animarum, parum sibi constantem reperit, sed (ut in utramque partem impulsus lababat) saepe nutantem. Itaque haud sanè agre hominem deiecit, stravitque. Is tamen vel ingenio vel comitate Xaverij capus, magno cum honore coluit. Et cæteri Bonziji, Ninxitis exemplo incitati, consuetudinem Xaverij ambitiosius quam auidius expetebant. Nec aliud magis in illo admirabantur, quam animi magnitudinem; quippe cum religionis duntaxat causa tam longinqua ac periculosa navigatione, inde usque ab Lusitania totum ferme Oceanum emensus, in ultimis oras penetrasset. Illud autem summa pariter admiratione ac voluptate audiebant, piè Christum sanctèque colentibus beatitudinem propositam esse in caelo sempiternam. Ita Bonziis partim conciliatis, partim convictis, res in proclui videbatur esse.

esse. Sed quoniam cum populo sine inter-  
 prete agere non poterat, conatum eius  
 scilicet morabatur ignorantio lingue vernaculæ. Quocirca de tot animorum pereun-  
 tium salute sollicitus, Iaponicæ linguæ iam  
 degustata rudimenta celeriter deuorat.  
 Inde, vt liberius ageret cum populo, adi-  
 tum sibi quærit ad Regem. Et ad eam rem  
 egregiam illi operam Paulus Iapon dedit.  
 Namque is Saxumatum Regem, auidum  
 amicitie commercij. Lusitanorum, haud  
 ægre perpulit, vt Francisco, eiusque sociis,  
 quippe apud Lusitanos auctoritate pluri-  
 mum pollentibus, impediens faueret. Fran-  
 ciscus ergo Rege deinde adito, preparatas  
 nactus aures, nullo negotio eum adduxit,  
 vt Christianæ religionis suscipiendæ ve-  
 niam suis popularibus daret. Facta pote-  
 state, Bonzij duo, alijque Iapones complu-  
 res, ad Christi fidem adiuncti. Paucorum  
 mensium spatio ciues amplius centum,  
 libentibus quidem propinquis, Christiani  
 facti. Quos interiore cura instituens Xae-  
 rius, cum Iaponicas literarum notas verbis,  
 vt diximus, difficiliore nondum teneret,  
 nostræ fidei capita in Iaponicam conuersa  
 linguam, nostratibusq. literis consignata,  
 ipsemet tradebat neophytis de scripto pro-  
 nuntians. Inde ex neophytorum numero  
 nonnullos in Indiam destinat, ingenuis

298 FRANCISCI XAVERII  
disciplinis in Goano Collegio instru-  
dos ; vt bonis deinde artibus ac moribus  
exculti , suis popularibus plus non solùm  
admiracionis, sed etiam opis, afferrent.

### CAPVT III.

*Mortuam puellam ab inferis excitat,  
leprosum sanat.*

**M**IRA subinde res & Christi gregem  
auxit Cangoximæ, & Francisci no-  
men illustrius fecit. Cangoximanus cuius  
erat honestus ac diues, sed à Christiana  
religione alienus. Huic dulcissimam filio-  
lam immatura mors subitò abstulerat. Ita-  
que dolore amens, multa indigna faciebat  
dicebatque. Conueniunt ad eum inter alios  
neophyti aliquot cognati amicique, solandi  
gratia, & funeris celebrandi. Qui acerbissi-  
mo necessarij sui gemitu eiulatuque moti,  
eum hortantur, vt Franciscum Xauerium,  
virum sanctum ex alio orbe, quàm pri-  
mum adeat, eius auxilium imploràs: illum  
vtique vitam extinctæ puellæ redditurum.  
Haud ægre ei persuasum. Ergo mœstus pa-  
ter, desiderio filix stimulante, ad Xauerium  
accurrit: lacrymans rem exponit: suppli-  
citer orat, suæ vt orbitati ac solitudini con-  
sultum velit. Hic Franciscus, vicem illius  
miseræ

miseratus, statim cum Ioanne Fernando,  
 socio & comite suo, recipit se ad orandum  
 Deum. Exinde gaudio alacer surgit, homi-  
 nemque bono animo esse iustum dimittit,  
 filiam eius viuam esse confirmas. Mouit ea  
 vox iram barbaro, qui modò filiam haud  
 dubiè exanimem reliquisset. Quocirca seu  
 quòd ipse mendacij quodammodo argui,  
 seu quòd Franciscus ab eius recto abhor-  
 rere videretur, indignabundus recessit.  
 Domum repetenti domesticus puer oc-  
 currit, puellam viuere ac valere nuncians.  
 Itaque pater-familias, repente mærore in  
 gaudium verso, domum properat, reducem  
 ab inferis filiam videre festinans. Quam vt  
 conspexit, suis vix oculis credere: manan-  
 tibusque gaudio lacrymis, scitari ex ipsa  
 quò tandem redisset ad vitam. Respondet  
 illa, sibi vita functæ teterrimos satellites  
 præstò fuisse, qui protinus correptam de-  
 turbatum irent ad horrenda ignibus loca:  
 cæterum repentiè duos egregios adfuisse  
 viros, quorum beneficio ex satellitum ma-  
 nibus erepta extiterit à mortuis. Ad hæc  
 parumper hæsit pater, stupore attonitus.  
 Inde Xauerij profectò id esse beneficium  
 sentiens, puellâ ad eum ducit, grates actur-  
 us. At illa, Franciscum comitemque eius  
 intuita, primò obstupuit: mox ad patrem  
 conuersa succlamat: En, pater, hi ipsi sunt,  
 qui me



qui me ab inferis excitauerunt. Tum ille cum filia ad Xauerij genua prouoluti, oboritur lacrymis grates ei agere cœpe: ūt. Qui protinus manu alleuatos Christo Dei Filio, humanæ salutis vindici, gratiam habere iubet. Nec frustra tantum miraculum fuit. Vita vni puellæ reddita, compluribus salutem peperit animorum. Quippe pater & filia, ceterique domestici, ad Christum aggregati. Et hoc exemplo alij ad implorandam Xauerij opem, Christique fidem expetendam, accensi. Inter quos leprosus fuit honesto loco natus. Hic certum hominem ad franciscum allegauerat, rogans vt ad se curandam accederet. Et ille legatione benignè audita, occupationes excusans, eò vnum ex comitibus suis miserat, monitum quid factò opus esset. Is igitur agrum, ex Francisci præscripto salutatum, ter interrogat, num fieri velit Christianus: annuentem manu in crucis morem ducta protinus signat. mira dictu res: subitò crux lepram absterfit. Quocirca ille Christianis præceptis imbuitur, ac deinde baptismo iustratur. Hæc in Cangoximanæ ciuitatis oculis gesta, cum alij, tum Vincentius Pereira Lusitanus nauarchus in India Francisci Sociis enarrauit, grauis quamuis magnæ rei auctor, idemque Xauerij, vt proditur, familiaris.

## CAPVT IV.

*De Antonij Criminalis martyrio  
cognofcit.*

**L**AETVM rei Chriftianæ fucceffu Xaverium haud leui dolore. ffeconat. hinc eifdem ferè diebus ad eum ex Indis peritæ, ex quibus de Antonij Criminalis morte cognouit. Is (vt fuprà oftendimus) Comorino promontorio à Francifco præpoftus, re Chriftiana per quadriennium præclare gefa, anno M D XLIX. haud multo prius quàm in Iaponiam appulit Xaverius, martyrij decus laborum feorum præmium adeptus eft. Nam eam magna Badagerum manus, Chriftianæ religionis odio accenfa, ex finitimo regno Bifnaga Comorinifem populabunda inuafiffet oram; Chriftiani, vt in re trepida, tefta proliis & vicos deferere: ad naues Lufitanorum, quæ tum fortè aderant, pro fe quifque confugere cœperunt. Ibi in maximo puero- rum ac mulierum tumultu Antonius, multis fimul anxius curis, hortabundus fugam trepidantibus expedire, inftare cunctantibus, imbecillis opem ferre. Inter hæc aduentante hofte, veritus ne fortè neophytorum aliquos à barbaris interceptos tormentorum acerbitas à Chrifti fide ab-  
trahe-

Ioan, II.

traheret; decreuit, si res posceret, *pastor animam suam dare pro ouibus suis.* Inuisitatus à Lusitanis in sua nauigia, vt praestaret periculum effugeret: sed ille, sui oblitus suorum consulebat saluti, pueros maximè ac mulieres, quorum imbecillitas proprio periculo erat, in tutum recipere festinans. Ita dum alios à Barbarorum crudelitate vindicat, ipse interuentu hostium interclusus à nauibus, in praecursores incidit. Tunc ille Dei amore ardens, aeternaque magis quam huius vitae memor, positus humi genibus, tollensque manus in caelum, incredibilem fortitudine offert se neci. Neque barbarorum seuitia eius virtuti defuit. Tribus hastis confossus, mortem occubuit. Fertur, cum grauius vulneratus spoliaretur, ipse in veste detrahenda praedones illos vlcero iuuisse, ne vestis tenacior esset quam vitæ. Hic nuncijs variè (quod necesse fuit) animum affecit Xauerij. Nam & tali se adiutore priuatù doluit; & tanto eiusdem bono, velut paris decoris sibi quoque destinati pignore, mirè latus est. Itaque lacrymis simul & laudibus debitis tam memorabilem sancti viri mortem profectus, sperare cepit, agrum illum, martyris rigatum sanguine, vberiores in dies fecurus editurum. Nec Xauerij spem rei deinde fefellit euentus. Ex eo tempore nusquam

lacio-

*Faciliores extiterunt, quàm in ora Comori-  
nensi, Euangelij fruges; adeò multiplex  
subinde soboles orta neophytorum, non  
facilitate magis quàm pietate præstantium.*

## CAPVT V.

*Rei Christianæ cursu Cangoximæ impe-  
dito, Firandij & Amangucij Euan-  
gelium prædicat.*

**D**ISPAR in simili causa Cangoximanæ  
ciuitatis Franciscique conditio fuit.  
Cum enim is, martyrij audus, auctorita-  
tem obtriuisset Bonziorum, iamque læta  
neophytorum seges niteret; subito pro-  
cella, à Bonziis concitata, rei Christianæ  
ingentem intulit calamitatem, quæ Xaue-  
rio grauior omni martyrio accidit. Multi  
iam, cælestis Numinis instinctu, Christiana  
susceperant sacra: plures ad Christi religio-  
nem perspecta veritas pelliciebat: cum  
Euangelij cursum (id quod tanto antè  
Franciscus prouiderat) Bonziji auerterunt.  
Nam Christiana religione inducta, cuius Бонзій сну-  
сют Еван-  
геліј авер-  
тунт.  
incrementum eos fefellerat, Deorum reli-  
gionem, suamque auctoritatem, ad ludi-  
brium recidisse intuentes, enimuero ha-  
grare ira, odio furere cœperunt. Ergo non  
magis dolore quàm Diabolo stimulante,  
ad Re-

ad Regem frequentes cœant, grauer  
 » fanè feuerèque illi denuntiantes, Videt  
 » etiam atque etiam quid ageret; dum in  
 » gra res eiset, suæ communiq̃ue prospicer  
 » salutis. Si suos populares peregrinas religio  
 » nes suscipere pateretur, profectò Deos pa  
 » trios passim ludibrio futuros: quibus iratis;  
 » cui dubiam eise, quin Cangoxima, Re  
 » gnunq̃ue eius vniuersum breui euertet  
 » dum foret? An verò non videret Chi  
 » stianam religionem Iaponicæ penitus ad  
 » uersari, tantumq̃ue de illa demi quotidie;  
 » quantum Christianæ accederet? An igno  
 » raret acerbissimum patriis Diis inurere  
 » dolorem, quicumque patria sacra postfer  
 » ret peregrinis? vique leuiorem culpam  
 » esse peccantis populi, quàm Regis in pec  
 » cato alieno coniuuentis. caelestes iras mo  
 » rà fieri acriores. Iaponicæ quippe religionis  
 » conditores haud dubiè, pro tanta contu  
 » melia, debitas de Cangoximanis expetiri  
 » ros pœnas: & paucorum impietatem Regi  
 » Regnoq̃ue exitio futuram. Quare si quis ei  
 » patriarum carimoniarum, si quis Deorum  
 » respectus memoriæ esset; eorum vel  
 » gratiam spectaret, vel formidaret iram.  
 Hac Bonziorum oratione ille perterritus,  
 & simul commercij Lusitanorum spe fru  
 stratus, protinus cum vinculorum mortifi  
 cationis edicit, atque interdicit, vt omnes  
 patriam

patriam retineant religionem: neu quisquam in posterum Christianis mysteriis initiatur. At Xauerius, meliora quotidie sperans, cum summa cura excolebat neophytos: quod ab ea re otij erat, ex consuetudine sua tribuebat Deo, quò cum magis, quàm cum hominibus versabatur, diuinum colloquium non tantùm virtutis hortamentum, sed laboris etiam solatiũ ratus. Itaque grauissima famis & frigoris incommoda, aliaq̃ maximas difficultates, homo peregrinus, in barbara & infesta ciuitate, miræ æquitate animi pertulit. Cæterùm anno in hisce laboribus & ærumnis circumactò, cum penitus obseptum Euangelio iter Cangoximæ cerneret, demigrare statuit aliò. Neophytis ergo valere iussis, Paulo eorum tutelam reliquit: ipse, Cosimo Turriano & Ioanne Fernando comitantibus, noua erectus spe, in Figuenum Regnum, *Regnum Figuenum.* quò iter Lusitani auerterant, petere intendit. Incredibile dictu est, noui Christiani in Francisci digressu quantum profuderint lacrymarum. quippe illum cum aliis nominibus, tum verò ob egregiam eius sanctitatem, eximiè carum habebant omnes. Quocirca flentes, eumq̃ magistrum, ducem, patrem confusis appellantes vocibus, pro se quisque immortales abeunti egère grates, quòd eis tanto suo labore æternæ

salutis monstrasset viam. Erant neopoli  
facile octingenti, tam bene instituti,  
Paulo magistro intra paucos menses or-  
ti, septem ipsos annos, sine villo duce, om-  
nes ad vnum in Christi fide permanserunt,  
quoad aliquot e Societate IESV eò mi-  
venère. Figuenum regnum est in eadem  
Iaponiæ iniula, quam Ximum appellat  
docuimus. Ad huius Regni oppidum (Fi-  
rando nomen est) millibus passuum à Can-  
goxima circiter CC. progressus Xaverius,  
benignè à Lusitanis, & eorum instinctu  
etiam ab Rege excipitur: apud quem dies  
aliquot diuersatus, oppidanos facile cen-  
tum ad Christi fidem cultumque traduxit.  
Et quanquam eum operæ apud Lusitanos  
& Firadenses positæ huiusmodi peni-  
tebat (plures quippe Firandi paucis diebus,  
quàm Cangoximæ multis mensibus, ad  
Christi adiunxerat gregem) tamen maiora  
mente complexus, Cosmo Turriano neo-  
phytos committit; ipse cum Ioanne Fer-  
nando in Iaponem insulam trajicit, Me-  
cum petiturus. Verùm edoctus à locorum  
peritis, Amangucium oppidum satis ce-  
bre in via esse: confestim eò, Amanguciani  
Regis animum ac sensus tentando  
explorandi que studio, pergit. Oppidum est  
maritimum in præcipua illa Iaponiæ parte,  
quam Iaponem propriè vocari diximus.

*Firandum  
oppidum.*

*Amangucium  
oppidum.*

A ma

Amangucium in primis amplum ac nobile: quippe sedes Amanguciani Regis, qui opibus præpotens, cum Meacenti Rege omnium maximo de imperio dimicat. Id oppidum, gentis more, rectis ligneis constat: familiarum millia amplectitur circiter decem. Abesse dicitur à Firando millia passuum ferme CCC. Huc igitur cum venisset Xaverius, reperit nobiles viros permultos, pluresque è plebe, avidos cognoscendæ Christianæ religionis, de qua multa rûmore ac fama dudum acceperant. Itaque in compitis ac triuiis bis in die de scripto (nondum enim linguam Iaponicam probè norat) Euangélium diuulgare instituit, magnâ hominû frequentiâ concursuque. Cæterùm sermonem de diuina Lege non æquè prospere omnium excipiebant aures. multi audiebant sanè libenter: plures contrà aspernabantur penitus: nonnulli etiam procaciùs irridebant. Quocirca per vias euntem deinde Xaverium, *Xaverius* velut insanum, magna puerorum *velut insanus exagitatus* vltimæque fortis hominum turba prosequabantur illudentes, atque ea quæ audierant Christianorum mysteria legesq. nominatim per iocum ac ludibrium inculcantes. Quæ ille omnia, non tam contumeliam quam contumeliæ causam intuens, æquolatoque ferebat animo. Ita plus ferendo quam



quàm dicendo profecit. Namque auditorum prudentiores, cum minimè fatu esse intelligentes, egregiam eiusdem tot probris, verborumque contumelias, timentiam æquitatemque animi admirabantur; utique cum eundem audirent inde usque ab Europa per immensam Oceanus spatia in Iaponiam, duntaxat novæ religionis tradendæ studio, traiecisse. Ad ultimam peregrina virtus miraculo esse cœpit, & multorum sermonibus ac studiis celebratolique. Ergo Dynastæ plures, diligentius exploraturi quid tandem religionis ex aliis aduexisset orbe, eum domum suam accersiebant, suapte sponte pollicentes, si religiones, quas afferret, ipsis probauisset, habere dubiè patriis prælaturos. Sed nimirum illud opus non est volentis, neque currentis, sed miserantis Dei. Eædem res aliter ab aliis, à plerisque autem auribus magis quàm animis admittuntur. Post dies aliquot in compitis & privatorum ædibus non sine fructu consumptos, ad Regem, eius accersitu, Xaverius venit. Percontanti genus, causamque suam in Iaponiam aduentus, respondet se nationem Hispanum eò diuinæ legis prædicandæ causâ venisse, de ipsorum salute sollicitum. Neminem quippe saluum esse posse, nisi non Deum huius vniuersitatis opificentem, IESUM unicum Dei Filium, omnium gen-

*A Dynastis  
domum ac-  
cersitur.*

Rom. 9.

rum Saluatorem agnosceret, eiusque cæ-  
 lestem salutaremque legem impensius cu-  
 stodiret. Iussus ergo ab Rege protinus eam  
 legem explicare, morem illi gessit haud  
 inuitus, bonamque sui libri recitauit par-  
 tem. Auditus est horam circiter attentè  
 sanè ac diligenter. Sed Rex barbarus, au-  
 diendis rebus cælestibus quàm gerendis  
 aptior, audita neglexit. Xauerius inde ad  
 concionandi munus reuersus (vt paulatim  
 consuetudo homines, quamuis feroces, mi-  
 tigat mollitque) æquioribus populi animis,  
 secundioribusque concionibus, est vsus.  
 Complures iam egregia Christi facta cu-  
 pidè audiebant. Vbi verò ad acerbissimos  
 eius cruciatus, indignissimamque necem  
 ventum erat, lacrymis temperare non  
 poterant: adeò etiam barbaris miseranda  
 videbatur. Misericordia religioni aperuit  
 viam, nonnullique Christo aggregari cœ-  
 pti. Verùm Franciscus haud operæpretium  
 ratus in ea vrbe versari diutius, Meacum  
 pergere decreuit, ea mente, vt à Meacensi  
 Rege, qui propter imperij magnitudinem  
 Magnus Rex dicitur, veniam diuulgandi  
 Euangelij peteret. Meacum quippe vrbem  
 totius Iaponis longè clarissimam sciebat  
 esse, ac Gymnasio maximè inclytam. De  
 cuius magnitudine vrbis, celebritate Col-  
 legiorum, Cœnobiolorumque multitudine,

*Regi Euangeli-  
 um præ-  
 dicat.*

*Ethnici au-  
 diendo Chri-  
 sti cruciatus  
 lacrymātur.*

*Magnus Rex  
 Meacensis.*

310 FRANCISCI XAVERII  
in ipſo itinere adeò multa cognorãt,  
in animo fuerit rectà contendere Meacum. Sed, Deo Cangoximaniſ fauente  
Cangoximam, vt ſuprà diximus, nauem  
appulſa eſt, vbi ſpes Chriſtianæ rei bene  
gerendæ diutius quàm fructuoſius eum reſer  
tinuerat. Meacum igitur iturus, dedit  
in viam duobus comitibus, Ioanne Fer  
nando è Societate, & Bernardo Iapone  
neophyto, antiquæ probitatis viro, qui Can  
goximæ ad Chriſti fidẽ acceſſerat primus

#### CAPVTVI.

*Meacum magno labore contendit.*

**M**EACVS vrbs in media ferme inſula  
ſita eſt, velut Iaponiſ vmbilicus. Diſta  
ab Amangucio, quod in primo inſulæ aditu  
eſt poſitum, recta quidem regione paſſuum  
millia non amplius CL. Sed anfractus ma  
ximi æſtuariorũ ac montium intercedunt.  
Eò iter intendit Xauerius anno poſt Chri  
ſtum natum M D L. menſe Octobri, quo  
menſe in Iapone ingruit frigus. Erat tunc  
iter illud non modo ſaxis aſperum, ſed  
etiam perpetuis obſitum niuibus, quas æſti  
gelu vis hyemis adſtrinxerat. Quocirca  
paſſim in ſyluis concretæ ex niue glaciæ  
quafi trabes ex arboribus pendebant, per  
ſtem atque exitium viatoribus minitantibus

Acco-

Accedebant bellorum, quibus tota regio ardebat, haud leuia pericula: crebra etiam latrocinia, quibus itinera erant infesta. Franciscus tamen omnium rerum, præterquam diuinæ prouidentia, salutisq̃ue animorum, immemor, iter adeò longinquum ac periculosum alienissimo anni tempore suscepit. Caterum siue vt expeditum inter barbaros iter, siue vt certum aliquem talis viæ ducem haberet, equi indigenæ, Meacum petenti, famulum semet adiunxit, feruitutem quoque pro Christo sibi decoram ratus. Domini ergo equitantis sarcinulam, præter suum Missæ instrumentum, cursitans gestabat humeris. Herus quippe cursus magis quàm itineris modo concitabat equum per obnoxia latronibus loca. Et Franciscus pedibus ferme ibat nudis, quòd rini amnesque vado transeundi se passim offerrent. Itaque sæpenumero pedibus exniuis & algoris iniuria intumescens, grauius laborabat: crebro etiam cursu & sarcinarum gestatione fatigatus, glacie aut asperitate viæ fallente vestigia, corruerat. Quæ ille omnia non aquo solum, sed etiam intento in Deum & à sensibus alienato superabat animo. Quippe tanta erat vis cælestis contemplationis, vt vitiis dulcedine sensibus, subinde in vepres indueret se; ad lapides offensaret pedes

*Meacensis  
equi famulum se  
adiungit.*

*Meacensis  
itineris labores  
erumna.*

laceraretque sine vilo prorsus sensu d  
 ris. Nec verò noctis conditio melior qu  
 diei. sæpe de nocte imbribus madefac  
 frigore confectus ac fame, ad diuersos  
 veniebat, vbi humana ærumnarum  
 fidia solatiâque suppeterent nulla. Ar  
 mento est, quòd toto illo itinere oryza  
 eaque emendicata, vitam tolerauit, non  
 minore alimentorum inopia, quàm com  
 ris vexatione procedens. Tantas hæc in  
 neris ærumnas insolètia exasperabat ge  
 tis. Iapones, vt elato sunt celsòque animo  
 peregrinum hominem, Iaponicæ elegan  
 tiæ ac moris ignarum, eundemque sui con  
 temptorem, exagitabant, velut stolidum  
 fatuumque. Quocirca in oppidis ac pagis  
 quâ transibat, in nauigijs quibus vehen  
 tur, in viis passim ac diuersorijs, omnium  
 erat ludibrium. At ille hilariter, non modò  
 patienter, cuncta perferebat, cum Apostolo  
 stultus propter Christum, & omnium periculum  
 esse gestiens. Mensibus in itinere duobus  
 exactis, demum innumerabilibus terra  
 marique perfunctus malis, Meacum Dei  
 benignitate saluus & incolumis peruenit  
 Meacus vrbs est Regia, Iaponiæ totius  
 gè maxima ac celeberrima. Ea cum flo  
 ret (si famæ libet credere) tectorum prop  
 CC. millibus frequentabatur, sed cre  
 vastata bellis, populationibus, incendijs  
 p. p.

Xaverius  
 exagitur  
 vt stolidus.

Mecus vrbs  
 maxima &  
 celeberrima.

opè dimidio minor euasit. Sanè muro-  
 rum circuitus, vrbiſque vaſtitas ea eſt, quæ  
 veram eſſe oſtendat vetuſtatis famam.  
 Cùm eò venit Xauerius, domorum habe-  
 bat, facile centum millia. Meaci Academia  
 eſt percelebris; Collegia diſcipulorum  
 quinque præcipua, Cœnobia verò innume-  
 ra virorum mulierumque. Itaque ma-  
 xima ſeges ac materia conuerſionis offerri  
 videbatur. Verùm (quæ ſunt occulta Dei  
 conſilia) ea ſpes proſus irrita atque inanis  
 fuit. Meacum vt venit, intentus in occaſio-  
 nem Regis adeundi, petendique ab eo vt  
 faceret Euangelij in ſuo Regno pronun-  
 tiandi poteſtatem, ad Regiam dies aliquot  
 fruſtra expectauit. Iaponicæ quippe con-  
 ſuetudinis vrbaniſque inſcitia, vulgaris  
 & obſoleta veſtis, Chriſtianæ vitæ ſimpli-  
 citas eum cohorti Regiæ eludendum præ-  
 bebant. Itaque adèò obſtructos omnes ad  
 Regem inuēnit aditus, vt nunquam om-  
 nino eum adire licuerit. Ergo cùm inte-  
 rim comperiffet, ceteros Dynaſtas, Mea-  
 cenſis Regis maieſtate obſoleſcente, ne-  
 quaquam illi dicto audientes eſſe; mutato  
 conſilio, curaque impetrandi Regij diplo-  
 matis omiſſa, tentare Meacenſes cœpit,  
 quo tandem animo Chriſtianam accipe-  
 rent legem. Reperit ciuitatem omnem  
 ſolicitam expectatione, ſuſpenſam metu

*Xauerius à  
 cohorte Re-  
 gia eluditur.*

bellorum ingruentium. Itaque, aucto-  
 ribus animisque omnium, tempus ter-  
 Ultro etiam in compitis ad circumfusa  
 multitudinem verba faciens (quod idem  
 illi in aliis quoque oppidis acciderat) a pu-  
 ris ac fece plebis passim obsoletis calcis  
 aut etiam lapidibus petebatur exigebatur  
 adeò nihil salutare non modò ad animos,  
 sed ne ad aures quidem admittebat obli-  
 nata superstitio. At ille *ibat gaudens, quòd à  
 gnus habitus esset pro nomine IESU contumeliam  
 pati.* Demum vt perspexit nec pacatam esse  
 ciuitatem, & ab Euangelio prorsus alie-  
 nam; eniuero doluit sibi, post tantos  
 neris labores, re infecta, nullòque cum  
 manipulo ex tanta segete discedendum  
 sed tota re diuinæ voluntati prouidentia  
 permiffa, Amangucium remigrat, illa se  
 cogitatione consolans, præclarum esse pro  
 CHRISTO magna non solum agere, sed  
 etiam pati.

Lapidibus  
 aspericitur.

## CAPVT VII.

*Amangucij Rege muneribus conciliato,  
 complures Christianos facit.*

**A**MANGUCIUM igitur, pari ferè labore  
 & incommodo atque inde Meacum  
 ierat, reuersus, ex templo statuit Regem  
 conue-

conuenire : eique à Praefecto Indiae, Episcopoque Goano, literas ac dona, quæ Firandandi reliquerat, tradere. Hæc ille munera Meacensi Regi, qui totius Iaponiæ maximus ferebatur, destinarat animo. Ceterum ubi animaduertit illum precario iam regnantem, non tam imperio magnum esse, quam nomine, Regem autem Amangucij opibus pollere; mutata voluntate huic danda censuit, ratus eum sibi potissimum donis conciliandum, qui rem Christianam auctoritate iuuare plurimum posset. Itaque Firandum celeriter regressus, nouam Regis adeundi rationem, quam subiecerat necessitas, inuit. Iam vsus eum docuerat, ab Iaponibus, communi mortalium vitio, homines specie cultique corporis æstimari, pannosos verò vix hominum numero haberi; perinde ac si viri decus vestitus magis quam virtus foret. Quocirca obsoleta veste deposita, vestitus elegantiam assumere decreuit, & splendore vestis oculos speciosa magis quam vera bona spectantium capere, vt eorum deinde animis lucem offerret veritatis. Ergo Amangucium cum remeasset, splendida in veste, duobus tribusue famulis comitantibus, adiit Regem. Et consilium comprobauit euentus. Protinus ab aëclis ad Regem introductus, ab eo sanè benignè comiterque excipitur.

Pauca

*Splendore  
vestis adiit  
sibi facit ad  
Regem.*



Pauca præfatus, à Prorege Indiæ & C  
 Episcopo literas amicitiaæ obfides,  
 grina munera amicitiaæ pignora, atq  
 his monochordum & horologium R  
 tradit, non tam pretio quàm nouitate  
 admiratione artificij, grata illis locis  
 accepta. Rex igitur literis donisque Lu  
 tanorum mirè lætus, magnum argenti  
 rique pondus Xauerio inuicem elargit.  
 At ille memor se non mercatorem esse  
 sed Sacerdotem, remissis quæ offereban  
 tur, Regem precari enixè institit, vt diuina  
 Legis in sua ditione sibi promulgandæ  
 suis popularibus accipiendæ, potestatem  
 regio faceret edicto; hoc dono nullum  
 nullum Lusitanis dari optatius posse. It  
 que Rex tantam abstinentiam admiratus  
 aspernantis quod alij per ingentia fret  
 rum terrarumque pericula peterent, non  
 dubitauit eius religioni fauere, cuius suspi  
 ceret virtutem. Extemplo igitur per  
 nes vrbis vias pronuntiare præcones iuber  
 placere Regi Christianam Religionem  
 proponi suis popularibus, vt, quicumque  
 vellent, fieret Christiani. Proinde ne qu  
 quam Lusitanos Sacerdotes facto verbo  
 læderet, neu cuiquam patria sacra del  
 ruisse fraudi foret probroue. Insuper  
 cum potestate facultatem daret, Xaueri  
 inane Bonziorum cœnobium ad habit  
 dum

*Dona Regi  
 offert.*

*Regis dona  
 repudiat.*

*Edictū Re  
 gium pro re  
 ligione Chri  
 stiana.*

um attribuit. Ea res & nomen Francisco,  
& religioni existimationem conciliauit.  
Ergo permulti, cognoscendæ nouæ reli-  
gionis auidi, ad eum audiendum conflue-  
bant. Nec illorum studis deerat Xauerius,  
aliquam iam ipsorum linguæ facultatem  
nactus. Bis in die concionem ad populum  
habebat, magnâ semper ciuium frequen-  
tiâ. Vbi perorauerat, aliquantisper cum  
auditoribus de rebus pro suggestu expositis  
disceptabat. Aut enim interrogantibus re-  
spondendum erat, aut ipsi inuicem inter-  
rogandi. Id certamen, aliis super alios vr-  
gentibus, plerunque ad multam noctem  
tenebat, vix vt esset corporis curandi lo-  
cus. Nec alia res maiori erat impedimen-  
to, quàm Iaponicæ linguæ inscitia. Quippe  
identidem, cum insolens aliquod verbum  
fastidiosas delicatasque eorum offendisset  
aures, Francisci infantia risui erat. Itaque  
non deerant qui risus captandi causa quæ-  
stionibus eum onerarent. Cæterum is ora-  
tionis spiritus, ea vitæ ac religionis sancti-  
tas, tamque à Bonziorum vita doctrinæque  
discrepans eminebat, vt, quod dicta non  
poterant, ostenderent facta. Quocirca Ia-  
pones, ingeniosos vtique & obsequentes  
rationi, haud fallebat, quàm consentanea  
essent illa, vt cunq̃ue diceretur. Conuenie-  
bant multi è cœnobiis Bonzij Bonziæque;  
plures

plures etiam e nobilitate, e plebe  
 quamplurimi. Assidue referta erat de  
 omnium ordinum hominibus : ac  
 aduentantium capere nequibat multum  
 nem. interrogationes adeo multae fuerunt  
 ac variae, vt discussa demum errorum  
 ligine, ac luce veritatis oborta, non parum  
 ex Francisci responsis perspicerent, led  
 suorum Deorum manes ac falsas, diuinae  
 autem verae esse solidamque. Nec in susci-  
 pienda vera religione, quam in excutienda  
 da; segniores fuerunt. Diebus aliquibus  
 in percontando respondendoque consum-  
 ptis, plures Christiani fieri; primi autem  
 omnium ij, quorum praecipue pernicia  
 Xauerio in concionibus certaminibus  
 obstiterat, Deo pertinaciam in facilitate  
 vertente. Quanquam primum decus non  
 doctrinae fuit, sed patientiae. Fernando  
 Francisci socio in trivio concionante ad  
 plebem, Iapon forte quidam praeteriens ad  
 concionem accessit. Inde, vt erat homo  
 solens, prodit in medium, & collectam  
 ore saluam in concionantis os conicit  
 eam ille contumeliam adeo patienter  
 lit, vt nihil omnino commotus, abster-  
 linteo facie, institutum pertexeret sermo-  
 nem. Tante patientiae miraculo motus qui-  
 dam e concione, in animum induxit suum  
 a viris tanta virtute praeditis non posse  
 religio-

*Fernandi  
 virtus.*

*Iaponis cu-  
 iusdam in-  
 solentia.*

*Patientiae vis  
 ad Ethnico-  
 rum conuer-  
 sionem.*

Religionem, nisi sanctam, afferri. Itaque  
 omni ad Franciscum venit, instituitur, ac  
 primus omnium baptizatur. Huius exem-  
 plum alij deinceps sequuti. Inter hos Lau-  
 rentius quidam Luscus tantum animo di-  
 uinae lucis accepit, vt, nuntio rebus huma-  
 nis remisso, totum se Deo consecraret,  
 magno cum Iaponiae emolumento. Is nam-  
 que in Societatem à Xauerio adscriptus,  
 egregius deinde concionator extitit; po-  
 populariumque suorum quam plurimos ad  
 Euangelij lumē adduxit. Baptismate dein-  
 de lustrati honesti homines multi, qui  
 summa Francisco familiaritate deuincti,  
 tantopere ei gratificari studebant, nun-  
 quam vt satisfacerent sibi. Quocirca de Ia-  
 ponum sectis ac religionibus ab illo inter-  
 rogati, impensius etiam, quam rogaban-  
 tur, omnia prodebant.

*Laurentius  
 Luscus concio-  
 nator  
 egregius*

## CAPVT VIII.

*Cognitis Iaponum sectis, complures  
 eorum conuertit.*

Ex his igitur ille longè accuratiùs quam  
 antea Iaponicas religiones discipli-  
 nasque cognouit; sectas vigere in Iaponia  
 tum virorum tum feminarum omnino no-  
 tum: liberum cuique esse, quam velit,  
 sequi.

*Iaponicas se-  
 ctas.*

sequi. Itaque euenire vt in iisdem  
 tectis, quot capita tot penè sint discipuli,  
 domesticique inter se contendant,  
 quisque aliis præferre conantes. Ex his  
 lectis nullam de mundi animorumque  
 creatione quicquam tradere. Nimirum  
 idcirco, quòd nullum horum esse princi-  
 pium consentiant vniuersa. Inter omnes  
 conuenire, post hanc vitam sedes esse ani-  
 morum duas, damnatorum vnã, alteram  
 Beatorum. Cæterum quale tandem sit be-  
 atorum domicilium, cuius imperio anime  
 detrudantur ad inferos, docere neminem  
 tantum quãsdam decantare fabulas de sa-  
 rum disciplinarum auctoris, quorum  
 Xaca & Amida principes numerentur: eo  
 propter aliorum salutem grauissimas viti-  
 iubiisse pœnas, maximèque diuturnas. Hi-  
 rum sectarum alias trecenis, quingentis  
 alias præceptis contineri: omnes tamen  
 quinque tantum leges ad salutem necessa-  
 rias ducere, quibus caueatur; Ne hominem  
 occidant, neu animal vllum occisum com-  
 edant, neu furentur, neu mœchi menda-  
 cesque sint, neu vinum bibant. Bonzias  
 verò & Bonzias hoc suscepisse, vt prope-  
 pulo, qui, vrbani curis negotiisque impe-  
 ditus, eas seruare nequeat leges, ipsi sacri-  
 facerent; hac tamen lege, vt eis domicilia  
 redditus annuos, cæteraque attribueret viti-  
 sub-

Xaca &  
 Amida sa-  
 ponum Dij.

Bonziorum  
 improbitas  
 & auaritia.

Subsidia, & scilicet honorẽ haberet. Quo-  
 circa locupletes è populo, ac Dynastas, vt  
 peccandi licentia fruerentur, conditione  
 accepta, impensè illis quæcunque postu-  
 larent concessisse, ratos Bonziis deprecanti-  
 bus haud dubiè vel ab inferorum pœnis  
 se vindicatum iri. Bonzios porrò ipsos ab  
 omnibus petere eleemosynam, dare ne-  
 mini. His aliisque rebus eiusmodi comper-  
 tis, Xauerius suis Iapones institutis quasi  
 armis oppugnare adortus, sic apud popu-  
 lum cum Bonziis cœpit agere, vt eorum  
 commenta certis argumentis rationibusq.  
 conuelleret. Præcipuè verò docebat, ex  
 inferorum suppliciis Bonziorum deprecata-  
 tione eximi neminem posse; vtique cùm  
 Bonzij leges, quas pro aliis seruaturos se  
 recepissent, ipsi minimè seruarent. Con-  
 stabat quippe illos, lapsa iam vetere disci-  
 plina, potare vinum, carne clàm vesci,  
 palàm mentiri mœcharique. Proinde po-  
 pulus, patefactis Bonziorum dolis, indi-  
 gnari vulgò, & illorum fraude se deceptos,  
 bonisque spoliatos, queri. Et ab ipsis Bon-  
 ziiis demũ veritatis confessio expressa est:  
 nisi solertia eos ab inopia vindicaret, enim-  
 uero fore sibi pereundum fame. Itaque ex  
 eo Bonzij magna non solum damna, sed  
 etiam dedecora subierunt. Inde Xauerius,  
 comperto ex Iaponum amicorum fermo-  
 nibus

*Fabula Ja-  
ponū de Xa-  
ca & Ami-  
da.*

nibus literarumque monumentis, Xacam  
& Amidam duo annorum millia explu-  
uisse, Xacam verò octies millies natum,  
aliâque multa his similia, risu quàm rele-  
digniora, extemplo ineptas fabulas excog-  
itare institit, illos non homines aut Deos,  
sed Diaboli portenta fuisse demonstrans.  
Quibus Bonziji, venefici, caterique divi-  
næ legis aduersarij prorsus conuicti, cum  
reticerent; gaudebant scilicet Christiani,  
in suscepta fide ac proposito confirmati.  
Ethnici verò qui aderant, perspectis ma-  
gistrorum erroribus, in suis religionibus  
labantes, paulatim ad Christi cultum trans-  
ferebant se. Ergo id indignè ferentes Bon-  
ziji, grauius eos, quòd patrias religiones  
desererent, accusare: illi contrà responde-  
re, nimirum diuinam legem magis con-  
sentaneam esse, idæque vel ipsis auctoribus,  
qui Iaponicis obiecta legibus refellere nul-  
lo modo sustinerent. Rursus Bonziji obie-  
ctare Francisco auctoritatem Sinarum, à  
quibus religiones petitas Iapones habe-  
rent. Nunquam utique Iapones religionem  
& caerimonias mutaturos, nisi prius Sinae  
mutassent. Proinde abiret illuc, inferret  
Euangelium, Sinis Christi iugum impo-  
neret: illis si haecis. tum demum Iaponiam  
quoque in Christi fidem vltro esse ventu-  
ram. Caterùm hæ Lonziarum voces nihil  
admō-

Admodum Xauerij conatibus obstabant, qui nihilo minùs destinata exsequi studebat. Iapones quidem, qui nihil penitus de Solis, Lunæ, stellarum, orbium cælestium, terræ, maris, animorum, cæterarumque rerum molitione inaudierint, huius vniuersitatis opificem & effectorem vulgo nullam agnoscunt. Francisco igitur ostendente, rerum omnium ac nominatim animorum conditorem esse Deum; mirabantur scilicet eiusmodi rerum principium non Iaponibus modò, sed etiam Sinis, vnde ipsi religionem adsciuiissent, penitus occultum & ignotum fuisse. Admiratio eò demum erupit, vt non magis Xauerium Christiq. religionem suspicerent, quàm Bonzios Iaponicasque contemnerent sectas. Hisce ergo disputationibus adeò Bonziorum nationem conturbauit Xauerius, vt, qui ante eius aduentum de suis legibus inter se contenderent, iam, omisso hoc certamine, omnes pariter de vna Dei lege loquerentur. Ac multi multa quotidie percontabantur ex Francisco; vnumne esset rerum bonarum malarumq. principium, idque vtrù bonum an malum? Respondenti, vnum esse rerum omnium principium, & summè bonum, obijciebant illi Diabolos humani generis hostes, quos malos esse cõstaret: si Deus bonus esset, cur res tam perniciosas procreat?

*Iapones A-  
stronomia  
ignoti.*

*Acute Iapone-  
nari inter-  
rogationes.*



fectum? Tum Xaverius illos bonos procreatos  
 Deo, suo vitio malos evasisse, atque idcirco  
 apud inferos aeternis manari suppliciis. Et  
 illi deinceps querere inciperent: Cur Deus  
 homines ab se ad summa cultum condico-  
 Daemonibus in fraudem impelli sineret?  
 Quin humanas mentes ad virtutem pro-  
 pensas fecisset potius, quam proclives ad  
 vitium? Ad ea Franciscus, hominem libe-  
 rum esse naturam, diuinamque praesidia ad pro-  
 gniam victoriamque parata, si modo vi-  
 velit, habere demonstravit: & simul hu-  
 manum genus ad honestatem natum, pe-  
 rentum vitio, maloque cultu, depravatum  
 esse docuit. Tum illi ab hominum culpa in-  
 feucritatem Numinis versi, sciscitari cu-  
 tandem inferorum carcerem malorum vi-  
 timum edificasset? cur hominum aeterni  
 addictorum cruciatibus nulla unquam eum  
 misericordia caperet? Contra Xaverius  
 ostendere, tantam esse Dei maiestatem,  
 tanta eius in homines vel uniuersos vel  
 singulos promerita, ut nullum repenti  
 possit supplicium tantum, quod non ho-  
 muncioni, delectis manibus violatori, pro  
 tanto scelere deberetur. Nam tamen esse  
 Dei clementiam, quae semper aliquid de  
 merita remitteret poena. Et haec quidem,  
 aliisque his similibus, ingenti assensu audie-  
 bantur, ut cuncti facile acquiescerent. *Con-*  
*terunt*

erum illa cura eorum animos sollicitabat maxime, quod nec benignus nec æquus Deus videretur, qui omnium regionum, præterquam Japoniæ, memor, Japonibus ante Francisci aduentum nunquam indicasset sese; utique si quotquot ignorum non coluissent Deum, ad inferorum damnasset supplicia, eodemque fuisset ipsorum maiores, caelesti luce fundatos, præcipites ferri æque. Ad hæc Franciscus demonstrare, diuinam legem, mortalium animis insitam, legum omnium esse longè antiquissimam. Quippe Japonæ etiam ante leges ab Sinis petitas, rationis admonitu non ignorasse, nefas esse hominem occidere, furari, peierare, & cætera quæ diuina lex prohiberet. Itaque si quis tale quicquam admisset, conscientia, quasi sceleris viadice, stimulante cruciari. Id adeò in solitario homine explorari licere, qui in desertis syluis sine vlla literarum legumue humanarum cognitione educatus, tamen diuinarum legum de homicidio, de furto, de periurio, rebusque cæteris, haudquam foret ignarus. Quod si in barbaris quoque nationibus cerneretur, quid tandem in humanis ac politis futurum? An non igitur iure multari supplicis, qui diuinam legem naturæ insitam violarint; quam si obseruassent, utique eis caelestis fuerit obortura

216 FRANCISCI XAVERII

*Tapones ouin  
geni bapti-  
zati.*

lux? Hoc responso cum silentium effectus  
impositum; paulatim salubre Christi-  
gum accipere cœperunt. Ergo duorum  
mensium spatio civium capita baptiza-  
facile quingēta. Hi stentes vicem liberum,  
parentum, necessariorum, maiorumque  
suorum, sciscitabantur identidem de Xa-  
verio, ecqua spes, ecqua via foret æternam  
ab eis miseriam depellendi: quibus ille ob-  
ortis lacrymis abnuens suadebat, vt hoc  
impensius ipsi, quibus diuinitus oblata lux  
salutisque esset, Deo grates agerent, & alie-  
næ clacis sensum suæ incolumitatis spele-  
nirent; quo necessitatem patientia faceret  
leuiorem. Inde illi ad alia quærenda versi,  
rogitabant, quæ mundi figura, qui Solis ac  
siderum cursus; vnde crinitæ Stella, venti,  
fulgura, fulminaque existerent; quæ vis ni-  
uem, grandinem, imbres effunderet. Qua-  
rum origines rerum Xaverius, haud igno-  
rus Ast. ologiæ Philosophiæque naturalis,  
cum expromeret, stupebant scilicet homi-  
nes ad talia rudes, peregrinum ingenium  
pariter doctrinamque mirantes. Et harum  
rerum fama cum peruasisset urbem, in-  
gens etiam Christianæ legi nomen fecit,  
vt non in publico tantum, sed etiam in  
priuatis tectis celebraretur. Et ea res haud  
minus emolumentum dempsit Bonziorum  
familiis, quàm adiecit rei Christianæ, pluri-  
morum

morū animis à patria superstitione auerfis.  
 Lamque opinio erat, breui multa illorum  
 cœnobia, compluribus Bonziorum disci-  
 plinam deferentibus, deficientibusque vitz  
 sublidis, peritura; magno utique rei Chri-  
 stianæ incremento. Quantum porrò Bon-  
 ziorum auctoritas dimiuita atque obruta  
 sit, vel ex eo intelligi licet, quòd eorum  
 studiosissimum quemque iam non tam vo-  
 luntas quàm necessitas in veteri retinebat  
 instituto. Dynasta quidam erat Amangucij  
 copiosus & opulentus in paucis is vna cum  
 coniuge impensè & Xauerio & Euangelio  
 fauebat. Verum utriusque præteriti temp-  
 oris temeritas ademit in posterum liberta-  
 tem. Hi nimirum multa Bonziis domicilia  
 ædificata magnis rebus instruxerant,  
 Amidam, quem præcipuè colerent, sibi ad  
 beatitudinem propitiaturi. Quocirca ne-  
 gabant commissuros se, vt collectam per  
 tot annos tantis sumptibus Amidæ gratiam  
 commutata religio subito effunderet. Nisi  
 hæc animum remorderet cura, aliud con-  
 silij esse capturos. Bis insipientes, qui &  
 temere errarint, & hæere in errore quàm  
 emergere maluerint. Sed quod hi vano  
 veteris instituti respectu noluerunt face-  
 re, vt spectatam Christi fidem sequerentur,  
 id alij complures, veritatis luce capti,  
 impensè fecerunt. Ergo Bonzij, Indibrij  
 X 4      damni-

328 FRANCISCI XAVERII

damnique impatientes, irâ & inuidiâ fure-  
 rere in Christianos; in suis concionibus,  
 eodem tempore habitis, multa in Deum  
 impiè iactare: multa contumeliosè, quæ in  
 ipsos conuenirent, in Franciscum euome-  
 re: minaciter Iaponibus denuntiare, Iapo-  
 niam, simul Christianæ legis iugum acco-  
 pissent, interituram. Sed eorum contumeliæ  
 magis ipsis odium, quàm Xauerio con-  
 temptum, crearunt. Iapones enim haud  
 dubij Bonziorum maledicta ex inuidia ac  
 maleuolentia oriri, non solùm id ipsum  
 predicare, sed innoxio etiam fauere cœpe-  
 runt, inuidorum obtreccatione in laudem  
 fauoremque cedente. Inter hæc Franciscus  
 summa cum cura exquirens, ecquam Iapo-  
 nes notitiam habuissent olim Euangelij  
 Christi que, comperit Iaponicarum litera-  
 rum, siue Iaponum ipsorum testimonio,

*Iapones nul-  
 lam Christi  
 & Euange-  
 lii laudem ac-  
 ceperant.*

*Academia  
 Banduensis.*

Iapones, ante ipsius aduentum, Christi no-  
 men ne fama quidem accepisse. Quæ res  
 strenuum alioquin in Euangelio circum-  
 ferendo Xauerium, haud secus quàm par-  
 erat, stimulauit, mirè lætam eò religionis  
 propoganda causa penetrasse, vt Euangelij  
 sonus in vltimis auditis terris, etiam in  
 vltimis insulis audiretur. Pluribus iam ad  
 Christi ouile cõgregatis, florebat res Chri-  
 stiana, cum magnum ei vel adiumentum  
 vel decus accessit. Banduensis Academia  
 est in

est in Iaponia & celebritate & nobilitate maximè inclyta, vtpote quæ amplius quatuor auditorum millibus frequentatur. Ex hac Academia vnus magna sapientie fama ac nomine factus est Christianus, memorabili sanè ratione. Genus est Bonziorum, qui commentationibus dediti, quid ipsis futurum sit post vitam, & alia cuiusmodi, meditantur. Ex quibus haud sanè paucos sedula commentatio in eam demum adduxit sententiam, vt in Iaponum disciplinis nihil esse censerent opis ad salutem animorum. Sic enim ratiocinabantur: nimirum, Oportere vnum omnium rerum principium reperiri: de eo in suis libris mirum esse silentium, cum nulla vsquam de huius vniuersitatis conditore mentio fiat. Quis igitur ignaros conditoris sui saluos esse posse? Sed ceteris inter pudorem metumque hesitantibus, is, quem diximus, ad Christianorum se addidit coctum, salutis cupiditate verecundiam vincente. Et quidem is in animo habuerat aggregare se ad Bonzios: verum vt ex Francisci disputationibus eorum agnouit errores, summi vtique mundi que opificem, quem Christiana religio proponeret, colendum ratus, mutata in diuersam mente, Christo adiunxit sese. Ea res quam Bonziis acerba, tam iucunda neophytis fuit. Cum

## 330 FRANCISCI XAVERII

enim is in sua ciuitate eruditionis primam teneret; eius auctoritas in vtramque partem valebat plurimum. Quocirca illo ad baptismum ceteros suo exemplo incitante, res Christiana & dignitate & numero auctior cœpit esse. Tantus autem neophytis ea re ardor iniectus, vt pro se quisque cum Ethnicis de religione decertarent; conuictos velut captiuos ad baptismum adducerent; suasque inter se pugnas ac victorias compararent. Qua ex re Franciscus eam percipiebat animo voluptatem, quæ omnem laborum ærumnarumque extingueret sensum. Igitur Amangucij ingenti incremento Christiana res aucta est (quippe vnus anni spatio ad tria capitum millia baptizata) gregisque incrementum pietas æquauit. Qui olim suas illas precatórias calculorum series ita percurrebant, vt suæ quisque sectæ conditorem subinde nominatim implorarent; superstitione in religionem versa, studium illud suum auerxerunt. Nam B. Mariæ coronas rite decurrentes, salutatione Angelica ad minores orbiculos recitata, identidem inuocabant salubria I E S V & Mariæ nomina; seque in Francisci, velut vnici exempli, mores (quoad fas esset) formare nitentur. Tantos porrò Amanguciani neophyti progressus in pietate fecerunt sub Xaue-  
haud

*Католикъ ревностнѣе  
 пыталъ  
 ариѣ.*

*Вънѣтъ  
 года три  
 тысяча  
 человекъ  
 крѣсти-  
 лъ.*

*Католикъ  
 предъ  
 коронами  
 моли-*

haud poenitendo magistro, ut post eius discessum propter Regum importunitatem à magistris ferè ac rectoribus destituti quinque & viginti annos, in medio Ethnicorum, institutum vitæ Christianæ cursum tenuerint, ipsi sibi rectores magistrisque.

## CAPVT IX.

*Bungi Regem ipsius inuitatu adiens,  
in signi honore excipitur à Lusitanis.*

**M**AGNUM iam erat Xaverij nomen in Iaponia, magna sanctitatis opinio, ut iam humanum fastigium prope modum excederet. Quocirca illum Iapones tanquam diuinum quendam hominem venerabantur. Hæc sanctitatis fama longinquas etiam regiones peruagata, Iaponiam propè vniuersam eius nomine egregiisque factis implenerat. Itaque dum ea quæ exposuimus, maximè gereret Aman-gucij, ab Rege Bungi literas accipit plenas officij humanitatisque; Lusitanorum nauis ad suæ ditionis portum appulsa, ex eis se de ipsius eximia virtute multa comperisse, illorum sermonibus incensum, cupere coram certis cum eo res communicare. Proinde ad se Bungum primo quoque tempore

*Franciscus à  
Rege Bungi  
accesit.*



## 332 FRANCISCI XAVERII

tempore proficisci ne grauaretur. Et per  
idem tempus Odoardus Gama, nauarchus  
Luitanzæ nauis, ad Bungi portum CLXX  
milia passuum ab Amangucio Franciscum  
per literas inuitauerat. Ergo Xauerius, cum  
noua utrobique spes rei bene gerendæ af-  
fuisset, Cosmo Turriano & Ioanne Fer-  
nando in neophytorum tutela relictis,  
impigre se ad nouum iter accingit. Mori  
duobus tribusue neophytis comitibus dat  
se in viam. Iam CLXXV. ferè millia pas-  
sium confecerat pedibus, cum Gama  
illum iam de via festum aduentare cogno-  
uit. Igitur Lusitanos aliquot cum equi pro-  
pere ei obuiani mittit. Hi mille circiter  
passus progressi, Franciscum vnà cum  
neophytis Amangucianis offendunt. Erant  
hi domi suæ nobiles & copiosi, sed ob Chri-  
sti religionem ab Rege Amangucij bonis  
exuti, Xauerium sequebantur ea mente, ut  
intinerentur Goæ. Caterùm eos splendi-  
do vestitu insignes egregij uehebant equi,  
ita scilicet Xauerio iubente. at ipse pedi-  
bus equitantes subsequēbatur, sarcina qui-  
dem sacre suppellectilis onustus. tantus erat  
amor humilitatis crucisque. Ea species  
Lusitanis non miserationem magis quam  
admirationem mouit talis tantique viri,  
tantopere semet abijcientis & fatigantis.  
Confestim igitur ab eis equus illi admo-  
ueri,

*Xauerij stu-  
diam humi-  
litas &  
crucis.*

neri, sarcinâque eripi: contra ille nullis precibus flecti, vt equum ascenderet. Quocirca Lusitani, quamuis ipso inuito & reclamante, pedibus eum comitantur. Præbuit ea res gratum ac salubre spectaculum neophytis, Christianorum modestiam comitatemque mirantibus. Ita ad Bungiportum ventum est: Fingensem, amnis nomine, incolæ appellant. Bungus vrbs Regia est in altera Iaponiæ parte insulâque, quam Ximum appellari suprâ docuimus. Rex Bungenfis adolescens consilio doctrinaque præibat atatem. Per id tempus Bungitantum imperitabat, Rex apud Iapones prudentia quàm opibus clarior. Nomini Lusitano non alius magis fauebat: quippe Lusitanorum amicitia cupidine accensus, ad Lusitaniæ Regem, Prætoresque Indiæ, iamdudum literas cum muneribus destinabat. Vt perlatum est ad Lusitanam nauim adesse Xauerium; extemplo Lusitani cum ingenti gaudio & gratulatione obuiam effusi, pro se quisque sancti viri aduentum celebrare cœperunt. Eoque progressa res est, vt testa bombardarum omnium (duodeviginti erant) dispiensione quater eum subinde salutarent. Docuit inde euentus, id non tam effuso hominum fauore, quàm diuino consilio, factum. Ingens creberque tot bombardarum auditus fragor naualis prælij

*Xauerius*

*Regia*

*Rex Bungus*

*pro*

*Xauerius*

*omni honore*

*à Lusitanis*

*excipiunt.*

prælij speciem Iaponibus præbuit. Itaque Regem, qui in vrbe haud procul portus erat, grauis cura incessit, ratum Lusitanos depugnare cum piratis. Ergo propere unum e cohorte Regia ad nauarchum destinat scitatum quid tandem rei esset, ut pro re ac tempore Lusitanis offerret auxilium. Huic Gama, post grates Regi actas, id quod erat respondet. Apud Lusitanos pacata omnia latæque esse: Franciscum Xauerium, virum sanctum, & ipsi Lusitano Regi venerabilem, aduenisse: eum ab Lusitanis, ut par erat, ingenti favore, & quibuscunque rebus effulsa lætitia significatur, exceptum. Ad hæc stupere Bungensis, & vix credere, homini mendico, & ab egestate summa squaloreq. vestis infami, tam inusitatū ab Lusitanis honorem habitum. Bonziji quippe veriti ne Franciscus, sanctimonie famam ingens, si Bungum venisset, similiter ut Amangucij Fonzio nomini officeret, eius nomen apud Regem populumq. indignis infamauerant modis. Ergo Regius ille familiaris, attonito similis, aliquandiu hæsit admiratione defixus. Conspecto deinde Xauerio, cuius ex ore, quamuis exoleta in veste, dignitas ac sanctitas eminebant, fraudē ilico sensit Bonziorum. Quocirca strenuè in urbem regressus, ab Lusitanis responsa, ab se visa, nunciat Regi:

*Bonzij Xauerij nomen infamant.*

additq.

additq. eos perinde gaudio exultare ob aduentum Xauerij, ac si nauis eorum argento onusta ad portum appulisset. Proinde dubitari non posse, quin ex vano hausta forent, quæcunque de Francisco Xauerio prædicarent Bonzj, utique eximie eius gloriæ inuidentes. Enimuero Francisci os plenum esse dignitatis, adeò vt facile amoré ac reuerètiã conciliet intuentium. Tum Rex admirans, Meritò igitur illũ, inquit, & Lusitani tantopere venerantur, & tu suspicis.

## CAPVT X.

*Insigni pompa à Lusitanis in Regiam deducitur.*

**P**ROTIIVS Rex adolescentulum propinquum suum, cum literis amicissimè reuerentissimeq. scriptis, ad Xauerium mittit, enixè rogans, vt postero die ad se venire ne grauetur: & simul magnum Christianæ religionis cognoscendæ studium præferens. Venit ergo Regius iuuenis ad Lusitanos, triginta nobilibus viris & morum Magistro comitatus. Qui vt Franciscum conspexit, quamuis pannosum, tamen vultu & corporis specie venerabilem, summoq. à Lusitanis honore cultum, obstupuit. Itaque post redditas Francisco  
Regias

*Sic illi pau-  
peratis la-  
ponibus mi-  
rasculo est.*

*Lusitani  
Bonziorum  
calumniis  
obuiam eunt.*

*Ad Bungi  
Regem cum  
insigni pom-  
pa inuisus  
deducitur.*

Regias literas, in digressu Præceptum  
suum intuens, Nimirum, inquit, præcelsis-  
simum oportet esse huius gentis Deum,  
eiusq. confilia nobis prorsus occulta. Quæ-  
pe cum homini pauperi Lusitanas naves  
parere, tantoque bombardarum strepitu  
declarari veit, quàm superis cordi sit mer-  
paupertatis, vulgo tam vilis, adeoque à  
mortalibus contempta damnataque. Pos-  
tremo die Gama, mercatoribus Lusitanis,  
cæteris in consilium adhibitis, summo om-  
nium consensu decrevit, è re Christiana  
fore, si prima illa Francisci cum Ethio-  
Rege congressio, quanto maximo posse  
apparatu instructa, aliquam maiestatis spe-  
ciem haberet: simul vt Bonziorum ob-  
trectationibus & calumniis obuiam iretur,  
ne quid promulgationi Euangelij obsta-  
rent: simul vt Xaverij dignitas superbissi-  
morum hominum quæsitam mendacis  
auctoritatem obtereret. Cui enim dubium  
esse, quin, quanti ille à Lusitanis fieri vide-  
reut, tantidem apud Iapones esset futu-  
rus? Cæterum cum ètis nauarcho assentien-  
tibus, vnus Franciscus honore impatiens,  
& Euangelicæ simpliciter tenax, dissen-  
tiebat. Veruntamen non tam rationibus  
quàm Lusitanorum consensu victus, ad  
vltimum cessit. Extemplo itaque Lusita-  
ni, preciosissimam pro se quisque vestem  
induti,

induti, cum Xauerio ad urbem Regiam  
 pergunt, apparatu memorabili. Parua na-  
 uigia illos uehebant, sericis intenta velis,  
 & præclaris vexillis insignia. Accedebant  
 tubæ lituique, festum per interualla alter-  
 nantes sonum. Igitur ad rei nouitatem ma-  
 gni vndique indigenarum concursus fieri:  
 ripæ omnes fluminis, quæ transituri erant,  
 spectatoribus compleri, adeò vt submoueri  
 per satellites Regios turbam oportuerit, vt  
 foret Lusitanis ad exscensum locus. Con-  
 festim Regis missu vnus procerum adfuit  
 cum lectica, qua Xauerius ueheretur. At  
 ille, gratis comiter Regi actis, Regio be-  
 neficio vti noluit: remissaque lectica, pe-  
 dibus peruénit ad Regiam, plurimis ex  
 nobilitate Iaponica prosequentibus. Inter  
 quos Lusitanorum comitatus longè emi-  
 nebat. Triginta erant numero, splendida  
 veste & torque aureo omnes insignes:  
 quos totidem serui haud sanè vulgari or-  
 natu sequebantur. Franciscus quoque ipse,  
 iisdem cogentibus, habitu corporis se au-  
 gustiorem fecerat; subinde exoletam ad  
 vestem rediturus. Tum egregiè togatus  
 carbasinam vestem superinduerat. Sacer-  
 dotalis stola è serico villoso viridi ad genua  
 pendeat è collo, cum appendicula au-  
 sca, quali tum sacerdotes ferè utebantur.  
 Præibat cum nauarchus æconomi instar,

virgam præterens mantri. Quinque ex  
 ni numero lectissimos iuvenes proximi  
 nistorum speciem gerebant. Quorum unus  
 Breuiarium serice inclusum sacculo, alter  
 crepidas holoericis, alius scorpionem  
 Bengalensi arundine, aureo capulo infi  
 gnem, galerum alium, alius denique De  
 paræ Virginis effigiem cum Damascena  
 vestis rubræ involucre præterebant. Ceteri  
 deinceps Lusitanæ velut quadrato agmine  
 sequebantur. Ipsorum inuentum hoc erit,  
 usurpatumque ab inuentoribus, non tam  
 approbante, quam non prohibente, qui  
 non poterat, Xauerio. Hac pompa noua  
 celeberrimis urbis viam ad Regiam ventum  
 est, tanta indigenarum frequentia, tanto  
 visendi studio, ut etiam domorum tecta  
 complerentur.

## CAPVT XI.

*Bungi Rex per honorificum se Fran  
 sco præbet inuitis Bonziis.*

FRANCISCUS porro Regiam ingre  
 sus, Prætorianos milites, numero sex  
 centos, luculenter armatos offendit in ve  
 stibulo atrioque. mox in spaciota portico  
 complures e cohorte Regia obuios habet  
 Hic quinque illi Lusitanos, quos diximus  
 submitte

submittentem genua, quod quisque ferebat,  
 Xaueio venerabundi offerunt. Ex quo tanta  
 Iaponibus, qui aderant, admiratio incessit,  
 ut vulgò fremerent: Abeant iam Bonziji in  
 malam crucem, nec posthac in conspe-  
 ctum hominum venire audeant homines  
 vanissimi. Enimuero hic Xaueius haud-  
 quaquam talis est, qualé ipsi nobis ac Regi  
 descripserant; sed talis utique, ut ad elu-  
 dendas inuidorum obreſtationes diuini-  
 tus eum huc missum sentias. Aula hinc pa-  
 tuit viris nobilibus plena, ubi puer septen- *Puer septen-*  
 nis, sed, quod facile appareat, indolis raræ, *nis indolis*  
 ab ſene ductus, occurrit Xaueio, eumque *rare.*  
 more patrio ſalutat. Fortunatum eius in  
 Regiam aduentum Regi perinde carum  
 iucundumque fore, ut tempeſtius imber  
 ſit per æſtatem ſegeti ſitienti. Proinde in-  
 grederetur lætus, ac memor, ſe bonis iuxta  
 carum eſſe, & inuiſum malis. Ad quæ cum  
 Franciſcus comiter ac benignè respon-  
 diſſet, adiëcit puer: O te beatum, Pater, qui  
 ex alio orbe in alienas terras veneris, nihil  
 hinc mercium petens, præter infamiam  
 paupertatis. O immenſam Dei, quem co-  
 lis, bonitatem, ô reconditâ ſapientiam, cui  
 eordi eſt in ſuis Sacerdotibus rerum inopia  
 egeſtaſque! En noſtri Bonziji ab egeſtatis  
 probro viſque eò abhorrent, ut iurati pro-  
 palam confirmant, pauperibus obſtructum  
 obual-



obvallatumque esse iter in cælum. **¶**  
 Franciscus in spem venire se dixit fore, et  
 clementissimus cæli terrarumque moderator  
 Deus, discussa tandem errorum nube,  
 quæ Bonziorum animos occæcasset, lumen  
 eis offerret veritatis; ipsique, cælesti luce  
 oborta, continuo prauas opiniones abijce-  
 rent. Porro is puer, grauissimis de rebus  
 supra ætatem differens, in vltiorem au-  
 lam Franciscum Lusitanoque deduxit, ubi  
 Procerum filij confidebant. Qui, conspice-  
 to Xauerio, repente confurgunt vniuersi,  
 & gentis more ter capita in terram inci-  
 nantes, eum venerantur. Duo pro omni-  
 bus loquuntur. Libitum est eorum oratio-  
 nem effingere, vt intelligi possit, cuiusmo-  
 di eloquentia Iaponibus cordi sit. Illi igitur  
 in hunc maxime modum locuti dicuntur.  
 Felix tuus aduentus, sacerdos sancte, ad e-  
 gratus Regi erit, vt infantis dulcissimi risu  
 matri vbera præbenti. Enimvero ipsi pe-  
 rietes, quos conspicias, tuâ præsentia ge-  
 stientes, tuum à nobis aduentum ingenti  
 studio ac favore celebrari iubent; idque in  
 gratiam gloriamque eius Dei, de quo Aman-  
 gucij mira quædam enunciaffe te, famâ  
 vulgauit. Exin altera excipiebat porticus  
 perampla, in interiorem aulam ferens, ubi  
 Ficharondonus, Regis frater, cum Proce-  
 rum primoribus versabatur. Is Franciscum  
 vt vi-

*Procerum  
liberi Xaue-  
rium vene-  
rantur.*

*Eloquentia  
Iaponum qua-  
lis.*

ut vidit, cum cæteris benignè eum excepit: & salute accepta, redditæque, negavit diem vllum Regiæ illuxisse latiore, utique cum Rex tanti viri aduentu beatior se judicaret, quàm si tribus & triginta (tot enim esse ferunt) Sinarum thesauris auctus esset. Tandem in vltimam longeque ornatissimam aulam à Ficharondono, Regis germano, ductus Xaverius, Regē ipsum offendit, qui stans eius præstolabatur aduentum. Ceperat iam antè Regem, ex fama rerum egregiarum, admiratio viri; sed longè maior ex congressu veneratio cepit. adeo speciem, quantumvis amplam ac magnificam, quam Rex animo subiecerat, Francisci præsentia superavit. Quippe oris maiestatem, quam natura & cana iam ætas dederat ei, quidã adornabat sanctimonix fulgor contra intuentium oculos penè perstringens. Rex igitur, viso Xaverio, paululum progressus, excepit eum iuxta reuenter comiterque. Et procumbentem de more ad genua, contestim inhibuit, atque alleuauit manu. Mox ipse vltro Franciscum inclinato capite ter patrio more veneratus, in pari itrato sibi, net assidere voluit. Post mutua saluationis & gratulationis officia, Rex Ficharondonum fratrem ac proceres intuens, clara voce, ut omnes exaudirent, sic proloqui cœpit: Vtinam fas

*Bungi Rex  
 suus Fran-  
 cisci præsto-  
 latur aduen-  
 tum.*

*Oris maie-  
 sta: Xaverio  
 eximia.*

*Regis Fran-  
 gensis de  
 Christiana  
 fide testimo-  
 nium.*

¶ esset nobis ex illo cæli terrarumque archi-  
 tecto ac rectore Deo arcana eius consilia  
 sciscitari, percontarique, quid tandem cau-  
 sa fuerit, cur aut nos in tantis tenebris is-  
 cere siuerit, aut hisce viris, ex alio profectu  
 orbe, tantum lucis ac sapientiæ indulserit.  
 Constat quippe inter omnes, quæcunque  
 ab his dicantur, quamuis nostris religioni-  
 bus contraria, consentaneis firmari ratio-  
 nibus, adeo vt contra dici nihil possit, fra-  
 tionem ducem sequaris, aut nisi impossi-  
 rationis. Bonzios nostros contra videmus  
 in religione explicanda palàm hæsitare,  
 eosdemq. tam varios inconstantesque esse,  
 vt nunquam sibi ipsis consentent, sed iidem  
 eadem de re aliàs aliud sentiant doceantq.  
 Itaque satis apparet, eorum doctrinam  
 religionemque confusam prorsus esse, &  
 incertam; vt haudquaquam rectè ei com-  
 mittatur sempiterna animorum salus. Hac  
 Regis oratione motus Bonzius nobilis,  
 qui fortè aderat (Faciandono erat nomen).  
 Regi fidenter sanè libereque respondit:  
 Religionis causam non esse eiusmodi, de  
 qua ipse statuere posset, doctrinæ interio-  
 ris ignarus. Proinde si quid eius ambiguam  
 angeret mentem, præsto esse quem con-  
 suleret. Profectò se perfecturum, non me-  
 dò vt scrupulum illi eximeret, sed etiam  
 vt id ipsum, de quo ambigeret, Solis luce  
 clarius

Bonzij arro-  
 gantia.

clarius foret. Ex quo omnes liquidò iudicatos, & vera esse quæ docerent Bonziorum, & rectè poni apud eos pretia doctrinæ. Tum Rex subridens, Agedam, inquit, Doctor vnice, recondit ista ac reclusa vestrae religionis mytheria aliquando enuntia: nos taciti audiemus. Et Facian bonus magnificè se circumspiciens, Principio, inquit, de Bonziorum sanctimonia ambigi nefas est. Satis constat in eis omnes, sanctam ab iis gratamque & acceptam superis agi vitam. Quippe cum castitatem colant, reuerenti pijs abstinere, teneram eruditionem, modestam collybitica chirographa tradant pecuniæ in cælo exigendæ, de nocte surgant ad Deos populo propitiandos; & super hæc omnia, familiares sint Solis, Asterorum, Deorumque cælestium, quibus cum nocturnos sæpe sermones, sæpe etiam cõplexus iucundissimè misceant. Hæc & alia eiutimoli deliramenta Bonziorum deliramenta. fatum, stimulantem inflatum & impotentem animum ira, intemperantiùs inuehi in Regem cœpit. Itaque ille bis teruq; germano suo significauit, vt silentium imponeret Bonzio. Quo tacere iussu, Rex Faciandum intuens, se verò satis magnum ex ipso specimen cepisse ait Bonzianæ sanctitatis: simul illud confiteri, se illius licentia ac temeritate linguæ ita esse affectu, liquidò vt iurare

## 344 FRANCISCI XAVERII

Bonzij su-  
perbia &  
lingue in-  
temperantia.

iurare auderet, plus in Faciandonum inferos habere, quam Faciandonum in inferos. Hic Bonzius, ad pristinam violentiam intoleranda quoque superbia adiecta, proclamare, Tempus fore, cum Faciandonum mortales omnes infra se positos despiceret, sic prorsus, ut nec Bungi Rex, nec quisquam omnino Regum, ad eius sedem aspirare sustineret: Ad hanc stomachi Rex, & simul Bonziji arrogantiam irridere, Franciscum intuens. Qui Regem adnuit, ut spatium animo daret, expectandum Bonziji ira resideret. Rex itaque Faciandonum abire iussim monet, ut iterum de Deo loquens, ipse apud homines gloriatur: interim imperet animo, & a se redeat, priusquam redeat ad Regem. Ergo Bonzius ignominia, ob Procerum qui aderant frequentiam, accensus, exclamat: Regem, talia in Deorum Antistitis ausum, caelestis ignis absumat. Et simul æstuans fremensque, ex aula se repente proripit, cum ingenti indignatione Regis Satraparumque. Exin Rex mensæ accumbens Xaverium ad prandium inuitat. Ille, Iaponici prandij insolentiam causatis, provocat comiter: & simul Regem rite venerans, Deum precatur, cuius gratia tantum sibi honoris habeat, satis ut illi diuinitatis hinc opisque impertiat; quo cum bonus Rex

Xaverium  
Rex inuitat  
ad prandium.

Sancto

sanctè castèque colat in vita, ac demum mortalitate exutus in omnem aeternitatem perfruatur. Ad vltimum, Rex Francisco roganti abeundi potestatem facit, enixè eum precatus, vt subinde se interuiferet, Christiana myteria edoèturus. Simul au-  
 nuit Xauerius; extemplo Rex, lato beni- *Rex de men-  
 sa offert Xa-  
 uerio.*  
 gnoque vultu, appoliti cibi particulam sua manu illi offert, rogitans vt sumeret: nec ille, vt Regi morem gereret, abnuit. At nauarchus cæteri que Lusitani, qui Xauerium circumsteterant, in genua paritèr procubuère vniuersi, grates agentes Regi, quòd tam insigni honore Patrem inuitis Bonziis affecisset.

## CAPVT XII.

*Regem & populum Christianis myste-  
 rijs imbuìt, Bonziorum audaciam  
 frangit.*

SEX & quadraginta dies Franciscus in vrbe Regia versatus est, summa ope in salutem institutionemque indigenarum incumbens. Præcipua cura erat, Regis animum imbuere Christianis mysterijs institutisque. Igitur eum sibi tam arcta consuetudine deuinxit, vt per id tempus Bonziorum nemini aditus pateret ad Regem.

## 346 FRANCISCI XAVERII

Quippe ingens illū pudor inceserat flagitiorū, quæ auctoribus ac magistris Bonziorū admiserat. Ergo Xaverij suāsu multa vitia exiit, amores ac delicias suas eiecit de mo, pauperū inopiam contra Bonziorum præcepta benignè subleuare ac fouere cepit. Subinde ad corrigendos populi mores versus, infantium cædem, facinus illis locis vlitatum, aliâque multa scelera ac flagitia, Bonziis auctoribus in mores inducta, paulatim seuerissimis legibus prohibere: Xauerium, velut hominem cælo lapsum, sibi que Superūm dono missum, suspicere illum mirari vnum, in illius ore, tanquam in speculo, cuncta flagitia, quibus Bonziorum hortatu animum suum contaminauerat, verocundantem se intueri dictitans itaque iam propè esse, vt fieret Christianus. Nec verò Franciscus ita Regi aderat, vt populo deesset; sed sui immemor, plebi forensi concionabundus bonam dabat dici partem. Lusitani vix vnam post occasum Solis ab illo auferebant horam ad pia colloquia; alteram ante lucem ad expiationem animorum. Quocirca Xauerius familiarium quosdam, querentes quòd seronimum se domū reciperet, enixe rogauit, ne se vnquam ad prandium expectarent, neque de die omnino numerarent in viuis ingentem sibi molestiam, si secus facerent.

Rex suāsu  
Xaverij cor-  
rupti sua  
popularem  
vitiā.

Cibi immemor  
insevit  
hominū sa-  
luti.

parituri. Nimirum tuas epulas, quibus vnicè delectaretur, esse incolumitatem animorum: nullasque suas delicias esse maiores, quam vel vnus Iaponis Christo se aggregantis salutem. Nec piæ eius auiditati diuina prouidentia parum indulfit. Ad eum magni fiebant concursus, non plebis modo, sed etiam nobilitatis, Bonziorumque.

Quorum vnus in primis nobilis ad Christi fidem accessit, ingēti rei Christianæ bono. *Bonzius nobilis conuersus, conuersus, conuersus, ue ad Christū, eius fidem in foro profectus.*

Saquaygiranus hic erat, Bōzius primarius, eruditione iuxta & nobilitate inclytus. Qui cum Xauerio congressus, ad vltimum euietus rationibus, diuinoque instinctu numine, manus veritati dedit. Ergo omnium, præterquam oblata diuinitus veritatis, oblitus, propalam in medio foro, maximā hominum frequentiam, procumbit in genua: & manus oculosque ad cælum tendens, obortis lacrymis, quanta maxima potest voce succlamat: En tibi, I E S V CHRISTE, æterne Fili præpotentis Dei, totum me dedo dicoque: & quod pectore concepi, libera voce profiteor. tu modò, quem vltro vocasti, ne repelle venientem. Inde, circumfusam Iaponum multitudinem madidis oculis circumspectans, adiecit: Vos verò ciues oro quæsoque, vt mihi & ignoscatis ipsi, & petatis ab aliis, quos obuios habebitis, vt ignoscant, quòd toties populo



348 FRANCISCI XAVERII

populo venditavi pro veris, quæ nunc  
esse intelligo. Hæc Bonziji clarissimi con-  
fessio mire animos movit indigenarum,  
plurimisq; exemplo fuit Christianæ religio-  
nis amplectendæ. Satis constat, Xaverium  
ipsum Lusitanis domesticis liquidò confir-  
masse, vno die, si veller, amplius quingen-  
ta Iaponum capita baptismo ab se expiari  
posse. Cæterum, quod in illo ardore animi  
vix credas, rem prudentiùs quàm avidiùs  
executus est; omnique ope operaque ca-  
vit, ne quid temere, ne quid cupidè fieret,  
quod promptum Bonziorum furorem in-  
stigare. Bonzios quippe, Christianæ rei  
intensos, iam pridem in Xaverium eiusque  
familiares ira stimulabat. Itaque iam po-  
pulo suadebant, vt quando se perditum ire  
vellent, magnam à Francisco vim pecuniæ  
peterent, mercedem mutatæ religionis, ne  
gratis perirent. Quod Bonziorum consi-  
lium eo spectabat, vt nota in vulgus Chri-  
stiani sacerdotis inopia multum de eius  
sanctitatis detraheret fama, tantum erat  
apud Iapones probum egestas. Cæterum  
nihil admodum proficiebat calumnia ad-  
uersus cognitam exploratamq; veritatem:  
sed insuper eius cupidinem, velut aspersa  
aqua flagrantem ignem, vehementiùs in-  
flammat. Itaque hæere Bonziji, consilij  
inopes, & concitati irâ in omnes se versare  
partes.

*Quingenti Iapones Christiano conciliati.*

*Xaverij prudentia.*

*Callidum Bonziorum consilium.*

*Paupertas probum est apud Iapones.*

partes. Cum nihil eis ex sententia succederet; vltima experiri. Iam ipsi cum Francisco sæpe congressi, è certamine vlti discesserant, vt coram illo hiscere non auderent: iam absentis nomen falsis criminibus nequicquam obtriuierant: iam frustra cælestes iras populo denunciauerant. Quocirca suam in animis ciuium auctoritatem exoleuisse cernentes, scilicet ira in rabiem versa, insanire ac furere cœperunt. Ac primò Xauerium probris ac maledictis onerare; putidum canem, egentissimum omnium mortalium, humanorum cadauerum voratorem, per ludibrium appellantes. Deinde in ipsum comitesque eius iactare minas, pericula intendere, nisi incepto desisterent. Infensaque illorum irarabiesque eò demum erupit, vt consilia agitant Francisci Lusitanorumque, per tumultum ex composito excitatum, in foro interficiendi. Nec fallebant hæc Franciscum Lusitanosque. Sed ille maximum Dei donum ducebat; quod hostes minabantur; id modo cauens, ne improvidè præcipites ad iram animos incitaret: hi verò Regis præsidio tecti, inanes vefanorum hominum minas & insidias contemnebant. Ergo Bonzij, posteaquam vis non præcedit, aliò consilia vertunt.

*Bonziorum doctissimum, certamine  
coram Rege inuito, vincit.*

**B**ONZIUS erat Ficarondonus nomine, vnus inter omnes doctrinæ fama maximè inclytus: quippe xxx. ipsos annos in celeberrimo Iaponiæ Gymnasio interiores & reconditas ipsorum literas docuerat. Is cœnobio tum præerat Bonziorum, ab eo loco millia passuum ferme xl. Hunc igitur Bungenses Bonziji ad certamè cum Francisco ineundum haud sanè ægre perpulerunt, ratum sibi pulchrum fore, si (quod procliue videbatur) coram Rege vicisset peregrinum Sacerdotem, à quo cæteros Bonzios victos esse constaret. Confestim igitur, sex septemue doctissimis viris comitantibus, in urbem Regiam aduolat. Peropportunè eo ipso tempore Xauerius Lufitanique Regem adierant, vt eum valere iuberent, postero die vela facturi. Dum grates pro se quisque agentes com meatum petunt, repentè nunciatur Regi, Ficarondonum adesse cum lecta Bonziorum manu. Haud sanè lætus (quod ex vultu notari poterat) is nuncius Regi fuit, verito ne Franciscus ipsaque veritas doctrinæ abundantiam obrueretur. Ergo vt Regem conuincere

ambiguum vidit Xaucerius; causæ bonitate fretus, orare institit, ut Ficarondonum illum, columen Bonziaz nationis, introduci iuberet; satis fidens, ut magna sit vis doctrinæ, maiorem tamen esse veritatis. Itaque tandem, annuente Rege, intronitur Bonzias. Qui post vitata venerationis officia, roganti Regi quorsum veniret, respondit, nempe ut Sacerdotem ex alio orbe peregrinū videret, exploraturus quid tandem hominis foret, quidue afferret novi ex nouo Orbe terrarum. Hæc tantâ confidentiâ arrogantique intonuit, ut facile eum superbissimi Dæmonis ministrum esse sentiret. Mox defixo in Xaucerium, à quo comiter salutabatur, oculorum obtutu, perfunctūque salutationis officii, (horum Bonzij admodum sunt liberales) supercilio plusquam Bonziano scitatur ex eo, an ipsum norit: negante illo, quippe qui nunquam antea eum vidisset; conuersus ad comites, Apparet, inquit, nihil nobis negocij futurum cum isto, qui Ficarondonum de facie non norit. Exit i Franciscum intuens, Tenésine memoriâ, inquit, quas mihi merces Finorum vendidisti? negabat ille habere se quod responderet de eo quod penitus non intellegit: etiamque enim se vquam mercum instiorem fuisse, nec Finoraman vidisse, nec antea cum eo

*Bonzij superbia.*

*Bonziorum de iramenta Pythagoræ de migratione animarum.*

locu-

locutum. proinde quæ conuenire, vt dicitur  
 noramæ vendiderit merces? Bonzius  
 quiddò affirmabat, planè id factum esse  
 illumque, nisi obliuiosus esset, vtrique me-  
 minisse oportere. Quocirca rogauit eum  
 Xauerius, vt, quoniam se memoria defice-  
 ret, ipse suggereret. Tum verò ille sanè  
 fidenter, ac vultu insitam superbiam præ-  
 ferens, Redi mecum in memoriam, inquit  
 millesimus & quingentesimus annus est,  
 cum tu mihi centum numero rudis scæci  
 faggos Finoramæ vendidisti: quibus ego  
 distrahendis lucri plurimum feci. Hic Xa-  
 uerius, seuerè pariter & comiter eum in-  
 tuens, scitari, quot annos esset natus: cum  
 ille vnum & quinquaginta respondisset,  
 vrgere Franciscus institit, quæ tandem ab  
 hinc millesimo & quingentesimo anno  
 mercator esse potuerit, qui ante alterum &  
 quinquagesimū annum genitus non esset  
 nisi fortè tum, cum mercaturam exerce-  
 ret, natus non erat. Iam constare inter vos  
 audio, inquit Xauerius, Iaponiã regionem  
 sexcêsesimo ab hinc anno incolæ ceptam:  
 quæ igitur conuenit, vt ante mille & quin-  
 gentos annos Finoramæ, quæ illis tempô-  
 ribus mera solitudo erat, exercueris mer-  
 caturam? At vide, inquit Bonzius, quan-  
 to notiora sint nobis præterita, quàm vobis  
 præsentia. Scito igitur (quoniam adhuc  
 necis)

hęcis) nullum mundi humanique generis  
 principium fuisse, nullum item extremum  
 fore. Itaque hominũ animi, quippe immor-  
 tales, in alia ex aliis deinceps migrant cor-  
 pora tum marium tum feminarũ, pro Lunę  
 cum Sole astrorumque coniunctione, quę  
 tenera corporũ membra fingit, formatque.  
 Proinde mentes, quę valent memoriã (cu-  
 iusmodi mea est) facili remiscuntur  
 omnia, quęcunque in vita gesserint, cum  
 alia corpora animarent; obliuioſę autem,  
 qualem apparet esse tuam, non item. Haud  
 fanẽ difficile fuit Xauerio, Philosophorum  
 Theologorumque disciplinis exculito, ista  
 Pythagoręorum Platoniorumque somnia  
 firmis refellere argumentis. Omnium igi- *Pythagorica*  
 tur primũ ostendit, mundum æternum *commenta*  
 non esse, sed à certo tempore conditum: *redarguit.*  
 quippe cum nec per se ipsum extiterit,  
 nec conditori æqualis & coæuus esse po-  
 tuerit. Conditum autem, & hominibus  
 cæterisq; animantibus instructum, ab om-  
 nium rerum parente & auctore Deo. Id  
 cum pluribus ostendisset, proclive ei fuit  
 ostendere, animos quoque hominum prin-  
 cipium habere; nec ante corpora, quorum  
 formę sint, extitisse: sed corporibus à Deo  
 ingeneratos, ministerio sensuum corpo-  
 rumq; uti ad capeſſendas disciplinas. Quem  
 enim adeo cæcũ esse, quin videat, animos

Z

nec vo-

nec volentes cum tanti boni iactura dam-  
 noque noua ac mortalia corpora subire,  
 & inuitos in custodias corporum zerru-  
 narumque societatem se duros? Quis  
 quòd ratio ipsa conuincat, apud æquissi-  
 mum hominum Iudicem Deum pro me-  
 ritis aterna vel premia vel supplicia mor-  
 talibus vita functis constituta? utique cum  
 ea viuis non persolui satis appareat. Hæc  
 Franciscus euidentibus rationibus, apposi-  
 tis similitudinibus & exemplis cum ille-  
 strasset; Rex quidem ac Proceres illi assen-  
 tiebantur, illa planè consentanea esse,  
 secundis acclamationibus declarantes. a  
 Bonzius, etsi omnium iudicio euictus, ta-  
 men ab insita animo superbia pertina-  
 ciaque repugnabat; ne, suo quoque iudicio  
 conuictus, victoriam aduersario cedere  
 videretur. Deserta itaque mundi animo-  
 rumque causa, acriter inuehi in Xauerium  
 cœpit, qui præposteram libidinem, tan-  
 quam nefarium flagitium, acerrimè accu-  
 sare. Satis quippe constare inter omnes,  
 licere illam Iaponum legibus, quæ tamen  
 homicidia, adulteria, furta grauissimè vitæ,  
 dicent. Ad quæ Xauerius, cum planum  
 fecisset, nefarium illud luxuriæ genus na-  
 turæ, rationi, propagationi sobolis, bonis  
 moribus vel maxime aduersari; respondit  
 minimè mirandū esse, legum Iaponicarum  
 latores,

latores, hoc ipso vitio obcæcatos, eius fœditatem non vidisse; aut, si viderint, lege non coërcuisse in aliis licentiam, quam sibi vellent esse communem. Cæteri, vt nulla Japonum lex id veter, certè naturæ legem, in animis hominum impressam, ipsamque rationem (nisi malo vsu deprauata sit) planè vetare. Maximo argumento esse, quòd in talibus maximè flagitiis tenebræ ac recessus quærantur, arbitrorumq; oculi summa ope fugiantur; & simul quòd maximè promptum sit in probris, si quid tale obijci possit. Iam Ficarondoni pertinacia omnium iudicio conuicta cedebat veritati: ille tamen, quoniam rationes eum defecerant, infestis clamoribus proteritiùs etiam quam peruicaciùs decertabat. Mouit arrogantissimi hominis violentia Regem pariter Satrapasque. Itaque vniuersi acclamare cœperunt, si bellandi causa venisset, in Amangucianum Regnum facesseret, quod tum foret in armis: ibi prælij copiam illi non defuturam. nam ipsis pacem & otium esse cordi. Quòd si disputandi gratia accessisset; abstineret iracundiâ pertinciâque: imitaretur peregrinum Sacerdotem, quo cum disputaret: eius vtique moderationem modestiamque in differendo, ipsi exemplo esse debere. Tum verò Bonzius, vt præceps ingenio in iram erat,

*Bonziij pro-  
cax pernicia.*



356 FRANCISCI XAVERII  
prouectus intemperantia linguæ in ma-  
dicta Procerum Regisque, furere de-  
charique cœpit. Ergo Rex, accensus in-  
confestim exturbari hominem Regia re-  
bet, sanctè adiurans, nisi sacerdotij reue-  
rentia obstaret, ceruices eius frangi fuisset  
iussurum.

#### CAPVT XIV.

##### *Francisci constantia in consternatione Bonzoriorum.*

**H**ÆC tam insignis ignominia Bonzio-  
rum nomini (vt ipsi interpretabantur)  
inusta, seditionem eorum maturauit. Ita-  
que ex composito omnium fanorum valus  
in vrbe Regia clausæ; populus Procereſque  
sacris prohibiti: iamque res prope seditio-  
nem etiam plebis venerat; cum Rex pru-  
denti dissimulatione & gliscentem Bon-  
zoriorum consternationem, & multitudinis  
motum, facile sedauit. Inter hæc Lusitani,  
quæ populi tumultum, quæ Bonzoriorum  
iram veriti, strenuè se in portum recepe-  
rant: auctoresque fuerant Xauerio, vt ipse  
quoque tempori cederet, seque impen-  
denti periculo eximeret. Cæterum ille, Ca-  
techumenorum orbitatem causatus, mo-  
rem cis gerere abnuerat. Itaque Lusitanis  
Franci-

*Bonzenſis  
Regis pru-  
dentia.*

Francisci vicem sollicitis, ne talem virum proderent barbaris, placuit Gamam ipsum in urbem redire, qui inde eum abstraheret prius, quàm aliquid acciperet incommodi: ipsos nauim in altum proiectam in anchoris habere, quoad nauarchus cum Xauerio remearet. Gama igitur paruo nauigio impigre in urbem reuectus, Franciscum in humili tecto reperit apud indigenam Catechumentum diuersantem. Protinus illi mandata Lusitanorum exponit, multis rationibus suadens alternis rogansequè vt imminentem eius capiti Bonziorum procellam vitaret. At ille non solum ad *Xauerij fortitudo animi.* pericula interritus, sed etiam mortis pro Christo oppetendæ auidus, O fortunatum, ait, si cui nostrum contigerit, id ipsum subire, quod tantopere extimescis! Equidem fat scio me tam insigni decore dignum non esse: cæterum, si indigno Deus indulgeat, non recusem. Proinde, quòd me tam impensè monetis, vt fuga saluti consulam, grates ago habeoque amori vestro; monitis parere nec debeo, nec possum. Quæ enim perniciēs accidere potest maior iis, quos modò Christo genuimus, quàm desertos à parente iræ ac furori obijci Bonziorum? Quid porrò optabilius Bonziis, quàm cedere eorum minis, qui argumentis non cefferit; & turpi fuga partam de ipsis

» ipsis victoriam fœdare, prædam omittam  
 » Ergo verò nullo modo committam,  
 » meus timor nefarios Christi hostium  
 » natus iuuet. Cum his quippe nobis res est,  
 » quibus nostra fiducia terrorem incutiat,  
 » formido confirmet audaciam. Agedum  
 » igitur, quoniam quid animo meo fixum ac  
 » statutum sit, non ignoras: reuertere ad  
 » socios, tuum reditum præstolantes. Video  
 » quid tu illorum mercimoniis debeas: sed  
 » idem sentio quantum egomet debeam tam  
 » benigno ac misericordi Deo, qui pro mea  
 » caterorumque mortalium salute mortem  
 » occubuit, *mortem autem crucis*. Hæc, manan-  
 » tibus lacrymis, tanta verborum vi animiq-  
 » sensu dixit, vt Gama, nihil contra hiscere  
 » ausus, attonito similis ad nauim reuerterit.  
 » Igitur, cum Lusitanis quid actum foret re-  
 » nunciasset, adiecit: Debere se, ex pacto,  
 » illorum merces ad Cantonem Sinarum  
 » portum deuehere: proinde onerariam eis  
 » permittere ad suum arbitrium vsuris. Cer-  
 » tum sibi ac fixum esse redire in urbem, ea  
 » mente, vt vel tegeter Xauerium, vel cum  
 » eo caderet. Permouit pios Lusitanorum  
 » animos egregia nauarchi fides. Itaque, col-  
 » laudato eius consilio, certatim ipsi quoque  
 » semet in gloriosi periculi societatem offe-  
 » runt. mox, obuersa prora, portum repetunt,  
 » rei exitum expectaturi. Is nuncius simul

Xauc-

*Nauarcho  
 auctore Lu-  
 sitani cum  
 Xaueyio pe-  
 riculū sub-  
 eunt.*

Xauerium catechumenosque crexit, simul afflixit fregitque Bonzios, hominum genus vt aduersus timidos audax, sic aduersus audaces timidum.

*Bonzij audaces aduersus timidos, timidi aduersus audaces.*

## CAPVT XV.

*Noua de Principe Bonziorū victoria.*

BONZII ergo ab aperta vi ad suas artes versi, coeunt frequentes ad Regem. Instant, vt intermissum Ficarondoni cum Francilco de religione certamen exemplo integrari iubeat. Aggre id scilicet Rex, sed tamen certis conditionibus concessit. Vt sine clamoribus & incundia res gereretur. Vt ad res controuersas dijudicandas certi arbitri ex alio genere quam Bonziorum constituerentur, quorum munus foret, quae concedenda, quae confirmanda essent, iudicare, & argumentationes ad rectae rationis normam dirigere. Vt post disputationem de vnoquoque capite religionis staretur iudicio arbitrorum auditorumque; quodque plures eorum iudicassent, id haberetur firmum ratumque. Denique ne Bonziji aut ipsi per se, aut per alios impedirent, quominus, si qui vellēt, Christiana sacra susciperent. Has condiciones non tam probarūt Bonziji, quam, quia reijcere non poterant, acceperunt. Postero igitur die Fica-

*Disputationis conditiones.*

360 FRANCISCI XAVERII

die Ficarōdonus cum ampliùs tribus Bonziorum millibus in Regiam venit: ad bellum cum exercitu proficisci eum diceret. At Rex omni ex numero quatuor duxum xat admisit, causatus periculum tumultus & infamiæ Bonziorum; quibus haud sancti decorum foret, si tria ipsorum millia cum vno peregrino Sacerdote disputasse fama ferret. Nec Lusitanorum studia Francisco defuere. Quippe ad noui certaminis famam exciti, in urbem reuehuntur, maiore quàm antè, ornatu corporum insignes. Et eorum splendor, eximiâque aduersus Xaverium veneratio, Bonziorum oculos perstrinxerunt. Vt in confessum ventum est, Rex percontari ex Ficarondono, quid tandem causæ afferret, cur nouam ex alio orbe allatam religionem in vrbe Regia vulgandam non esse censeret. Cui ille, iam probro mitior factus, placidè respondit, causam in promptu esse: quòd nihil illi inimicius foret auitis religionibus, Republicæ, nationi Bonziorum, quæ tam sanctè castèque Deos semper coluisset, coleretque. Enimuero eius rei grauiissima laponiæ Regū iudicia ac testimonia extare: vt nefas esset aliunde ipsos salutem petere, quàm vnde patres maiorésque eorum per tot seculū petiissent. Ad ea iussus ab Rege Franciscus dicere, desiderauit ordine ac ratione

*Nota Lusitanorum studia erga Xaverium.*

ratione pugnam institui. Quocirca Regem orauit, vt quando Bonzij se oppugnatum vltro venirent; si videretur, Ficarondonum nominatim exponere iuberet, quæcunque ipse cæterique Bonzij improba- rent ex iis, quæ ab se docerentur; vt pote- stas foret ad singula respondendi. Ad hoc rogauit, vt, vitandæ contentionis gratiâ, quod ipsemet Rex cum maiore arbitro- rum parte de rebus controuersis statuisset, id ratum, firmum, fixumque esset. Annuit Rex Francisci postulatis: itaque fieri iussit: nec Bonzium abnuit. Quærit igitur ex eo Ficarondonus, cur sanctissimis Iaponum Diis peregrinus Sacerdos obtrectaret. Et ille, quia eos iudico tam insigni ac diuino indignos nomine, quod recta ratio pro- prium dicit ei, qui naturâ æternus & & immortalis est, quique rerum omnium parens cælum ac terras condidit, regitque. Dei quippe infinitam vim ac potestatem humanarum mentium vix suspicio attingere valet, nedum capere cogitatio. Itaque pauca hæc quæ oculis cernimus, cælestium orbium astrorumque motus, certæ ac ratæ temporum, frugum, fructuumque, ac cæte- rarum rerum vices, illum, qui mundum hunc ab se conditum administrat ac regit, verum germanumque. Deum esse clamant. Nam Xacam, Amidam, Gironem, aliosque

qui à vobis in Deorum numero habentur,  
 vestra quoque historiarum monumenta  
 docent, homines præpotentes opibus  
 mortales fuisse. Hanc Xaverij ingressu  
 nem secunda Iudicum admurmuratio ex-  
 cepit. Itaque Bonzium contrà dicere pe-  
 rantem Rex porrò pergere ad alia iubet. Et  
 quippe iam ab arbitris iudicatum : eorum  
 iudicio standum esse. Igitur ille percontat-  
 tur ex Francisco, cur tandem improbare  
 chirographa collybistica Bonziorum, qui-  
 bus pecunia mortuis curaretur in celo;  
 præsertim cum illorum beneficio vita fini-  
 cti apud superos repente diuites existant,  
 cæteroquin egentes futuri. Ad ea Xaverius  
 diuitias ait mortalium euntium in cælum  
 non Bonziorum chirographis, sed rectè  
 factorum meritis, contineri. Rectè autem  
 facta esse, quæ recta ratio, veraque religio  
 pepererint: æterno utique illi Deo, qui pro  
 meritis præmia cuique persoluat, gratia  
 acceptaque. Veram porrò germanamque  
 nullam esse religionem, nisi Christianam,  
 quæ verum Deum castè pieque colat. Chri-  
 stianam autem ex eo appellatam, quòd à  
 Christo Dei Filio sit mortalibus tradita.  
 Christus enim, inquit, pro hominibus ho-  
 mo factus, egregiam illam doctrinam de-  
 uocavit è celo : & miraculis clarus, præ-  
 ceptis cælestibus humana imbuuit pectora.

Ad vlti-

*Chirographa  
 collybistica  
 Bonziorum.*

Ad vltimum, pro salute mortalium, mortem oppetiit, eorum scelera suo sanguine luens. Proinde quicumque Christianis mysteriis expiati, Christi præcepta ad extremum vsque spiritum custodierint, his demum aditus patet in cælum ad vitam immortalem, ac bonis omnibus circumfluentem. Neque verò auara angustaque Christianorū religio est, similiter vt Bonziorum: non excludit cælo pauperes, non mulieres, si modò Christianè pietate vixerint; quibus tamen Bonziorum siue avaritia, siue superstitio, cæli iter interclufit. Ex quo facillè apparet, Bonziorū rationem ad emolumentum vtilitatemque ipsorum magis, quàm ad religionis veritatem, dirigi: eisque suum quæstum potiore esse, quàm Dei cultum, salutemque populorum. Nam cum Deus cæli terrarumque dominus fèminas iuxta ac mares, pauperes æquè ac diuites procreauerit; quid est causæ, cur non eosdem, si honestam piamque vitam coluerint, sine vilo discrimine saluos ac beatos velit? Hic Rege cæterisque arbitris vehementer Francisco assentientibus, ingens Bonzios incessit dolor pudorque, victos se Regis Procerumque iudicio è certamine discedere indignè ferentes. Is enim finis disputationis fuit. Haud tamen eorum pertinacia victa. Alij deinceps

Bonzij

*Bonzij pauperes & mulieres cælo excludunt.*



*Nova disputa-  
tiones cum  
alijs Bonziis.*

Bonzij doctrinâ eloquentiâque insigni-  
ne debellati viderentur, bellum adu-  
Xaucrium integrant. Itaque eum ad pop-  
lum verba facientem multis sanè ac vani  
interrogationibus virgere cœperunt. To-  
nuit id certamen quinque amplius dies  
nec vnquam Rex absfuit, seu disputationis  
fructum capeffens, siue hospitem in suam  
fidem receptum sua auctoritate tecturus  
Qui præclara sanè & consentanea Fran-  
cisci responsa pertinaciùs quàm veriùs op-  
pugnari à Bonziis indignè patiens, acer-  
rimum patronum se præbuit veritati. Ergo  
vociferantes cateruatimque ruentes in Xa-  
uerium Bonzios inhibuit, clamans, si quis  
religionem rectæ rationi congruentem  
explorare velit, hunc scilicet haudqua-  
quam oportere, similiter vt illos, abhor-  
rere à ratione. Et surgens, Franciscum  
manu prehensum, Dynastis prosequenti-  
bus, ad hospitem eius deducit domum.  
Id verò non magis Xauerio, Christianæque  
religionis pulchrum & gloriosum, quàm  
Bonzio nomini turpe & ignominiosum,  
fuit: nouaque ignominia nouam insuper  
iram infestis eorum animis mouit. Ergo  
furore amentes palàm fremere, & magnis  
vocibus vota facere, vt Rex fulmine ictus  
deflagraret; quando auitam religionem, tot  
Regum auctoritate firmatam, peregrinæ  
probros.

*Rex deducit  
Xauerium  
ad hospitium.*

*Bonziorum  
rabies.*

probrosæque sectæ posthaberet; & Bonziji nominis auctoritatem putido, vago, & ignobili homuncione duceret leuiorem.

## CAPVT XVI.

*Amangucij Bungiæque Reges conciliat  
nomini Christiano.*

INTER hæc Franciscus rebus præsentibus lætus (Deo aduersa secundis miscente) quæ Amangucij variè gesta essent post discessû suum cognoscit. Iam Cosmi Turriani labor non minùs feliciter in Bonziis coarguendis, quàm in excolendis neophytis, versabatur; cùm intestinum bellum, repenti natum, cuncta turbauit. Præpotens quidam Dynasta Regem suum magna armatorum manu ex improviso adortus, exegerat regno. Et ille haud ignarus quæri se ad necem, ne in hostis popularis sui potestatem viuus perueniret, sibi ipse mortem consciuerat. Interea in tumultuante ciuitate nulla facies mali deerat, cùm armatorum crudelitas ac licentia, per omnes ordines atque ætates vagata, etiam in ipsa sæuiret tecta. In tot cædibus atque incendiis, Christianos, eorumque magistratos, infesti Bonziji haud dubiè oppressissent, nisi illos diuina prouidentia præsentis  
opc te-

## 366 FRANCISCI XAVERII

ope texisset. Cæterum sub Regis caligine  
 ex tam tristi bello iata repente pax. Regi  
 primores, competitis rebus, Bungenſis  
 Regis germano imperium per Legatum  
 dederunt. Xaverius ergo novum Regem  
 Amangucianis neophytis conciliandum  
 ratus, Bungi Regem adit, orans, ut Socie-  
 tatis Patres Christianosque, Amangucij in-  
 colas, fratri commendaret suo. Fecit Rex  
 impensè quod rogabatur, sic prorsus, ut  
 novus Amangucij Rex Francisco proli-  
 omnia polliceretur. Nec promissum fessellit.  
 Et Bungenſis Rex, ut facta pondus adde-  
 rent verbis, protinus, quod fratri suadebat,  
 ipsemet in suo regno facere instituit, neo-  
 phytos fovens, & certum Francisci sociis  
 Bungum venturis domicilium destinans.  
 Cæterum, quominus religionem, quam  
 tantopere probaret foveretque, ipsemet  
 amplecteretur, amittendi per seditionem  
 Regni metus obstabat. Quocirca Franci-  
 scus eum ad Christi cultum pellicere frustra  
 conatus, postquam in irritam spem tempus  
 teri sensit, remque nondum maturam esse  
 vidit, aliò consilia vertit, curasque. Porro  
 sub Xaverij digressum Rex, obortis lacry-  
 mis, Lusitanos, qui eum comitabantur,  
 intuens, Ego verò, inquit, talem vobis co-  
 mitem ac socium inuideo, quo ipse orbatus  
 lacrymas tenere non possum: præsertim  
 cum ve-

*Rex Bungi  
 domicilium  
 Societati Ie-  
 su destinat.*

*Regis fletus  
 in digressu  
 Xaverij.*

cum verear, ne hoc vltimum sim eum vi-  
 surus. Tum Xauerius, gratis Regi impensè  
 actis de benevolentia erga se indicis, ait,  
 se verò, si vita suppeteret, breui, Deo ap-  
 probante, ad eum vtique rediturum. quod  
 promissum manantes Regi lacrymas ab-  
 terfit. Subinde Franciscus sermonem de  
 Christiana religione ingressus, reuocat illi  
 in memoriam, quæ maximè salubria cen-  
 sebat esse, enixè monens, vt memor se  
 mortalem, secum animo reputaret, quàm  
 multa piacula (nisi ea viuus expiasset) eius  
 mortem essent consecutura. Sic autem in  
 animum induceret suum, quicumque alieni  
 à Christi fide extremum diem obierint,  
 eos haud dubiè æternas apud inferos susti-  
 nere pœnas: qui verò Christianam religio-  
 nem animo factisque seruarint, Christi be-  
 neficio ac munere beatos in cælo perfrui  
 æuo sempiterno. Hæc Francisci verba ad eò  
 Regis perculère pectus, vt bis inter audien-  
 dum integrato fletu vim profunderet la-  
 crymarum. Xauerius igitur, Rege valere  
 iusso, tandem ab eo diuellitur. Subinde ca-  
 techumenos maturi reditus aut certè Vi-  
 carij spe solatus, excedit vrbe, plenus spei  
 fiduciaque. Quippe Regem ac bonâ populi  
 partem procliuè ad Christi fidem relin-  
 quebat. Magna vtique eum tenebat spes,  
 talis Regis gratiam illis locis Christianæ rei  
 præsidio

*Francisci bea-  
 tatio ad Re-  
 gem.*

*Bungenfis  
Regis studiis  
tuenda pro-  
pagandaque  
religionis  
Christiana.*

præsidio futurâ. nec fefellit. Ex quo Rex in Lusitanorum amicitiam ve  
Christianaëque religionis tutelam susce-  
vno semper tenore fidem & officium  
luit. Francisci sociis eò destinatis com-  
dam in suo regno attribuit sedem, & à  
Regum finitimorum familiaritatem gra-  
tiamq. commendatitiis literis aditum ap-  
ruit. Ad hæc Evangelij propagationem  
Francisci socios, in maxima temporum  
rietate fouit, ingenti Iaponiæ bono suoq.  
Quippe Christiana res, Ethnico Regem  
uente, magnis deinceps auctibus cre-  
Ipse autem, Christi benignitate qualem  
que meritum suo tempore remunerant  
non modo quatuor alia regna paterno ad-  
iecit, verum etiam trigesimo ferme post  
Xauerij obitum anno repentè factus est  
Christianus. Nec nihil ea res ad Francisci  
demortui meritum decusque pertinet. Rex  
cum rite baptizaretur, siue suæ erga Fran-  
ciscum venerationis memor, siue etiam  
illi, secundum Deum, tantum Baptismi  
beneficium debere se testatus, Francisci  
potissimum nomen assumpsit. Sapien-  
simi Regis exemplum auctoritatemque  
plerique Procerum, nonnulli etiam Dy-  
nastarum secuti, quibus ille non minus  
pietate quàm dignitate præstitit. Huius Le-  
garum ad Gregorium XIII. Pont. Max.

*Bungeni Rex,  
cũ baptiza-  
retur, Fran-  
ciscum se ap-  
pellari vo-  
luit.*

Deus

Deus nostræ ætati nuper dedit, vt videre-  
 mus. Cum iuuenes Regij à tribus Iaponiæ  
 partim Regibus partim Dynastis Christia-  
 nis, Romam destinati, Pontificem Roma-  
 num, religionum Antistitem, gentiumque  
 omnium parentem, rite agnouerunt : eo-  
 rumque aduentum ex alio orbe terrarum,  
 reditumque in patriam, non modo Roma  
 ipsa, sed etiam Italia atque Hispania sum-  
 mis celebrarunt studiis. Quippe illi, quacun-  
 que transibant, summis iuxta infimisque  
 vt inauditum post hominum memoriam,  
 sic iucundissimum præbebant spectacu-  
 lum : ingentique concursu, admiratione,  
 fauore hominum passim excipiebantur,  
 cum plausibus, clamoribus, cæterisque  
 effusa lætitiæ argumentis, vt cum illis Xa-  
 uerij, qui primus Iaponiam Euangelio  
 imbuat, memoria triumphasse videatur.  
 Cæterum illa tempestate vna Xauerium  
 sollicitabat angebatque cura, quod apud  
 nobilitatem Iaponicam (cuius nomen in  
 vtrâque partem apud plebem plurimum  
 valeret) nihil admodum profecisset, nullo  
 Procerum nobiliumque salubria consilia  
 animis accipiente. Aduersabatur negotio  
 primùm Sinarum, à quibus Iapones reli-  
 gionem petitam habebant, auctoritas, ad  
 quam conuicti Bonziji Bungenfes iuxta &  
 Amanguciani contugiebant, illud vulgò  
 a iactan-

370 FRANC. XAV. VIT. LIB. III.  
iactantes, Si vera esset Christiana religio,  
cur eam non probassent Sina? Deinde  
Regis Bungenfis obitabat exemplum  
prudentia & eruditionis fama clarissima  
Christiana sacra & instituta quia non sus-  
cipiebat, ipse suo iudicio damnare videba-  
tur. Franciscus itaque cum videret, nisi  
expugnata Sinarum superstitione, Iapo-  
num animos capi non posse; decrevit ipsam  
inuadere arcem, satis fidens, Sinis in Chri-  
sti castra compellis, eorum auctoritatem  
Iapones haud agere secuturos.

*Cur Sinae  
adire decre-  
ueris.*

H O R A

HORATII  
 TURSELLINI  
 DE VITA  
 FRANCISCI  
 XAVERII  
 LIBER QUINTVS.

CAPVT I.

*Sinas aditurus, Indiam repetere statuit.*



INARVM fines à Iaponia, Sinarum de-  
 scriptio ac  
 mares.  
 qua breuissimus traiectus  
 est, non amplius CC.  
 passuum millibus distant.  
 Regnū in continenti lon-  
 gè amplissimum pacatissi-  
 mumq. est totius Orien-  
 tis. Non alia regio pluribus, maioribus,  
 opulentioribus frequentatur vrbibus op-  
 pidisque. Nec ea populorum modò, om-  
 niumque rerum vbertate atque copia, sed  
 etiam ingenis liberalibusque studiis abun-  
 dat.



dat. Vnius imperio paret vniuersa, omnibus Regis nutum intuentibus. Contra quippe, nulli vsquam Regi toto orbe terrarum, neque populos, neque Magistratus, magis dicto audientes esse. Regem potius ipsum, moderationis potius quam potestatis memorem, non ad libidinem atque arbitrium suum, sed de Senatus sententia & ex patriis Legibus omnia administrare. Rempublicam magis quam Regium credas, adeò consilium & ius dominare. Gens porrò ipsa similiter quidem, vt Laponica alba est, & ingeniosa; ceterum non similiter dedita studio armorum. Bonorum autem Deorum Antistites, senescentæ sanctitatis eorum opinione, iam nullo Sinas erant honore ac pretio. Non ferme natio ad Christi religionem apta, nisi luxus & scilicet Dæmonis dolus obstitaret. Nam Satanæ suis rebus timētis, cetera omnis, quasi sub signo & claustris, clauditur regio, Euangelij præconibus potius exclusis. Antiquissimis quippe Sinarum legibus peregrini omnes, præter Legatos aditu prohibentur. Si quis iniussu Regis accesserit, capitale est. His rebus coruptis, Xauerius rationem inire cœpit inueniendi se in Sinas. Cogitanti illud occurrerit, vt in Indiam reuersus, cum Procero Goanóque Episcopo ageret de legatione ad Sinas.

*Sinarum regio clausa Evangelio.*

Ad Sinarum Regem destinanda: ipse Legati comes, patefacto introitu, Euangelium Sinis inferret. Atque hoc ipsum, quod tot populi ac prouinciæ vnus regerentur imperio, propagandæ facilius religionis pignus à Deo habere videbatur. Promde non desperabat fore, vt (quod olim Romano imperio euenisset) ab ipso Rege & capite orsa religio in omnes Sinarum gentes, ac velut Regni mēbra, manaret. Bienenium totum iam in Iaponia verlatus erat: præcipuisq. in Regnis non solum Christo greges, sed etiã sedes Societati quaesierat; cum cœpit de reuersione in Indiam cogitare. Præter eam, quam diximus, Legationis mittendæ causam, suorum quoque re- *Cura Socio-*  
 spectus & cura domum illum aliquando *rum.*  
 reuocabat: non tam quod locorum longinquitate ac suorum desiderio commoueretur, quàm quod committendum non putaret, vt Ethnicos ad Christum aggregans, commissū sibi à Christo & ab Ignatio desereret gregem. Et si enim absens per literas, quæcunque à Sociis gererentur, identidem cognoscebat; tamen subibat animum illa cogitatio, frontem (vt dicitur) esse occipitio priorem; ac sedulos pastores suis magis oculis, quàm alienis, greges suos lustrare oportere. Itaque statuit Indicos Socios, quibus præerat, longo

374 FRANCISCI XAVERII  
interuallo reuifere ; ac, delectu habi-  
eis aliquot submittere in Iaponiam.  
autem, rebus compositis, & Legato  
instructa, pariter cum Legato in Sin  
penetrare.

## CAPVT II.

*Sinas petens, abreptam vi tempestatis  
scapham precibus recuperat.*

**L**VSITANAE ergo nauis Sinas petens  
occasione inuitatus, simul cum Ba-  
genfis Regis Legato, qui Proregi Iap-  
ferebat dona, conscendit, Nouembri me-  
se, anno huius seculi LI. Ex Iaponia Ma-  
thæum & Bernardum indigenas, ab-  
baptizatos, secum deduxit, simul specimē  
gentis Iaponicæ, simul idoneos maie-  
tis Christianæ spectatores Romam de-  
missurus. Nimirum, vt Romanæ in primis  
Ecclesiæ ornamentis opibusque exple-  
tis, domum reuerti conciliarent nomini  
Christiano apud Iapones dignitatem, com-  
memorando aliis quæ ipse oculis subici-  
fer. Prospero inde curtu uictos Lusitanos  
sanè varia & miraculis insignis nauigatio  
exceptit. Septimo quàm soluerant die, sub-  
itò atrox tempestas coorta nauim in ignem  
nautis maria vi æstus abripuit; cæcisq;

fluctibus errantem, cum praesenti periculo  
 naufragij, tranuersam egit. quippe adeo  
 spissa caelo intendere se nubes, ut penitus  
 conderent Solem. ita vix vsquam internit-  
 tente luce, perpetua pene nox quinque  
 rotos tenuit dies. Quo tempore Francisci *Franciscus*  
 sedulitas, non modo sanctitas, enituit. ille *periclitanti*  
 non verbis magis quam exemplis ad iu- *oneraria*  
 uanda nauatarum ministeria ceteros inci- *oneram nau-*  
 tare: ille nocturnis iuxta & diurnis labo- *uat.*  
 ribus nemini cedere: ille agros animi  
 solari, & spe salutis excitare torpentes. Du-  
 cem illum ac nauarchum diceres. Porro  
 fauente vento, & maiores volente iam  
 fluctus, gubernator ne, quod euent, repen-  
 tina procellae vis scapham auferret, validis  
 eam rudentibus ad onerariam religari ius-  
 sit. Nauantes operam scaphae (erant facile  
 xv. praeter Saracenos duos) nox oppressit.  
 Nec ita multo post, abruptis retinaculis,  
 scapham violenta tempestas abstulit tanto  
 impetu, ut momento pene temporis om-  
 nium conspectum effugeret. Nauarchus  
 igitur illorum miseratus vicem, actumque  
 de oneraria omniumque salute ratus, nisi  
 scapha reciperetur, cursum dirigit eo, quod  
 illam ferri senserat. Ceterum, exasperato  
 fluctibus mari, naus obuallata undis in-  
 genti procella incessitur, ac pene demer-  
 gitur. Ad nauatarum vectorumque clamores

B. Mariam inuocantium excitus Xaue-  
 ex nauarchi cubiculo, vbi tum Deo sup-  
 cabat, accurrit. Erant vectores nauar-  
 alij super alios strati, oneraria penè obr-  
 ad vltimum periculi venerat. Ergo ill-  
 non tam sua quàm sociorum vice solici-  
 tus, exclamat: O IESV CHRISTE, De-  
 cordis mei, obsecro te per quinque  
 vulnera, quæ tibi in cruce nostri amor-  
 flixit, *Famulis tuis subueni, quos precioso sanguine*  
*redemisti.* Mirum dictu: repente fluctibus  
 exsuperatis nauigium emerfit, cunctis  
 uinum auxilium agnoscentibus. Pro  
 periculo discusso, ad alicum discrimen  
 curæ omnium versæ. Vt quisque cognos-  
 aut necessarios in scapha habebat, centum  
 eorum casum deplorare cæperunt. Quia  
 cum aliquandiu in desiderio suorum ha-  
 fissent, in ipsos miseratio vertit. Quippe  
 eo mari iactabantur, vbi cum scapha et  
 spes salutis amittitur. Xauerius ergo  
 uersos collacrymantes ac sollicitudine  
 nè exangues intuens, bonum habere eos  
 animum iubet; ac prædicit fore, vt ante  
 triduum filia remearet ad matrem. His  
 verbis per ambages significabat, scapham  
 onerariam redituram. Haud credita vul-  
 res, non tamen eos spes omnino deseruit.  
 Postero die prima luce Frânciscus lato vultu  
 tu prodit in medium: & nauarchû commo-  
 salu-

*Nauim penè  
 obrutam pe-  
 riculo eripit.*

*Patricinatio  
 de scapha  
 ad onerariã  
 reditura.*

Mutatum rogat, ut iubeat aliquem, malo  
 conscendo, speculari num scapha cōpareat.  
 Ad hæc senior quidam & experiens nauta  
 (Petro erat nomen) respondit illudens, tum  
 demum receptum iri scapham amissam,  
 cum amitteretur altera. Cui Franciscus:  
 An verò cenlès, Petre, quidquam Deo esse  
 difficile? atqui ego non diffido, Dei beni-  
 gnitate, & Deiparæ Malacensis, cui tria sa-  
 crificia voui, præsidio, scapham cum mise-  
 ris illis incolumem propediem adfuturam.  
 Subinde ubi renunciatū est ex malo eam  
 non conspici, in cubiculum se supplica-  
 bundus abdidit; ibique lacrymans bonam  
 diei partem extraxit precibus. Exin proce-  
 dit in publicū, læta nuncians; ipsos prope-  
 diem scapham reducem esse visuros. Pro-  
 tinus nauarchum rogitat, vela demittat,  
 scapham opperiat, haud dubius omnes  
 qui essent in ea, ac præcipuè par illud Sa-  
 racenorum, Dei Deiparæque ope saluos  
 fore. Abnuere nauarchus, reclamare cæ-  
 teri, simul quòd frustra iam expectaretur  
 scapha, simul quod sine manifesto peri-  
 culo onerariæ expectari nequiret. oberra-  
 bat quippe oculis imago recentis periculi.  
 Cæterum nauarchus tandem Fracisci pre-  
 cibus fatigatus, dolones, quibus tum solis  
 utebatur, submitti paulisper iubet. Inter-  
 misso temporis spatio, cum nihilo magis,  
 a 5                      quàm

quàm antè, scapha conspiceretur, & ipse  
 periclitari ipsa videretur navis, sæuiente  
 adhuc mari, tolli properè vela imperat. In-  
 stare Xauerius, rogare nauticos, vt adhuc  
 paululum præstolentur, liquidò affirmans,  
 scapham, nullo periculo onerariæ, paulo  
 post affore. Cumque nauæ desperata re, ac  
 stimulante metu, nihilominus vela sustol-  
 lerent, accurrit Pater, manúque antenna  
 iniecta, inhibitos per Christi mortè ac vul-  
 nera obsecrare institit, ne pigeret etiam  
 num morari parumper. Morem gerunt  
 illi, ipse se ad numen orandum dat. Inter  
 hæc eius rogatu Antonius Dias fastidium  
 ascenderat mali. Is longè lateque specula-  
 tus, nihil dispicere se renunciat. demum  
 rogat Xauerium, vt sibi bona cum eius ve-  
 nia liceat descendere. Ille cõtrà rogare, vt  
 parumper adhuc moraretur. Et simul ipse,  
 sublatis in cælum manibus, Deum enixe  
 precatus, nauarchum cæterosq. bono esse  
 animo iubet. Interea navis expectans, quasi  
 Francisco periculum præstante, ingenti-  
 bus agitata fluctibus impunè fluitabat in  
 salo. Iamque per tres ferme horas dilata  
 omnium expectatione, pro desperata res  
 erat, cum repentè Dias scapham apparere  
 atque aduentare proclamat. Tum verò  
 læti omnes pro se quisque Deo Franci-  
 scoque gratulari cœperunt. Vt scapha in  
 conspe-

conspectu omnium fuit, confestim ad eam  
 excipiendam nauis in obliquum statuitur.  
 Et illa, Deo scilicet ducente, recta ad onerariam tendit. Aduentanti alacres nauatæ fune, de more, eminus inijcere parabant, cum Xauerius, Nihil fune opus est, inquit: ipsa per se, sua sponte, accedet ad onerariæ latus. Idque, omnibus miraculo attonitis, ita euénit: atque ita apte se applicuit, vt miseri illi commodè exciperentur. Quin etiam in medijs fluctibus, retinente nemine, tamdiu iterit, quoad religaretur ad nauim. vt satis appareret, eiusdem, cuius adducta foret, precibus eam retineri. Mira deinde res, ac penè fidè excedens, traditur. Fernandus Mendes Pintus, Lusitanus honestus & grauis, comes Francisci peregrinationis ex Iaponia in Sinas, & periculi socius fuit. Is cæteris, quæ exposuimus, enarratis, auctor est, reduces illos in onerariam receptos, cum vellet naua scapham inanem iam ac religatam submouere, inhibuisse clamantes, vt manum prius Xauerio porrigeret, qui adhuc in scapha resideret. respondenti nauatæ Xauerium in naui esse, ac fuisse ante ipsorum reditum, certatim illos affirmasse, nimirum quamdiu ipsos in scapha tempestas agitasset infesto vagantes mari, Franciscum adfuisse, cunctosque solantem, & ad spem salutis excitantem.

*Scapha sua  
 sponte ad  
 onerariam  
 se applicat.*

*Franciscus,  
 cum esset in  
 nauis, etiam  
 in scapha  
 eodem tem-  
 pore versari  
 vijus.*



## 380 FRANCISCI XAVERII

excitantem scaphæ cursum ad onerarium direxisse. Tum demum intellectum est Francischi pro illorum salute supplicantis speciem eis præstò fuisse (quod & de S. Nicolao Myreenfi Episcopo memoriæ proditum est) vt appareret cuius ope à præfenti exitio seruati forent. Res omnium vectorum nautarumque sermonibus celebrabatur. At Xauerius diuinum id opus non suum esse prædicans, gubernatori nauis denunciat, vt vela impigre expediat, haud ita multo post, sedata tempestate, secundis ventis vsurus. Nec prædictio incassum cecidit. Vix nautæ vela aptauerant, cum repente venti vis ac procella cecidit: mox tranquillitas secuta est, secundaque curi prouehi nauis cœpit. Et scaphæ salus valè in primis ad Saracenorum, qui cum illa periclitati pariter fuerant, salutem. Quippe tam euidenti miraculo motis superuenit Xauerius. Ab eo haud ægre ad Christi fidem pellecti, & post institutionem baptismi expiati, vt eidem, secundum Deum, & corporum & animorum salutem deberent. Nauis porrò, secunda tempestate vsa, Cinceum Sinarum portum tenuit, quem petebat.

*Prædicat  
tranquillitatem  
maris.*

CAPVT

## CAPVT III.

*Portum Sinarum, & Malacense iter  
vaticinationibus insigne reddit.*

**I**BI Franciscus in terram egressus perop-  
portunè Iacobū Pereriam, amicissimum  
suum, virum nobilitate ac diuitiis clarum,  
offendit, propediem Indiam versùs vela  
facturum. Salute accepta redditaque, cum  
ingentibus beneuolentiæ signis atque læ-  
titiæ, Franciscus de ratione ad Sinarum  
Regem penetrandi eum consulens, suum  
ipse consilium exprimit. Et ille, vt erat  
homo prudens, taliumque rerum peritus,  
optimum factu censuit curare legationem  
atque insuper munera ab Indiæ Prorege  
ad Sinarum Regem exprimere. Extemplo  
auxilium consilio adijcit, & ad eam rem  
(adeò animum eius amor pariter Xauerij  
religioque stimulabant) suam ipse operam,  
nauium, fortunas offert Xauerio, non spe-  
ciosa oratione magis quàm propensa vo-  
luntate. Et dictis facta munificentiora ad-  
iecit. Subinde certum hominem cura eo  
Goam destinat, triginta aureorum milli-  
bus in eam rem assignatis. Franciscus, gra-  
tius impensè actis, præmium Pereriæ & à  
Deo precatur, & repromittit ab Rege. In-  
de Machaum, emporium Sinarum, hanc  
celebre,

*Iacobi Pere-  
riæ eximia  
munificètia.*

## 382 FRANCISCI XAVERII

celebre, delatus est. ibi cum puellam  
 fendisset, cuius pudorem inopia prodebat,  
 pecuniam corrogare cepit, unde ei do-  
 rem conficeret. Venit igitur ad Petrum  
 Vellium, veterem familiarem, eundemq.  
 instrorem satis pecuniosum. Offendit ho-  
 minem latrunculis ludentem domi aliene.  
 Re breuiter exposita, aurum ab eo mu-  
 tum petit, centuplicato fenore reddem-  
 dum in calo. Ille, intempestiuo Xaverii  
 interuentu non nihil offensus, negare illud  
 esse tempus accipiendi quod peteret; se  
 domo sua abesse, ubi aurum haberet. In-  
 stare comiter Franciscus, mortali semper  
 esse tempus recte faciendi. Itaque ille, hac  
 voce motus, clauem illi (ut erat domesti-  
 carum eius rerum satis gnarus) arca nume-  
 maria tradit, auferre iubens quantum vel-  
 let. Xaverius, trecentis nummis aureis ex  
 arca depromptis, Petro reddidit clauem,  
 quantum auri abstulisset renuncians. Tum  
 ille, Errasti, inquit, Pater, tuusque pudor  
 mihi iniuriam fecit; utique multo minus  
 sum; disti quam volebam. Namque arca  
 clauem tradens, dimidiam auri partem tra-  
 debam tibi. Inerant nummorum aureorum  
 xxx millia: hanc summam inter nos ex  
 aequo diuisam oportuit. at tu quotam inde  
 particulam tibi sumpsisti? Sensit Fran-  
 scus Vellium sincere & ex animo locutus  
 eaque

*Petri Vellij  
 egregia libe-  
 ralitas.*

Itaque verba non comitatis esse magis  
 quam veritatis. Itaque admirans, Macte vir  
 liberalitate esto, Velli, inquit: grata &  
 accepta Deo est egregia voluntas tua, haud  
 dubius testata factis. Proinde eius ego tibi *Vaticinatio*  
 verbis polliceor, nunquam Deum tibi de- *egregia.*  
 futurum. Insuper hoc daturum esse, vt  
 supremum vitæ diem ipso prænunciante  
 cognoscas. Nec Franciscum Deus, nec  
 Vellium Franciscus fefellit. Vellius quippe  
 ex eo alius vir extitit: ad eò se benignitati  
 addixit pietatiq̃. Post aliquot annos diui-  
 nitus de instante decessu præmonitus, col-  
 ligere sarcinulas cœpit. Igitur compositis  
 rebus domesticis, req̃. familiari magna ex  
 parte in pauperes diuisa, adhuc valens vi-  
 gensq̃ ad vltimum illud discrimen compa-  
 rare se. Aderat iam supremus vitæ dies, cum  
 ille ad sacram profectus ædem, Parochum  
 perpulit, vt pro Petro Vellio piaculare sa-  
 crum (quod à defunctis nomen habet) so-  
 lenni ritu faceret: cui ipse interfuit, se iam  
 numerans in mortuis. Inde singulos ani-  
 matorum conuenit; eosque valere iubet, pere-  
 gre abiturus. Scitanti bus quò tandem iter  
 intenderet, respondet, In cælum. At illi  
 iocari hominem cæteroquin factum ac  
 lepidum rebantur. Cæterum posteaquam  
 ille omni asseueratione in cælū ire se per-  
 seuerabat; ægritudinem animi & insaniam  
 inter-

interpretabantur : utique ubi fama  
 pertulit, Petrum Vellium, animo solenni-  
 bus mysteriis rite procurato, tectis inchi-  
 sum, prætolari mortis aduentum. Ergo  
 domum eius frequentes coeunt, pro-  
 quitque eum à tristi illa cogitatione abdi-  
 cere conantur. At ille, vultu gaudium præ-  
 ferens, satis ostendit, nullam subesse animi  
 ægritudinem; & simul Xaverij prædica-  
 tionem, eiusque euentum, amicis lætabundis  
 exponit. Ad vltimum de tota re edoc-  
 rogat, ut Petri Vellij mox obituri funus,  
 eodem ipso die profequantur. Atque  
 prorsus evenit. Affecta iam iam ætate ho-  
 minem repentina mors abstulit: eodem  
 die funere elatum amici ad templum pro-  
 secuti sunt, quæ Vellij decessu, quæ Xaverij  
 prædicatione, attoniti stupentesque. Franci-  
 scus interim Pereriæ nauim conscensurus,  
 repente conuersus ad comites, qui frequen-  
 tes aderant, Deprecemur, inquit, Deum  
 pro vrbe Malaca, quæ ab hostibus oblecta  
 valde premitur. Quod si quis subsidium  
 ferre laboranti potest, maturet: ne periculis  
 rebus serum veniat auxilium. Ea denuncia-  
 tio commouit omnes, vel Malacensium  
 periculo, vel miraculo varicinationis.  
 Quippe aberat ab eo loco Malaca leucas  
 circiter nongentas. Itaque omnes pariter,  
 Francisco auctore, dant sese in preces  
 Neque

*Duplex va-  
 sicinatio.*

Neque irrita supplicatio fuit. Dum nauē se ad reliquum intruunt iter; Iacobus Pereria, Xauerij, quem probè norat, denuntiatione permotus, arma ac milites subsidium obfessorum comparabat. quem ille Malacensis periculi metu sollicitum intuens, Mitte, inquit, Iacobe, timorem, apparatusque bellicum, & nobiscum vna Deo gratulare. Iam enim Malacam diuina benignitas obsidione liberauit: vt satis appareret, fufas nuper preces Malacensibus salutis fuisse. Inde, cum in Pereriae nauē Sinarum soluisset portu, quadragesimo quàm ex Iaponia soluerat die ad freti Sincapurani portum, C x x. millia passuum à Malaca, nauim appulerunt; ibique paucos admodum dies substiterunt. Hinc Xauerius, ne qua fortè res Malacæ suum iter moraretur, datis ad Malacenses Socios literis, eos de suo reditu facit certiores, monens, vt quamprimum res sibi necessarias ad profectiōem Indicam comparent, ne qua festinationi suæ obijciatur mora. Bona iam pars idoneæ ad Indicum iter tempestatis abierat, cum à Sincapurano freto Malacam perrexere, Indiam perituri. Quocirca Pereria sollicito suspensoque animo erat, veritus, ne nulla iam foret reliqua Malacæ nauis, quæ Franciscum transporteret in Indiam. Tum Xauerius, Desine, b inquit,

*Sincapuranus portus.*

*Fascinatio.* inquit, Iacobe, vereri, atque istam omnem curam. Antonius enim Pereria, natus ad profectioem parata, nos iam dudum comperitur. Prænuntiationem breui res ipsi comprobauit. Malacam ut ventum est, Antonium inueniunt, tertium iam diem Xauerij aduentum instructo atque expedito nauigio præstolantē. Et simul comperimus Malacam nuper à lauis, barbara gente ac finitima, obsēssā esse acriter, ac paulo post exemptam obsidione periculoque, omnia iisdem planè temporibus, quibus Franciscus prænūtiarat. Ut primum Xauerium ex Iaponia Malacam reuertisse fama vulgauit, extemplo magni ad eum concursus omnium ordinum facti sunt, reuersionem incolumitatemque gratulantium. Quippe sollicitis omnium animis in Iaponiam soluens, tam longinquæ periculosaque nauigationi commiserat se: simul autem illum in Iaponiam saluum atque incolumē peruenisse Malacam nuntiatum fuerat, vltro Malacensis ciuitas, supplicatione ad Societatis IESU templum indicta, & immortalī Deo publicè gratulatione facta, satis ostenderit, & quā vnice diligeret Xauerium, & quā bene de Iaponica eius expeditione speraret. Quocirca eius reuersio, cum latis de Iaponū conuersione nuntiis, multiplex vniuersæ ciuitati attulit gaudium.

*Malace ingenti omnium gaudio & gratulatione excipitur.*

CAPVT

## CAPVT IIII.

*Goæ Socium moribundum sanat : res à Sociis gestas cognoscit.*

**F**RANCISCVS Malacæ in gratiam Sociorum Malacensium paucos dies moratus, in nauim iamdudum paratam conscendit, & secūdo cursu appellit Cocinum. Ibi pari omnium lætitia & gratulatione excipitur. Cocinum Fránciscus tenuerat, cū iam naues Goam petentes essent vela facturæ: mox igitur expeditum nactus nauigium, summa celeritate aduolat Goam. Vt primum in terram egressus est, ex consuetudine ad valetudinaria, priusquam ad Societatis domicilium, contulit se. Inde egros blandè solatus, domum aliquando venit, summè à Sociis expectatus. Ibi post mutuas salutationes amplexusque, fraterni amoris indices, ne humanior in alienos quàm in domesticos foret, statim rogat, ecquis æger iaceat domi. Respondetur vnum esse omnino. *Simul Goam venit, egros inuisit.* E vestigio Xauerius, priusquam se in cubiculum reciperet, hominem adit. Is tum, urgente vi mali, proximus erat morti: & desperata à medicis corporis salute, diem noctemque custodiebatur à Sociis animæ saluti consulentibus. Iamque omnia erant ad sepulturam ac



funus parata : neque tamen ager ipse, eff  
iam penè animam ageret, vitæ amitte  
spem, interruptis ac moribundis vocibus  
dicicans, si Xaverij aduentus (in dies expe  
ctabatur) suum præuertisset obitum, eis  
vique mentis ac deprecatione perditam

*Socium moribundum sanat.*

valetudinem se recuperaturū. Nec agri  
spem Franciscus sefellit. moribundum sa  
lutat, Euangelium recitat, interitu eximit.  
Quippe ille confestim releuatus morbo,  
paulo post profus conualuit : diuinitus  
agrum Xaverij aduentum expectasse, &  
Xauerium iter accessumque ad illum ac  
celerasse crederes. Incredibiles inde fue  
runt non domesticorum solùm, sed pri  
mariorum quoque ciuium, Iaponicas re  
cognoscere experèciam, gratulationes. Ibi  
Xauerius, se absente, rem Christianam pa  
riter Societatemq. reperit ingenti auctam  
incremento. Nam Goæ Lusitani cùm Fra

*Franciscanorum & Dominicanorum industria.*

trum Franciscanorū & Dominicanorum  
egregiâ industriâ, tum Sociorum operâ  
exculti, euulsis vitiorum fibris, in summa  
rerum omnium licentia honestè pieque  
vivebant. Viri quippe bellicosi ac pugna  
ces non modò sine simulatibus, rixis, in  
iuriisque, sed etiam sine concessis vulgo  
voluptatum illecebris vitam debebant, ve  
porrenti simile esset, eorum quempiam  
habere pellicem. Adeò cælestium myste  
riorum

riorum vis militarem coërcebat licentiam. Sæpius namque in anno, & quoties in expeditionem mittendi forent, Confessionis & Eucharistiæ sacramentis sese armabant: diceres religiosos magis viros quam milites. Paulus item Francisci Vicarius, Nosocomio pauperibus curandis Goæ instituto, ad id sustentandum ipsemet per urbem elemosynas corrogabat, haud sanè minore incitamento piorum, quam egentium commodo. Antonius quoque Gomes Prætoris & Episcopi missu in Malauariam profectus, Tanoridis Regem nuper à Vincentio Franciscano conuersum, clamque baptizatum, imbuerat Christianis mysteriis præceptisque. Inde eundem sermones hominum verentem perpulerat tandem, vt religionem metu duceret potiore; seque Christianum palàm professus Goam contenderet. Vbi omni honore apparatusq. ab Episcopo ac Prorege exceptus, multis Dynastis ac Regibus exemplo fuerat experienda Christianæ religionis, popularibus autem suis etiam suscipienda. Neque interim Socij à Xauerio in varia loca dimissi non strenuè pro se quisque Domini vineam coluerunt. In Comorino quidem promontorio, quod Antonij Criminalis laboribus excultum, sanguine rigatum diximus, latissima animorum ex-

Tanoridis  
Rex bapti-  
zatus.

*In Comorino  
Promontorio  
ad cccc.  
millia Chri-  
stianorum  
censentur,  
Armuzia.*

stabat seges. Quippe ad cccc. millia Christianorum capitū censebantur: vt dubium sit, vitāne illius an mors Christianam rem magis auxerit. Armuziæ verò, quam vrbem pulcherrimam opulentissimamque in angustiis ac faucibus sinus Persici sitā esse docuimus, Gaspar Berzeus Belga egregie rem gesserat. In ea ciuitate, propter Ethnicorum, Saracenorum, Iudæorumque colluionem, Christiani palàm cupiditas suas soluerant, iam degeneres, & patri ritus prorsus ignari. Gaspar igitur Franciscus missu institutoque corruptos ac deprauatos eorum mores breui correxit emendauitque; haud indignus illo magistro discipulus. Egredia eius facta ab aliis prodita sunt: quorum ego vnum duntaxat hoc loco commemorare non grauabor, vt et vno facto fiat de cæteris coniectura. Forum est Armuziæ amplissimum ac celeberrimum Mahometi sacrum. hîc summa cærimonia ac religione Mahometes ab Saracenis colebatur. Gaspar ferre non poterat, debitum Christo cultum nefario desertori Christianæ Religionis adhiberi. Itaque diuino zelo incensus, facinus edidit memorabile. Canentium agmē puerorum ingentibus armatum crucibus ducens, luce palam fanum aggreditur: ipse cum cruce in mediam vociferantium Saracenorum turbam

*P. Gasparis  
Belgæ faci-  
nus memo-  
rabile.*

turbam irrupit primus:& inspectantibus attonitisque miraculo barbaris, sex in eo templo per otium defigit cruces; sentires fanaticorum hominum furorem diuina virtute compressum teneri, ne quid ei nocerent, cui præclari facinoris Deus auctor fuisset. Idem planius rei exitu declaratum est. Quippe inuictæ crucis aspectus importunos illos vociferatores Saracenosq. *crucis vis.* vniuersos adeò fregit terruitque, vt lymphatis similes, deserto in perpetuum Mahomeris fano, item vt dæmones solèt, obiectu crucis repentè diffugerent. Habitauit primò Gaspar Francisci instituto in hospitali domo. deinde Armuziana ciuitas, eius ac Sociorum virtute perspecta, certum Societati domicilium ac templum extruxit. Quod vtrumque postea Societas certis de causis relinquendū rata, Dominicanis in Christi vinea *Dominicanorum laus.* magna cum laude fructuque desudantibus, pro sua erga sanctissimam illam familiam obseruantia, cōcessit vltro. Nihilo segnius in oppido Sancti Thomæ Cyprianus versatus est. Is cum eò venisset, concionibus atque exemplis adeò permouit oppidanos, vt sedè Societati perpetuam suapte sponte traderent. Multa inibi, eaque præclara, Cyprianus diuinitus fecit. sed illud egregium. Nauicularius quidam Christianam mulierem viro per vim creptam imponebat in

*Cypriani  
virtus egre-  
gia.*

nauium, non incio nauarcho. Cyprianus,  
re cognita, cum tantum flagitium nihil  
ratione impedire quiniisset, pro suggesti  
vaticinans ita pronunciat: Coniugem à vi-  
ro certi homines abduxerunt: sed haud ita  
multo post meritas Deo hominibusque  
luent poenas. Quippe nauis, qua multo  
auehitur, deperibit: & luscus fiet caecus, et  
balbus mutus. Omnia prorsus, uti prome-  
ciauit, euenerunt. Nauis enim illa paucis  
diebus interiit. Nauarchus furore incitatus  
nauculario, qui luscus erat, alterum effodi  
oculum: ipse, ob insanam in naufragio re-  
ciferationem, ex elingui factus est mutus  
Nicolaus quoque Lancellottus Colani, Ba-  
thalar Gagus Bazaini, Malacæ Francisca  
Peres, Ioannes Beira in Moluco & Mauri-  
ca, cæterique Francisca socij alius alibi in  
neophytis alendis, Ethnicisque Christo pe-  
riendis, Christo ipso bene iuuante, haud  
sanè inutiliter elaborarunt. Vitæ autem  
sanctimoniam in tanta humanorum suble-  
diorum inopia, rerumque difficultate, minime  
coluerunt omnes. Itaque domicilia Socie-  
tati facile compararunt, stabilieruntque.  
Sub idem tempus Tanax (quod oppidum  
abest à Bazaino millia passuum xvii)  
per Gasparem Confaluum Societati sedes  
questita est. vbi oppidani à Patribus ad  
Christianam pietatem eruditi, omnes sancti  
& boni

& boni coloni euadunt, & boni viri : magna autem puerorum manus, pro cuiusque ingenio ac propensione, partim in literis, partim in variis opificiis exercentur; vt ex eadem disciplina simul cum honesta vitæ ratione viuendi accipiant facultatem. Huc ad Patres, ab extremis India finibus, Indus religionis causa venit, affecta iam ætate, & grandi macie torridus, eiusmodi habitu ac specie, vt vnus ex antiquis illis Anachoreis videretur. Is Christianis præceptis breuiter eruditus, cum puerum IESVM lactentem in gremio matris depictum conspexisset in tabula; extemplo diuinum puerum venerabundus amplexari cœpit; & protinus, quasi alter Simeon, in Christi complexu de vitæ exitu admonitus, vrgere Patres, instare vehementius, vt, nulla interposita mora, fieret Christianus: imminere sibi mortem, adesse supremum diem. Ergo quamprimum baptizatus, postridie prima luce moriens, cum iam Dei salutare suscepisset, est dimissus in pace. Xauerius itaque de rebus quæ vbique gererentur, deque difficultatibus suorum certior factus, pro cuiusque loci conditione ac necessitate non subsidia tantum Sociis submittebat, verum etiam præcepta: quæ nos, ne historię series interrumpatur, hic præmittenda duximus, suo deinde loco exposiuri.

*Indus, quasi  
alter Simeon,  
à Christi  
complexu mor-  
tem obit.*

Interim cùm cæteri omnes, lætis de Iaponia nunciis alacres, præcipua lætitia lædèque Iaponicas res vulgò ferrent; vnus qui gesserat, inexplebili animorum diuinæque gloriæ cupiditate flagrans, paruum quiddam præ iis, quæ spe atque animo concepisset, imbutam Euangelio Iaponiam ducebat. Iamdudum Sinas, frequentissimâsq. illas oppidis atque incolis regiones, ipsamq. amplissimi Orbis terrarum Regni spectabat Regiam, velut consummatû suæ peregrinationis munus, salutemq. Oriētis.

## CAPVT V.

*Legatione adornata, Sinas petit.*

**V**IXDVM Goam peruenerat, (ad eò de Sinis imminēs illi cura erat) cùm profectiōnem suam summo studio parare instituit; quicquid temporis intercederet, id morari Sinarum salutem ratus. Confestim igitur cum Alfonso Noronia, Indiæ Prorege, & Ioanne Alboquercio Goano Episcopo, de Legato ad Sinas mittendo transigit. Decretus est Iacobus Pereria, ob pietatem egregiam, summamq. familiaritatem, à Francisco omnibus votis expetitus. Qui haudquaquâ eius fefellit spem: quippe pro suo propagandæ religionis studio ita rem suscepit, vt in legationis instrumentum, ac dono;

*Iacobi Pereria pietas & liberalitas egregia.*

donorum apparatus, maximam fortunarum suarum consumeret partem. In eo negotio conficiendo, eximia Xauerij celeritas extitit. Namque vnus mensis spatjo non tantum legationem, diplomata, literas, munera à Prorege & Episcopo expressit; sed quæcunque ad tam difficilem expeditionem opus erant, comparauit. Quam ad rem plurimum momenti habuit Altonsi Proregis, viri pij, & Francisco amicissimi, sedula liberalitas. Quippe & Legatum ei ad voluntatem dedit, & res omnes ad iter illud necessarias non impensius quam maturius parauit. Ad hæc, totum negocium Aluaro Thardi, Malacæ vrbis Præfecto, impensè per literas commendauit. Nihilofecius Xauerius, sui officij memor, interea dum legationem & profectioem in Sinas curat, quæ ad Indiam cæteraque Sociorum loca pertinebant, curare pergebat. Nam Gasparem Belgam, Armuzia euocatum, suum Vicarium eundemque Goani Collegij Rectorem constituit, sapientissimis saluberrimisque præceptis instructum. Eodem tempore Dium (Lusitani imperij propugnaculum est, in ostio Indi fluminis positum) Sacerdos cum suo administro missus, itemque alij aliò, suis quisque monitis ad locum aptis ornati. Interim Mattheum Iaponem Goæ mors abstulerat. Igitur Bernardus Romam

*Gaspar Bel-  
ga Franciscū  
Vicarius.*

*Dium oppi-  
dum.*



*Copiat licen-  
tiam Fran-  
cisci ad Re-  
gem Lusita-  
niae.*

Romam destinatus. Andreas quoque veniendus in Lusitaniam ad Regem, & Romam ad Ignatium, Societatis parentem, allegatus, ea mente, vt ad Iaponicam scilicet Sinicam expeditionem Sociorum quamplurimos deduceret, & maximè idoneos. Xaverius porrò, quid sui consilij esset in Sinarum expeditione, in iis, quas ad Regem Lusitaniae per id tempus dedit, literis ostendit his verbis: Tres omnino è Societate cum Iacobo Pereria Legato ad Sina

» proficiscimur, eo consilio, vt Lusitanos  
» captiuos in libertatem vindicemus; Sina-  
» rum Regem ad Lusitanorum perducamus  
» amicitiam; Dæmonibus, & eorum cultori-  
» bus, bellum inferamus. Itaque Regi pri-  
» mum, deinde reliquis, caelestis Regis no-  
» mine denunciabimus, ne Diabolum post-  
» hac, sed Deum hominum conditorem, &  
» IESVM Christum eorundem vindicem &  
» Saluatorem, colant. Audax inceptum vi-  
» deri potest, barbaros populos ac prae-  
» tentem opibus Regem adire, increpandi  
» erroris gratia, prædicandæque veritatis.  
» Verùm illud ingentes nobis addit animos,  
» quòd hanc nobis mentè haud dubiè Deus  
» intecit: idemque nos bonæ spei ac fiduciae  
» adeò impleuit, vt eius benignitate freti, ni-  
» hil de immensa eius potentia, quæ infinitis  
» partibus Sinarum Regem superat, dubi-  
» temus.

temus. Multa præterea scribit Regi Lusitaniæ in eadem epistola, ex quibus incredibilis quædã eius animi magnitudo eminet, pari cum submissione coniuncta: simulque ardor ac studium singulare Christianæ religionis vel cum certo capitis periculo propagandæ. Sed ea nos, quia persequi operæ non est, hoc loco prætermittam in proprium referuamus volumen, quò ferme omnes Francisci epistolas, quæ in nostras manus peruenire, coniecimus. Goa discessurus, ut *Christiane* humilitatis & obedientiæ studium Sociis *humilitatis* iniiceret, in cœtu Patrum Fratrumque, *exemplum* obedientiæ magister egregius, omnibus ad obsequendi studium vehementiùs inflammatis, quod verbis docuerat, factò egregio confirmavit. Nam cùm P. Gasparem Belgam Sociis omnibus Indicis sibi que ipsi præposuisset, eius genibus aduolutus, nouo more professus est, in eiusdem se potestate futurum: non minùs cæteris quàm ipso Gaspare attonitis rei admirandæ nouitate. Igitur extemplo reliqui ex intimo animorum sensu flentes, pro se quisque in genua procumbunt, idemque ex ordine profitentur, nullo detrectante exemplum, quod ipse occupasset Xauerius. Inde Socios vltimum illud visurus, mutuis perfusus lacrymis amplexatur: & ex omni domestico-  
rum sequi gestientium numero quatuor  
tantum

tantum delegit, non tam in Sinarum  
 eturus expeditionem, quam in Iaponiam  
 subsidio missurus. Goa discessit xvij. Kal.  
 Maias, anni post Christum natum M. D. LII.  
 magnum & sui & illius expeditionis de-  
 derium relinquens. Prouectam in altum  
 onerariam atrox vis tempestatis adorta in  
 vltimum discrimen adduxit. Cum maxi-  
 me procella sauiret, & cunctis, ac præci-  
 pue Iacobo Pererix ipsi, nauarcho peritissi-  
 mo, imminentis mali species ante oculos  
 esset; Xauerius, percussis omnibus, quam-  
 uis trepida in re, impaudus stabat. **Ac** Pe-  
 reriam pauore torpentem intuitus, Bono  
 animo esto, inquit, Iacobe; diuina nos pro-  
 uidentia tegit. vtinam par esset fors nauis  
 alterius, quæ nobiscum vnà soluit è portu,  
 cuius breui conspiciemus indicia calami-  
 tatis. At verò onerariam hanc, qua vehi-  
 mur, nauale coagmentauit, nauale dissolu-  
 et. Multiplici prædictioni deinceps multi-  
 plex respondit euentus. Extemplo quidem  
 ventus cadere, procella sedari cæpit. Sub-  
 inde tabulæ, vasa, cadauera per vndas flui-  
 tantia, nauis alterius naufragium ostende-  
 runt. Porrò illa Pererix nauis trigesimo  
 post anno in nauale subducta, vt dissoluta  
 reficeretur, Xauerij vaticinationem tanto  
 post tempore comprobauit. Cæterum Xa-  
 uerius, octauo ferme quam Goa solueret  
 die,

*vaticinatio  
 triplex.*

die, Cocinum appellit. Ibi Socios magnâ & suâ & illorum latitiâ cum reuississet, de Comorinensium & Colanensium Sociorum necessitatibus certior factus, literas ad Gasparem Vicarium suum properè dedit, vt eis subueniret quamprimum: & quicquid in hoc genere fecisset, ad se primo quoque tempore perscriberet, satis gnarus celerius ac diligentius prouisurum, qui sciret eius ipsius rei protinus reddendam esse rationem. Cocini paucos moratus dies, Malacam eodem mense contendit. In medio ferè cursu atrox procella vectores nautasque in maximum adduxit metum. Præsents periculi species omnium animos horrore perstrinxerat, cum Xauerius, cæteris suam suorumque vicem effusè deplorantibus, hilari vultu procedit in medium: bono illos esse animo, & omittere timorem, iubet. Statim conscensa puppi, sacrarum reliquiarû thecam funiculo religatam in fluctus deiicit: & simul Deum precatus in cubiculum recipit se, operam confitentibus daturus. Mirum dictu: extemplo venti cadunt, sedatur tempestas, sereno cælo cursus tenetur. Gratiis (vt par erat) diuino numini actis, sollicitudo, vt fit, in securitatem versa est. At Franciscus gubernatorem nauis vt apud se esset admonens, valde vereri se dixit, ne in eodem itinere  
 alia

*Tempestas à  
 Xauerio di-  
 uinitus se-  
 datur.*

400 FRANCISCI XAVERII  
alia ipsis non minora imminerent in  
moda. Atque ita prorsus accidit. bis enim  
nauis latentes per scopulos ac saxa decur-  
rens, propè fecit naufragium; factura for-  
tasse, nisi preces eiusdem, qui prouideret,  
periculum auertissent. Nec domestica so-  
lùm in eo cursu discrimina, sed etiam ex-  
ternas calamitates dissimulanter denun-  
ciauit. Aberat etiam tum longè à Malaca,  
nec quisquam inde per eos aduenerat die,  
cùm subito uectores impensè obsecrauit,  
ut Deum enixè precarentur pro Malaceni  
ciuitate, quam eo ipso tempore afflicta  
crederet morbo. Diuinam prælagitionem  
fuisse ostendit euentus. Vbi Malacam ap-  
plicuerunt, urbem graui lue populata  
offendunt. Is morbus ex recentis obsidio-  
nis angustiis ortus, primùm per ciuium  
capita vagatus est: post incolarum strage-  
m aduenas quoque corripuit, & in clas-  
sem, quæ modò è Lusitania aduenerat,  
serpendo peruasit. Cæterùm quanquam in  
illa ipsa naui, qua aduectus Xauerius erat,  
ad quadraginta homines eadem absumpta  
lues, comitum tamen Francisci nullum  
Dei benignitate attigit.

CAPIT

## CAPVT VI.

*Malacæ Praefecto sacris interdicat.*

**X**AVERIVS Malacæ à ciuibus, pro malis quibus vrgebatur, benignius quam à Praefecto vrbs exceptus est. Vt primum in ædes Societatis venit, imminentis certaminis haud ignarus, Socios etiam atque etiam rogauit, impensis vt precibus Deo commendarent suam in Sinas expeditionem. Pertimescere enim se, ne humani generis hostis omni eam opè per suos administratos impedire moliretur. Nec vanus is timor fuit. Praefectus vrbs, minimè Lusitani ingenij homo, Iacobi Pererix, cui pridem infensus erat, obstare gloriae cepit. Apparebat quippe ingenti non solum emolumento, sed etiam decori futurum ei, si Proregis Legatus tenderet in Sinas. Igitur primorum ciuitatis consilio atque operâ vsus, per causam obsidionis vrbi imminentis Iacobum Pereriam retinuit, quo minus obire possit Legationem. Ibi Franciscus, de sua expeditione sollicitus, cepit Praefecti animum omnes in partes versare. Cæterum æmulatio non mentem solum excæcarat, sed etiam aures occluserat. Non illum Episcopi Goani literæ, non Proregis diplomata, non allegationes & preces amicorum quicquam mouebant.

c

Venit

Venit ad eum Xauius, qui modò  
 egerat negociũ cum Prorege: pecuniã  
 illi mercedis nomine curarat. summa  
 missione orat pro amicitia, obtestatur  
 Christum communem Dominum, vti  
 cum Legato, quem Prorex Indiã deli-  
 nasset, in Sinas ire permittat: ne cursum  
 Euangelij impediatur aut moretur: ne hanc  
 à Diabolo gratiam, quam ille tantoper  
 velit, ineat: ne tam insignem Christi san-  
 guini ac nomini iniuriam inurat. At homo  
 hiantē auaritia, qui Legationem illam iam  
 spe & opinione deuorasset, non minùs in-  
 gratus in homines extitit, quàm impius  
 Deum. Quippe vecordia captus, non mo-  
 dò Francisci auctoritate, recentique mer-  
 to, sed ne obiecta quidem religione com-  
 motus est. Et Franciscus miscens precibus  
 minas, magnopere eum monere instat,  
 denunciãns, cauere, ne in Proregis Indiã,  
 Regis Lusitaniã, Dei denique immortalis  
 incurreret offensionem iramque: vti  
 qui in vno negotio simul omnium illorum  
 auctoritatem numenque violaret. Sed ille  
 obstinatè abnuens, contemptim omnia  
 eludebat. Incertus igitur animi Xauius,  
 cum cerneret vesanũ hominem non Re-  
 gis, non Dei reuerentia metuque tangi  
 consilium à necessitate petiit. Nunquam  
 ad eam diem publicè se pro Apostolico  
 Legato

Legato gesserat: verum apud obstinatum  
 animum nihil proficiens verbis, personam  
 ab humilitate positam paulisper sumendam,  
 presentemque caelestis irae terrorem illi  
 incutiendum, existimavit. Ergo Pontifi-  
 cium diploma diu reconditum, tanquam è  
 vagina gladium, educere decrevit, execra-  
 tionesque & excommunicationes ostend-  
 ere, quibus extemplo iugularentur, si qui  
 suis in augea religione conatibus obstare  
 ausi forent. Non alias magis Francisci mo-  
 deratio enituit. Quoniam tam atrox Deo  
 potius quam sibi illata iniuria eius moue-  
 bat animum; quando ius obtinere nequi-  
 bat suum, ut aequitatem animi obtineret,  
 laborabat. Quocirca dolorem quamvis iu-  
 stum vicit, iraque, cuius mirè potens erat,  
 compressa, in tanta hominis insolentia  
 non magis auctoritatem suam retinuit,  
 quam modestiam ac lenitatem. Nam (qua  
 erat in omnes homines benevolentia) illud  
 ipsum diploma ita protulit, ut non ad vul-  
 nerandum, sed ad minitandum prolatum  
 velleret. Ceterum si lenitas nihil proficeret,  
 severitatem adhibere statuit; demumque,  
 omnibus rebus ante tentatis, necessarium  
 illi vulnus imponere. Nec moderarius quam  
 prudentius rem exsecutus est. Ut sine tur-  
 ba ac tumultu res ageretur, optimum factu-  
 ratus per internuncium, Japonum more,

*Francisci  
 moderatio  
 insignis im-  
 iniuria.*

*In excōmu-  
 nicatione  
 infligenda  
 moderatio.*



*Iaponii more  
per internū-  
tium egit cum  
Praefecto ur-  
bis.*

*Xaverij li-  
bellus sup-  
plex.*

negotium gerere; impotētis Praefecti con-  
gressum ipse vitavit. Ioannem Soarium,  
Malacensem Vicarium, adit: rem ostē-  
dit: negotium ut suscipiat, precatur. Cū  
ille se verò id non pro suo munere magis  
quàm pro amicitia sedulò facturum re-  
cepisset; libellum supplicem apud eum  
Franciscus relinquit, indicem non minù  
modestiae quàm potestatis suae. quem non  
libellum operæpretium duximus histori  
intexere, quo magis appareat Xaverij  
tam acerba iniuria æquitas animi moder-  
tióque. Is igitur est huiusmodi: Paulus mi  
» Pont. Max. nostri Regis rogatu me  
» Orientem ad Ethnicorum conversionem  
» legavit, ut, quantum in me esset, Euan-  
» gelium divulgandum, & mundi effectorem  
» ab hominibus ad eius similitudinem con-  
» ditis agnoscendum colendumq. curarem.  
» Quod negotium ut cumulatiùs ac maiore  
» cum auctoritate perageretur, idem Pon-  
» tifex me Legatum Apostolicum creatum  
» eiusque rei testes Pontificias literas cum  
» diplomate ad Regem Lusitaniae misit, ut  
» ipse, si videretur, (quoniam quidem eius  
» auctoritatem instrueret ac muniret meam  
» Rex igitur, cū ad eum Olyssipponem eum  
» accersitu venissem, ipse mihi Pontificiam  
» diploma, Legationis Apostolicæ testimo-  
» nium,

**h**ium, simul cum Regiis literis tradidit. »  
**H**æc ego, vt primùm Indiam attigi, ad »  
 Ioannem Alboquercium Goanum detuli »  
 Episcopum, qui, vti par fuit, & agnouit, & »  
 approbavit. Itaque idem ratus Christianam »  
 rem apud Sinas bene geri posse, eò me al- »  
 legauit ea mente, vt veram illis populis ac »  
 salubrem exponerem religionem. Id adeò »  
 ex eiusdem ad Sinarum Regem epistola »  
 cognosci licet, quàm tibi eo misi, vt in ea »  
 Episcopi super mea in Sinas profectioe »  
 sententiam perspicias, & voluntatem. Pro- »  
 rex autem Indiæ, è re diuina esse credens »  
 tuò me in Sinarum fines penetrare, Iaco- »  
 bum Pereriam mecum ad Sinarum lega- »  
 uit Regem. Id ita esse, eiusdem Protegis »  
 mandata ac literæ Iacobo datæ testantur. »  
 Franciscus item Aluarus, Arcis Goanæ »  
 custos, idem Regius Procurator, & Regio- »  
 rum negotiorû Cognitor, omnia, vti Pro- »  
 rex præceperat, fieri imperauit. Atqui Ma- »  
 lacensis Præfectus iter tam acceptû Deo, »  
 tam hominibus salutare, tot tantisque au- »  
 ctoribus in initum morari, Euangelioque »  
 obstare non veretur. Hic ego te Dei, & »  
 Episcopi Goani, in cuius potestate es, no- »  
 mine vehementer oro quæsoque, vt, quo- »  
 niam Episcopi hoc loco personam geris, »  
 Præfecto vrbs decreta Pontificia, quorum »  
 initium est; Qui verò de cætero; (quibus »

» decretis, quicunque Legatis Apostolicis  
 » impedimento sunt, anathemate feriuntur,  
 » diligenter explices; eumque per Deum  
 » obtesteris, ne iter nostrum ex Proregis &  
 » Episcopi auctoritate susceptum inhibeat.  
 » Sin minus, denuncies ei statim sacris in-  
 » terdici, non quidem Episcopi, aut tua, aut  
 » mea auctoritate, sed Sanctorum Pontifi-  
 » cum, qui decreta illa & canones condide-  
 » runt, suprema vi ac potestate. Quocirca  
 » cum per IESU CHRISTI, Domini nostri,  
 » mortem plagasque meis verbis obseca-  
 » bis, ne in tam graues poenas Ecclesiasticas  
 » præceps ruat. Nam longè profectò maiores,  
 » quam putat, Deo exsolueret poenas. Hinc  
 » ipsum deinde libellum supplicem, simul  
 » cum Præfecti respõso, ad me remittas, ut  
 » vt Episcopo testis sit, non negligentiã meã  
 » factum esse, vt protectionem in Sinas de-  
 » ipsius sententia susceptam omitterem. Id  
 » autem quamprimum vt peragas, te vehe-  
 » menter etiam atque etiam rogo. Abit enim  
 » tempestas ad Sinicam nauigationem ido-  
 » nea. Id si feceris, eãdem operã Deo rem  
 » gratam, mihi exoptatam, feceris. Neque  
 » enim adduci possum, vt credam, Præfe-  
 » ctum vsque eò durum ac ferreum esse, vt,  
 » decretis Pontificiis cognitis, non continuo  
 » nos dimittat. Ergo Vicarius, hoc Francisci  
 » libello & precibus adductus, Præfectum  
 » conueni-

conuenit, seuerè denunciãns, extemplo ei Pontificia auctõritate anathema infligi, nisi desistat Francisci conatibus obstare. orat per Christi mortem ac vulnera, ne committat, vt mortiferã plagam accipiat, summo dedecori iunctam. caueat ne se tam graui & inexpiabili obstringat scelere, pro quo haud dubiè maiora omnium opinione supplicia caelesti numini sit daturus. Sed surdæ erant aures velãtia obstrepente. Ne Pontificali quidem auctõritate, & anathematis fulmine intentato, homo inuidus (adeò nihil nefas inuidiæ est) incepto destitit, vt satis appareret, non tam hominis illã pertinaciam esse, quã Satanæ, Sinarũ Regno ac suæ ditioni pertimescentis. Aegre tandem ab illo impetratum, vt pateretur Franciscum in Sinas abire; vt autem Pereriam Legatũ dimitteret, nullo modo exprimi potuit. Ita constituta Legatio, consiliũq. omne Xauerij (quod postea ostendit euentus) impotentis hominis vitio ad nihilũ recidit. Tum verò Franciscus tam proiectæ audaciæ infestus, ne quis in posterum tale aliquid auderet, edendum sibi duxit exemplum seueritatis suæ. Itaque Præfecto vrbs, eiusque administris ac sacellis, nominatim sacris interdictum esse Pontificia auctõritate rite pronũciandum curat; non quidem vt eis infligeret

## 408 FRANCISCI XAVERII

*De excom-  
municatis  
Xaverij sen-  
tentia.*

vulnus, sed vt faucij iam inflictum agnosceret. Quippe Xaverius ipse dixisse fertur; Nunquam se quidem cuiquam auctorem futurum tam grauem alteri excommunicationis plagam imponendi: tamen omnino effecturum, vt qui Pontificum decretis propter contumaciam vulnerati iam essent, eorum vulnera omnibus aperirentur; quo ceteros à simili vecordia deterreret, ipsos verò saltem admoneret pudor, vt properè tam fœdis vulneribus remedium quærerent. Cæterum haud leue in eo certamine vulnus accepit Xaverius. Satis constat ex omnibus artibus ac molestiis, quas in omni vita plurimas maximaque perpeffus erat, nihil vnquam illi acerbius accidisse, quàm quòd tam lubricis profectio ab eo impedita foret, à quo adiutam oportuiffet. Itaque ille mœtus non tam suam quàm Prefecti vicem, ipfius vitio periclitantis, cum gemitu exclamasse dicitur. Enimuerò breui ille humanitæ uniusque iuris violator insanam pecuniæ & honoris cupidinem non pecunia solum & honore, sed etiam corpore (vtinam non etiam anima) luet. Subinde templum, quod ex aduerso erat, intuens, genua posuit, supinisque manibus numen illi propitiare cœpit. Igitur manantibus lacrymis exclamavit: Te ego, IESU CHRISTE, Deus cordis

*Vaticinatio  
græuis.*

*Malacensi  
Prefecto pœ-  
nitentiæ  
à Deo precibus  
impetrat*

cordis mei, per acerbissimos tuae necis cruciatus obsecro obtestorque, ut intuearis ipse tuas cicatrices, quas aeterno Patri assidue pro nobis ostentas: easque salubres etiam misero illi esse velis, ut malis edoctus, tua benignitate aliquando resipiscat. Nec irritae preces, nec vana praedictio cecidit. Haud ita multo post ille, cum & alia multa per summam iniuriam fecisset, & eodem ore atque audacia, qua Xaverij auctoritatem contempserat, Proregis contempsisset imperium; memori numinis caelestis iram in arrogantiae cumulo debitas poenas exsoluit. Confestim namque homini contumaci, quasi deficere ab Rege moliretur; Proregis iussu injiciuntur catenae. Mox, ita ut erat vincetus, Goam ad Proregem, inde in Lusitaniam ad Regem abripitur. Ibi bonis male partis spoliatus, notatus ignominia, aeternis addictus vinculis, lepra insuper teterrima coopertus interijt; ut non magis Rex imperium, quam Deus numen suum, vindicasse videatur. Caeterum malis fatigatus oculos tandem aperuit, & vitae labes salubri poenitentia expiavit.

*Fracto Legationis consilio, nihilominus  
in Sinas pergit.*

**N**EC verò, fracto consilio, intinctus Xa-  
uerij animus fractus est; sed sibi non  
tam cum hominibus quàm cum commu-  
nibus hostibus esse certam è ratus, ne quò  
omnino Satanæ cederet, summa ope con-  
trà tendendum putauit. Fama acceperat,  
in Sinarum Regno custodias esse maximas  
ac refertissimas vincis: peregrinos autem,  
qui sine fide publica in Sinas penetrassent,  
æternis vinculis mandari solitos. Quod ter-  
rori aliis fuisset, illi immitamento fuit. Iam  
tum Christi hominumque amore ardens,  
sempiterno carceri se demouebat, vincis  
primum, deinde per eos cæteris, Euange-  
lium vulgaturus. Namque spem concepe-  
rat, si qui vincitorum Christi fidem secuti  
essent, hos deinde emissos familiam que-  
reque suam ad Christum aggregaturos: in-  
super, si Deo cordi foret, curaturos, vt ipse  
quoque vinculis exemptus, Christianam  
religionem propagaret. Itaque etsi vide-  
bat hominum improbitate humanum sibi  
auxilium in difficili ac periculoso negotio  
ereptum esse; nihilo secius tamen diuino  
fretus præsidio in Sinas pergere statuit,  
rem

*Studium pro-  
pagande fi-  
dei.*

rem per semet vtcunque tentaturus; vt, si minus ipse in Sinarum Regnum penetrare posset, at certè aperiret Sociis aditum, & posteris exemplū vel facti vel conatus relinqueret. Ergo Balthasarem Gagum, Duartem Syluam, & Petrum Alcaceuam, socios & comites suos, dimittit in Iaponiam: ipse verò, vno sibi socio & Sina interprete relicto, Malaca discedit. In vrbs porta puluere de calceis (vti Christus præceperat Apostolis) excusso, ciuitati caelestem iram, multasque & graues denunciat clades. Et denunciationi respondit euentus: nam breui bellis, fame, morbis vrbs ita vastata atque exhausta est, vt ex celeberrima ciuitate ad solitudinem prope modum redigeretur. Cæterum Xauerius, quamquam Pereriam Legatum ob impeditam Legationem, maximosque frustra in eam rem sumptus factos, mœrere non ignorabat, eum tamen, ne mutuus conspectus, vt fit, vtriusque auget mœorem, discedens alloqui non sustinuit. Itaque illius sollicitudine magis anxius, quam sua, amicissimum hominem è nauis per literas solatur, pollicens illam damno implicaram contumeliam & emolumento ipsi & honori futuram. Idque ita postea accidit: nam ab Rege Lusitaniæ (cui Franciscus cum impensè commendauerat) magnis

*Pulucrem de calceis excussit.*

*Denunciatio calamitatis.*



## 412 FRANCISCI XAVERII

magnis vel copiis vel honoribus auctus est, ornatuſque. Xaverius igitur Sinas perens, in Pererix Legati nauim, ipſo relicto, conſcendit eiufdem permiſſu : vt natus illum de amantiffimi hominis non minùſ defiderio, quàm beneficio, admonere. Sub protectionem ad eum in nauim Vicarius venit, rogans, vt ad Præfectum vrbs ſalutaturus eat priùs, quàm ſoluat Malaca: videat ne ſermonũ præbeat materiam, ſi prætermiſſo ſalutationis officio, tanquam ab alienata voluntate diſcedat. At Franciſcus, diuini honoris magis ſtudio quàm iuſta inflammatus ira; Egone, inquit, vt hominẽ è fidelium communionẽ eieciturum ad eam ſalutandi cauſa? Enimvero nunquam poſthac neque ego illum, neque ille me viſurus eſt in hac vita, ne poſt mortem quidem, niſi cum apud ſummum illum Iudicem in valle Ioſaphati cum accuſaturus ſum, quòd improbiffima turpiſſimaque cupiditate obcæcatus, tantam animorum impedierit meſſem. Nam rumores & ſuſpicionẽs hominum neutiquam vereor, cum ſatis conſtet ei ſacris interdictum eſſe: proinde eius ſermonis congreſſuſque contagionem omnibus defugiendam; idipſum mea potiſſimum auctoritate exemploque declarari oportere. Quin potiùs periculum foret, inquit, ne mea execrandi hominis ſaluta-

*Excommu-  
nicati con-  
greſſum om-  
ni ope vitat.*

salutatio multum de Pontificia nota, deque  
 excommunicationis detraheret pœna. Com-  
 mitterem utique, vt alij cum illo & con-  
 gressu & colloquio sine vlla religione, me  
 auctore, iungeretur. Quocirca tuas secum  
 ipse res agat, me quidem amicum non ha-  
 bebim, quamdiu habuerit inimicum Deum.  
 Hac oratione Vicarium conuictum cum  
 dimississet, mensè Julio soluit, è Malaca  
 quamprimum excedere festinans. Inde ad  
 Sincapuratum fretum cum substitisset,  
 amicorum haud parum memor, Iacobum  
 Pereriam Legatū, recenti casu afflictum,  
 rursus non amicā magis quàm piā epistolā  
 recreauit, enixè orans, vt accepto vulnere  
 consilio ac prudentia mederetur: atque  
 illo ipso tempore auidius quàm aliàs per  
 Confessionis & Communionis Sacramēta  
 Deo mentem applicans, certam ab eo so-  
 latij peteret medicinam: seque ad diuinam  
 voluntatem totum fingeret formaretque.  
 Neque enim dubitandum esse, quin illa  
 contumelia ac molestia in decus ac lati-  
 tiam esset ei aliquando cessura. Inde na-  
 uigatione repetita, comites eius duo diu-  
 turnum in morbum inciderunt, quibus  
 in curandis subleuandisque assidue Fran-  
 cisci benignitas patientiaque exercita est:  
 ne crucis amatori vlllo tempore deesset  
 crux. Caterum secundis ventis vsus, tertio  
 mensè

*Mororis &  
 arummarum  
 solatia à  
 Deo petenda  
 per Sacra-  
 menta.*

414 FRANCISCI XAVERII  
mense quàm è Malaca soluerat, ad  
peruenit.

### CAPVT VIII.

*Sinarū fines frustra patefacere conatū*

*Sindrum re-  
gionis de-  
scriptio.*

**S**INARVM Regio Asiæ pars est vltima;  
spatio locorum, & oppidorum frequen-  
tiâ, nulli earum gentium secunda. quippe  
eius longitudo amplius cccc leucarum,  
latitudo ccc. perhibetur; vrbibus autem  
habitatur ita frequentibus, vt, superante  
multitudine, etiam flumina ipsa distentis  
constrata nauigiis incolantur. Ab Oriente  
ac Meridie Oceano cingitur: à Septentrio-  
nibus muro latissimo ac penè infinito li-  
uiditur ab iis Asiæ Scythis, quos vocamus  
Tartaros: ab Occidente vltiorem spe-  
ctat Indiam. Sinæ ipsi, pacis quàm belli  
artibus aptiores, vnius Regis nutum in-  
tuentur. Nulli apud eos Reguli, nulli Dy-  
nastæ; Rex vnus in omnes æquè domina-  
tur. Is per Præfectos prouincias admini-  
strans, ex his cognoscit grauiora cuiusque  
loci negotia. Præfectorum verò Semina-  
rium non aula, sed Academia est. Quippe  
ipforum legibus, Regis propinqui ac ne-  
cessarij prorsus abstinent administratio-  
ne Regni. Ex Gymnasijs viri eloquentiâ  
simul iurisquæ prudentiâ præstâtes delecti,  
vrbibus

*Sinarū mo-  
res.*

tribus ac Prouinciis, non vtiq̄ue suarum  
 ciuitatum aut gentium, præfunt. Deos vul-  
 gò adedò contemnunt, vt, seu preces irritæ  
 fuerint, seu grauior aliquis inciderit casus,  
 Deos suos penates tanquam seruos acci-  
 piant plagis. Nullos apud illos, præter  
 Magistratus, quorum, propter eximiam  
 feueritatem, numen horrent, Deos esse  
 credas. Complura quidem haud fanè vul-  
 garia traduntur de Sinarum moribus, quæ  
 à nostro instituto aliena sciens prætereo.  
 Cæterùm illud haud facilè dixerim inhu-  
 maniùs sit an imprudentiùs institutum,  
 quòd, cæterarum nationum fugientes mu-  
 tuos vsus, terrore mortis aduenas omnes  
 procul à suis arcent finibus. Oræ mari-  
 timæ adiacet insula inculta desertaque,  
 Sancianus nomine, à continenti passuum *Sancianus*  
 millibus circiter LXX. Eò Lusitani ac Si- *insula.*  
 næ illa tempestate commercij causa com-  
 meantes, ibidem stramine aut ramis tu-  
 guria sibi, breuis diuersorij causa, raptim  
 construebant. Huc igitur Xauerio quo-  
 que sui commercij gratia petente, insulæ  
 oram legens gubernator dubitare cœpit,  
 an Cumianum portum, quem peteret, esset  
 præteruectus. Iamque ratus adhuc procul  
 abesse, vela facere parabat; cum hæsitanti  
 Franciscus liquidò affirmat, eum portum  
 iam esse præteritum. Ille dubius animi  
 super-

416 FRANCISCI XAVERII  
superfedit primò ; deinde , quia nunc  
eum Xauerij affirmatio fefellerat, illi-  
gis quàm sibi credendum existimans,  
anchors , scapham in mare deijci in-  
certosque homines properè mittit, reme-  
ligentiùs exploraturos. Paucis horis in-  
missis , scapha cum Lusitanis aliquot  
insula diuersantibus ad fidem rei facie-  
dam reuertitur , portum Cunianum,  
Xauerius confirmarat, præteritum esse  
nuncians. Quo nuncio admirabundum  
conclamant, diuinitus profectò id Xa-  
urio indicatum memorantes: & sublatis  
choris, conuertaq. velificatione, reperiunt  
portum. Vbi fama ad incolas perlata est,  
Franciscum Xauerium, celebre etiam illi  
locis nomen, aduentare; properè Lusitanos  
omnes latiobuiam se illi effundunt in la-  
tore. Vt terram atigit, mutua gratulatione  
perfuncti, pro se quisque hospitio tales  
virum excipere certabant. Ille, sine cuius  
quam iniuria, certamè ita diremit, vt ad  
Georgium Aluarum, veterem amicum,  
suique perstudiosum, diuerteret. Tum Lu-  
sitanos communiter obsecrat, vt sacra-  
sibi adiculam, quàm minimo sumptu, et  
ramis & stramine excitarent: vbi rem de-  
uinam faceret, ministraret Sacramenta  
pueros ac seruos, ex sua consuetudine  
catechismo erudiret. Extemplo illi libe-  
tissimè

tissimis animis Xaueio gerunt morem. & fatis strenuè administrata res est. In colle qui à summo æqualiter decliuis vergit ad portum, ædicula biduo stetit. Protinus ergo Xaueius, veteri instituto, sacra ibi ministeria impigre obire: & modò ægros in nauibus morbo afflictos omni obsequio recreare: modò egentibus subleuandis ipsemet à locupletioribus corrogare stipem: interdum cum Sinis mercatoribus quà de ipsorum, quàm de Christianorū religione differere. In his laboribus ac muneribus duos menses ac dimidiatum ingenti animi ardore consumpsit. Quæ res illum etiam apud Sinas non minùs sapientia quàm sanctitate conspicuum fecit. Interim è Lusitanis ac Sinis percontabatur, ecqua tandem via reperiri possèt Euangelij in Sinas inferendi. Verùm & Lusitani, & Sinæ ipsi, difficillimum negotium dicebant esse, periculique plenissimum. Regis quippe ipsius *Sinæ aduenas excludunt.* iussu omnia Regni claustra acerbis septa custodiis teneri; omnes aditus peregrinis penitus esse clausos, morte propolita & aduenæ introcunti, & indigenæ aduenam introducenti. Omnino iniussu magistratus alicuius continentem attingere peregrino homini nefas esse. Veniam autem ab eis petere neque Sinas audere, propter summum illorum imperij terrorem; neque

d Lusita-

## 418 FRANCISCI XAVERII

Lusitanos posse, qui haud secus quàm res-  
qui aduenæ excludantur. Quocirca non  
Lusitanus, non Sina ullus omnino reperio-  
barur, qui in eius gratiam sustineret mani-  
festum necis aut certæ seruitutis perio-

*Inuictus Frã  
cisci animus  
ad pericula.*

lum adire. At Franciscus, vt erat inuidus  
ad ea quibus cæteri terri solent, perpetua  
sua faorum conatum felicitate ad discrimen  
adeundum accenditur. Itaque statim,  
quoniam nulla præterea rei conficiende  
patebat via, per illa ipsa pericula rem ag-  
gredi, moliri que omni ope atque opera, vt  
in urbem Sinarum aliquam occultè deuen-  
ctus, Prætozem adiret, negotium transige-  
ret. Hoc Xauerij consilium, tanquam audax  
ac temerarium, vulgò improbabant Lusitani.  
Igitur non defuerunt qui eum pro  
amicitia ac familiaritate ab incepto deter-  
rere summa vi niterentur, orantes, ne se  
in acerbissimæ necis seruitutisque discrimen daret.

*Sinarum Ma-  
gistratum  
crudelitas in  
aduenas.*

Magistratus quippe (Lutias incolæ,  
Mandarinos Lusitani appellant) in  
legibus custodiendis adeò seueros, aut potius  
acerbos & crudeles esse, vt leuissimas  
ob noxas, nullo discrimine, indigenas ac  
peregrinos verberibus cedant vique ad  
necem. Recens documentum, & quidem  
domesticum, esse Lusitanos quosdam, qui  
superiore anno, tempestate ad illorum lit-  
tus eiekti, longè fauiores Oceani fluctibus  
Sinarum

Sinarum animos experti forent, verberibusque fœdum in modum lacerati adhuc in carcere & squallore iacerent, incisa in perpetuum spe pristinae libertatis. Proinde quam rationem esse, omiſſa certa tutaque aliarum gentium cultura, vt efferatae nationi Euangelium per vim obrudas, in dubiam libertatis ac feruitij aleam ire? Et Lusitanorum denunciationem Sinarum consensus affirmabat. Ad hæc Franciscus <sup>Zelus anz. maru.</sup> interritus (adeò diuinus amor sanctis viris potior humano timore est) non aliud magis se omni voto expetere respondit, quam vel morte sua Sinarum salutem repræsentare. Quid enim? Num ignorarent, quod ipsos identidem vsus doceret, cedere spei metum, vbi maiora sunt periculis præmia? An ambigerent, Sinarum ciuitates, si semel Euangelij fœmen accepissent, propter accuratissimum disciplinæ atque administrationis genus longè vberrimos fœtus edituras? Vt enim dubium esset, an prospere succederet quod conaretur; ita certum esse, conatum & obsequium suum Deo gratum futurum. Nam vincula, cruciatus, mortem denique ipsam pro Christo, beatitudinis & immortalitatis instar sibi esse debere. Iam silentium imposuerat amicis, cum has curas maximè agitati febris superuenit, qua per dies quindecim



420 FRANCISCI XAVERII  
afflictatus, demum, Deo bene iuuante,  
conualuit quidem, sed ita, vt morbus ille  
aduentantis mortis nuncius esse videretur.  
Ceterum, vt conualescere cœpit, ad pi-  
ssimos labores retulit se, nullius rei magis  
quàm otij & quietis impatiens.

### CAPVT IX.

*Transigit cura Sina, vt se clàm Ca-  
tonem inuehat.*

**N**IHILo autem segnius idoneum al-  
quem mercatorem quæritans, à quo  
transmitteretur in Sinas, Lusitanos pri-  
mùm, deinde Sinas omni artificio tentare  
cœpit, multas rationes rei celandæ propo-  
nens, sibiq̃ in tam honesto postulato vt  
gratificarentur obtestans. Verùm obstina-  
tos ad cauendum animos nullæ artes, nullæ  
moliebant preces. Aures omnium timor  
clauserat, abnuentium fortunas caputq̃  
suum manifesto periculo offerre. Itaque  
Franciscus non auxiliij modò, sed etiam  
consilij inops, fluctuabat animo. Ac ut  
quid deesset incommodi, eius comites gra-  
uis vrgebat morbus. Et Antonius Sanctæ  
fidei, natione Sina, Goani Collegij alum-  
nus, quem pro interprete inde vsque ab  
India secũ aduexerat, Sinarum sermonem  
desue-

defuetudine oblitus, vsui esse iam nequibat; vtrique cum vrbanae reconditaque eorum linguæ, qua Magistratus vti solebant, prorsus esset ignarus rudisque. At Xauerius ad omnia inuictus, nihilque inexpertum, nihil inausum relinquendum ratus, nihilo fecius rem vrgere institit, confidens fore, vt *in Deo suo transgredere-tur murum*. Inter hæc haud parua res eius cupiditate simul & fiduciam accendit. Eodem tempore comperit Sinarum Regem Legatos quoquò versus dimisisse, exploraturos aliorum leges institutaque Regnorum. Itaque magna spes erat, gratum illi ac iucundum fore, Christianam legem ac disciplinam cognoscere. Ex ipsis etiam Sinis homines locupletes atque honesti, Francisci familiares, eum, vt ad Sinarum Regem sese conferret, magnopere hortabantur, ex ipsius sanctimonia Christianam æstimantes religionem, iisque libris, quos afferret secum, præclaram aliquam legem, suâq. meliorem, contineri credentes. Enimvero his rebus multo etiam magis excitatus Xauerius, eam mentem ratus est Sinis eorumque Regi datam diuinitus, vt Evangelium aliquando intraret Sinarum fines, vrbesque incolis frequentissimas peruaderet. Ergo diuinæ spei ac fiduciæ plenus, omnes rei maturandæ vias tentare decre-

## 422 FRANCISCI XAVERII

uit . Se enim aut sine vlllo periculo ma-  
gnoque cum rei Christianæ emolumento  
ad Regem peruenturum , aut , si quid ga-  
uius accidisset , in magno positurum lucra-  
*Crucisam.* Nam pro Christo excruciatū necari , quod  
summum periculum videretur , id verò  
maximum Dei beneficium duci oportere .  
Cæterum cedentibus , vt ferè fit , constan-  
tia difficultatibus , breui alius se illi in-  
terpres obtulit . Inde Sinam mercatorum  
minimè timidum nactus , spe ac pollicita-  
tionibus sollicitat atque impellit ad aude-  
dum . Cum sine præsentis pretio nihil spes  
efficeret , pretium à mercatoribus Lulua-  
nis corrogat : & magno piperis numero,  
quod erat aureis propè trecentis , cum illo  
transfigit , vti se cum interprete ac libellis  
suis de nocte in Sinas quàm occultissimè  
deportatum , in Cantonij portus littore ex-  
ponat ante lucem . Canton quippe oppi-  
dum portu nobile est in continenti , milia  
passuum ab Sanciano circiter LXXX . Ille  
igitur ad rem penitus occultandam , ne ce-  
put suum committeret dubiæ nautarum  
fidei , liberis suis seruatorumque fidelissimis  
pro remigibus vti , Franciscumque nocte  
paruâ nauiculâ transmittere cogitauerat .  
Vltro etiam pollicitus erat Xauperio , bidui  
aut tridui apud se receptum ac latebras  
donec tutò emerfus , Cantonis oppidi Præ-  
fecto

fecto sui in Sinas aduentus exponeret causam. duo tamen in hoc negotio pericula Xauerio ab amicis denūciabantur: vnum, ne mercator, accepta per fraudē pecunia, fidem proderet, ipsumque suppressendam rei gratia in desertam aliquam insulam aut etiam in altum præcipitem daret. Alterum (vt sancta esset barbaro fides, eumque in Cantonio portu exponeret) ne Præfectus vrbs in aduenam, contra edicta Regis sine fide publica eò se insinuantem, exempla ederet; verberibusque crudeliter cæsum aut vltimo afficeret supplicio, aut certè in perpetuam seruitutem redigeret. His ille alia haud paulo maiora opponerat discrimina, quæ cæteros latebant. Primum periculum dicebat esse, ne sua diffidentia veriùs quàm cautio Dei bonitatem ac prouidentiam offenderet, si prouinciam illius instinctu ac monitu susceptam homuncionum pericula excuteret. Deinde, ne Christo indignus foret discipulus, si eum non audiret denunciantem, *Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.* Ergo satis gnarus, animi periculis pericula corporis esse longè leuiora, tutius ratus est per vitæ discrimina perrumpere, quàm animi salutem in discrimen adducere; vtique cum haud difficilius quàm præclarius foret, Sinas, Deo fauente, inuitis eius hostibus

Math. 10.

## 424 FRANCISCI XAVERII

peti, subigique. Per id tēpus mira res accidit. Petrus Gerra, nauarchus haud ignobilis, Iaponiam petebat. iamque portus, quem capere destinarat, in conspectu erat; cum repente venti vis cecidit, malaciāque consecuta est tanta, vt per biduum triduumque nauis nil prouehi posset. Ergo tristis & indignabundus in Sinas cursum flectere parabat, cum repente nauicula vectus ad Sinis (neque enim longē aberat oneraria) occurrit Xauerius. Qui nauarchum amice salutatum bono animo esse iubet, monens, vt vela strenuē panderet: se quippe confidere futurum, vt, Deo fauente, secundas nauis afflaret. Nec vana prædictio fuit. Vix expediuerant vela, cum nauis afflante Zephyro portum tenuit. Atque, vt diuinum extaret auxilium, nauis in portum delata, ventus in Africum est versus, eam, nisi portum iam occupasset, haud dubie abrepturus in Sinas. Inter hæc Sinæ mercatoris, cum quo deciderat, reditum Franciscus opperiens, complures & ad Socios & ad amicos literas dedit. Primūm quidem ad Gasparem Goani Collegij Rectorem, vt ex Episcopi auctoritate (adeo nihil sibi Legatus Apostolicus sumebat) Malacensibus illis, qui sicut in Sinas profectio impedimento fuissent, Pontificia auctoritate interdictum esse sacris, quam primūm

rite

rite pronuntiandum curaret: quo scilicet miseris illos lethalis plaga refricata aliquando remedij admoneret. Ad Franciscum etiam Peren scripsit, vt, Malacca relicta, cuius Praetor suam in Sinas profectiorem impedisset, cum omnibus Sociis in Indiam discederet primo quoque tempore. Nec Iacobi Pereriae sui oblitus, eius mœrorem consolando per literas tertio leuauit, quarum literarum hæc est clausula, eximia virtutis index. Vtinam nos aliquando in Sinarum Regis aula reuisamus: quanquam ego, si ad Sinas peruenero, spero futurum, vt ibi me aut seruitio additum, aut in Cantonis carcere Regiæ custodia vinctum offendas.

## CAPVT X.

*Transmissione dilata, suum obitum prædicit.*

**ECC**E autem Sinarum conuersionem & martyrij palmam meditati Xaerio nouæ magnæque difficultates obiectæ. Interea dum proxima spe lætus profectiorem adornat suam, repenti nouum eius interpretem ab incepto siue occulta Lusitanorum ars, siue imminentium suppliciorum terror, auerit. Itaque timoris

## 426 FRANCISCI XAVERII

magis quàm fidei memor, Franciscum nihil minùs metuentem subitò deseruit. Nihil tamen improuiso malo cessit Xauerij constantia. Sed cum veteri interprete, etsi parù idoneo, quòd Sinarum linguam, vt diximus, non satis tenebat, nihilo secius decreuit ire. Confestim igitur ad eum et composito coeunt Lusitani mercatores, non Xauerij vice solliciti magis quàm sui. Circumfusi pro se quisque precantur, vt incepto desistat aliquando. Quòd si suo periculo non tangatur, at moueatur alieno. Agi ea in re non ipsius solùm, sed etiam Lusitanorum omnium salutem. Prætores quippe Sinarum tanta audacia irritatos non vnus pœna contentos fore; omne nomen Lusitanum ad supplicium vocaturos. Proinde ne amicorum fortunas, vitamque ipsam, in eundem traheret casum. Quòd si certum ac deliberatum esset, fortunæ aleam tentare; at expectaret, dum opportuna profectio Lusitanas naues iniuriæ subtraheret. Tum Xauerius bonum illos animum habere iubet: se vnum vile caput, si quid impendat periculi, subire velle. Quocirca nihil omnino tentaturum, priusquam ipsi in tutum recepissent se. Illis ergo iter maturantibus, Franciscus quoque ad expeditionem suam se instruebat. Cæterùm in Sinarum fines eum pene-

*Xauerij humilitas in Lusitanos.*

penetrare, Deo utique cordi non fuit. Ne quid deesset difficultatis, mercatoris quoque illius Sinæ, quo cum transegerat, eum fides fefellit. Is quippe, siue catus alicuius interuentu, siue metu pœnæ, siue etiam Diaboli ipsius instinctu, non stetit promissis. Et Franciscus, cum frustra eum diutius expectasset; denique suam transmissionis spem penè damnauit. Igitur nihilo fidelio rem Sinam mercatorem quàm interpretem expertus, consilij inops cogitationem in omnes versabat parres. Non tamen illum ab ingenti spe destitutum defecit animus: quin potius humanæ opis desperatio diuinæ fiduciam accendit. Diuinæ ergo bonitati confisus, nouam in Sinas transmittendi occasionem captare, ignarus transmittendum esse sibi prope diem in cælum. Inter hæc noua illi, sed vana, spes affulsit. Cognouit quippe Sionis Regem (quod Regnum Malacæ quàm Sionis propius est) legationem in proximum annum ad Sinarum Regem destinasse. Itaque opportuno nuncio lætus, nouæ legationi adijcit animum: statuitque, si Sina ille mercator ad tempus non occurrat, ipse ad Sionem navigare, atque omni ope adniti, ut cum Regio Legato penetraret in Sinas. Sed iam non in limine operum ac laborum suorum, ut sibi videbatur, sed in exitu



428 FRANCISCI XAVERII  
exitu stabat. Ergo dum, si vetus destitit  
spes, noua auxilia moliens, Regnum Sion  
cogitat, ad cælestem Sionis arcem vocam  
est. Iam socium illum suum ægrotum, et  
sibi in Sinas transmisiuro oneri atque im-  
pedimento foret, Lusitanis Indiam repe-  
tentibus bene commendatum deuehen-  
dum tradiderat, ipse cum Antonio Sancti  
fidei, alioque seruo, remanserat in Sancti  
no. Et post Lusitanarum profectioem  
nauium, Franciscus (vt spes pertinax est)  
adhuc mercatorem illum Sinam expe-  
ctans, consueta caritatis munia haud se-  
gnius exsequebatur, Satanam, à quo artes  
omnes ad suos conatus auertendos adhi-  
beri cernebat, Deo duce & adiutore victo-  
rus. Sed Deo, cuius *inseparabilia consilia*  
*inuestigabiles via* sunt, aliter visum; quippe  
eius conatu contentus, Sinarum conuer-  
tendorum decus (fortasse quòd tum bene  
maturum tempus non erat) aliis referua-  
bat. Incenso itaque Xauerij agendi patien-  
diq̄ studio latus, laboriosissimo homini  
veterum laborum, quos plurimos ac maxi-  
mos sustinuerat, præmia persoluere, quàm  
aditum ad novos labores aperire, maluit.  
Igitur eodem ipso die, quo die in portum  
Cantonium trajicere destinarat, in mor-  
bum incidit, quo deinde extinctus est.  
Morbi occasio hospitis inhumanitas fuit.  
Sub dis-

Sub discessum enim nauium Indiam perentium, etiam Francisci hospes, mutato consilio, defertoque iure hospitij, repente discessit. Subita impotentem animum seu cupiditas seu dementia stimulauit; adeoque precipitem egit, ut Xauerium veterem amicum atque hospitem salutare, nauemque in alia Sinarum insula emptam opperiri, festinatio prohiberet. Franciscus more suorum diuinam faciebat, cum bonus ille hospes, omisso sacro, cui intererat, & hospite destituto, fugienti magis quam abeunti similis soluit ex insula. Sacrificio peracto, & precatione funebri pro mortuis de more facta, circumferens oculos Xauerius, hospitem abesse cernit. Quærenti quid illo factum esset; respondetur, eum prope admodum Malacam versus è Sanciano soluisse. Tum Franciscus: Enimuero (inquit) vereor ne illum conscientia sceleris alicuius agitet, irato Deo. Quorsum enim ista tam præpropera festinatio? En aduenat nauis quam modo emendam curarat: eius tamen aduentum expectare grauatus est. Sed abeat sanè Malacam, vnde abiturus est nunquam: ibi enim vitam amittet miser. Ex duabus prædictionibus alteram mox, alteram deinceps, euētus excepit. Vix, qui aderant, è templo excesserant, cum nauis illa repente comparuit, mirantibus omnibus, &

*Franciscus  
ab hospite  
destitutus in  
morbum in-  
cidit.*

*Duplex va-  
ticinatio.*

## 430 FRANCISCI XAVERII

bus, & Xaverium tanquam diuinum ho-  
minem intuentibus. Hospes verò (vti potè  
ea cognitum est) paucis diebus, quibus  
Malacam venerat, cum lignatum in fletu  
syluam, à latronibus interfectus perit, se-  
dam ac miseram mortem sortitus, quod  
Francisco causa immaturæ mortis fuisse.  
At Xaverius, haud ignarus sibi propedi-  
cè vita migrandum, id ipsum familiaribus  
prædixit, non admirabili magis quàm se-  
lubri ratione. In circulo Lusitanorum cum  
esset, Numerum inite, inquit, diligenter  
eorum, qui hęc sumus: nam intra annum  
plerique nostrum moriemur. Vaticinatio  
verior fuit quàm lætior. Namque è septem  
qui tum aderant, quinque eo anno sunt  
mortui, ex quibus ipsemet Xaverius fuit,  
haud dubie imminentis sibi mortis & gna-  
rus & vates. Et iisdem ferè diebus Fran-  
ciscum, diuinitus mortalitatis oblitum, in-  
gens Dei visendi cupido cepit, haud leui  
proximæ beatitudinis pignus. Itaque in epi-  
stola quadam scripsit, tametsi ad id tempus  
vitam sibi suppeditari optasset, ad Christi  
obsequium, Christianique nominis propa-  
gationem; tamen iam eos igniculos ardentis  
diuinæ Maiestatis visendæ fruendæque de-  
siderio refrixisse.

CAPVT

## CAPVT XI.

*Sanctissimè moritur.*

INHOSPITALIS discessus hospitis necessitate imposuit Xaue-  
 rio victus emendicandi. Xaue-  
 rio emendicatio  
 cibo vitam  
 tolerat. Eoque grauior eum inopia vexauit, quo arctiora omnia tum Luti-  
 arum custodia fecerant, ne quis annonam ex  
 Sinarum finibus exportaret, intentiore  
 cauentes cura. Quod ille incommodum,  
 Euangelicæ paupertatis magis quam suæ  
 necessitatis memor, sibi libentissime perfere-  
 bat. Itaque nonum hospitem nequaquam  
 sibi querendum, sed precario victu defun-  
 gendum existimauit. Verum et si animus  
 patiendi audax fortiter occurrebat tantis  
 rerum omnium difficultatibus incommo-  
 disque; corpus tamen, utpote iam confe-  
 ctum ætate, assiduis laboribus, & scilicet  
 recenti morbo, ex quo nondum satis con-  
 ualuerat, necessario frangebatur. Ad hæc  
 angebant eum ingentes animi curæ, quas  
 ex desiderio suæ in Sinas profectio-  
 nis capiebat. Itaque æger non corporis solum, Recidit in  
 morbum. sed etiam animi, cum perisset anima suæ ut mo-  
 ritur, XII Kal. Decembris recidit in mor-  
 bum. Missæ sacrificium pro mortuo fece-  
 rat, cum mortifera illum febris inuasit,  
 quæ aditum ei ad æternam vitam aperiret.  
 Igitur cum febre ad nauim, qua aduectus  
 erat,

## 432 FRANCISCI XAVERII

erat, recipit se, simul visendi de *móre*  
 agros, simul inter eos diuersandi *studo*.  
 Sed tertiodecimo die ingrauescens mor-  
 bus, cum iactationem naus ferre non ve-  
 leret, remigrare eum coëgit in terram.  
 Lusitanus igitur quidam talem virum mi-  
 ferè febrì æstuantem, iacentemque in pu-  
 blico conspiciatus, misericordiæque capax,  
 extemplo eum benignè inuitat hospitio, ac  
 domum suam (ea erat deserto in colle *ca*  
 veriùs quàm domus) deductum pro rerum  
 inopia liberaliter tractat. tum eius saluti  
 consulens rogat atque obsecrat, vt in illi  
 sibi patiatur venâ. Et Xauerius, quanquam  
 non ignarus quales tandem medicos de-  
 lecta haberet insula, tamen ait, se in rebus  
 omnibus, quæ ad curationem corporis sui  
 pertinerent, omnino in medentium fore  
 potentate. Idque alacriùs fecit quàm dixit,  
 vndeunque obedientiæ materiam qua-  
 rens. Sanguinem misit non sine spasms  
 ac distensione nervorum. Dolorem corpo-  
 ris subsoccurum est fastidium ciborum om-  
 nium, quanquam cibi nulli ægrotis idonei  
 suppetebant, præter paucas amygdalas,  
 quæ à Lusitano nauarcho traditæ, ad eum  
 perlatae sunt ferè. Iam enim cibum adeò  
 fastidiebat, nihil vt sumere omnino pos-  
 set. Interim satis gnarus sibi cedere supre-  
 mum diem, quæ secum in causam illam  
 extul-

*Tugurio ex-*  
*cipitur à Lu-*  
*sitano.*

*Dicto audiēs*  
*est medico.*

*Morbi dolo-*  
*res.*  
*Cibi fasti-*  
*dium.*

extulerat, ne per morbi sui occasionem perirent, in nauim referri iussit. Biduo iam media traducto, cum morbus magis magisq; se ingrauesceret, magis etiam Francisci patientia ac virtus enituit. Humanis subsidiis omnibus destitutus in ita iam hyeme, in tugurio ventis atque imbribus per uio iacebat quintum decimum iam diem, maximoque pestiferæ febris iactabatur æstu. Cæterum incommoda omnia ac vim morbi æquissimo subibat animo, patientia autem tanta, vt nihil supra. Nullum profus *Patentia* eius verbum excipiebatur, aut de grauitate *eximia.* morbi querentis, aut vllam circumstantium opem (vt in grauibus morbis fieri solet) implorantis: contraque omnia dicta & gestus erant tales, vt satis appareret, morbum, velut solidæ virtutis æternæque materiam gloriæ, ab eo in diuini beneficii loco numerari. Vnum scilicet ægre ferebat, naturali se vulgarique morte extingui in lectulo; omnibusque expetitam votis martyrii palmam sibi penè in manibus infringi. Cæterum haud ignarus, martyrii decus donum Dei esse gratuitum, quod sæpe negetur expetentibus, aliud agentibus offeratur; ad diuinæ providentiæ rationem animum composuit suum, tam insigni beneficio se indignum existimans. Inde vis mali vehementior penitus insitam Francisci sanctimoniam

434 FRANCISCI XAVERII  
 moniam declaravit. Namque ut in *caeteris*  
 ferè, cum vrgentur morbo, tum maxime  
 vitiosa se prodit natura, ita in Francisco  
 tum præcipue solida atque egregia *pia*  
 emicabat. Quippe eadem propemodum  
 faciebat moribundus, quæ sanus facer-  
 consueverat: nunc, defixo in cælum oculo-  
 rum obtutu, læta fronte ac vultu cum  
 Christo Domino, quasi adesset, colloque-  
 nunc Psalmorum verius piè admodum  
 vsurpàs, identidemque illas iterans voces,  
 IESV fili David, miserere mei: tu autem  
 peccatorum meorum miserere. Mater Dei,  
 memento mei. Hisce aliisque eiusmodi vo-  
 cibus biduum extraxit. Aderat iam illi su-  
 prema hora. Igitur Christi crucifixi effi-  
 giem manu tenens, intentisque oculis in-  
 tuens, crebros edere gemitus, & subinda  
 susclamare, IESV Deus cordis mei, lacry-  
 mas precibus miscens, donec eum vox pa-  
 riter ac vita defecit. Ita ad extremum usque  
 spiritum fortissimè cum morbo ac morte  
 luctatus, quarto Nonas Decembris (quæ  
 dies S. Bibianæ virgini sacer est) IESVM  
 & MARIAM sæpius inclamans, æquissimo  
 animo obdormiuit in Domino: atque ad  
 eos ipsos, quos vivus in visceribus, moriens  
 in ore semper habuerat, migravit in cæ-  
 lum. Vultus deò hilaris mansit ac lætus, ut  
 species ipsa corporis animi beatitudinem  
 indica-

*Decedit è  
 vita.*

Indicaret. Decessit annos natus circiter LV. decénio iam expleto post suum in Indiam aduentum, anno post Christum natum MD. LII. vir planè admirabilis cum veris virtutibus, tum verò incredibili animi magnitudine, studioque conuertèdorum Ethnicorum. Nullum vnquam laborem aut discrimen Dei causa recusauit: & Indorum finitimarumque gentium salute non contentus, omnem Orientem complexus est caritate illa, cui nimis angustus ad benemerendum orbis terræ videbatur. Itaque Euāgelio ac Societate toto penè Oriente diffeminatis, in ipsa cura ac meditatione Cantonij portus petendi, defunctus huius vitæ fluctibus, æternæ felicitatis tenuit portum, Sinas præsentibus apud Deum precibus adiuturus. Nec verò dubitandum est, quin eius iam beati assidue ad Deum *Mortuus* preces aditum in Sinas patefecerint non *aditum pe-* tantum Societati IESU, sed Lusitanis mercatoribus, Christianæque religioni. Nam *atefecit in* paulo post Francisci obitum, ad Cantonium portum accedendi, ibique commercij causa commorandi, vulgo facta copia est Lusitanis. Et eorum opinio fuit, Xauerium suis precibus obseptos Sinarum fines aperuisse. Anno autem post Francisci excessum circiter xxx. remissa paulisper à Sinis finium custodia, Patres *Sinas.*



436 FRANCISCI XAVERII  
aliquot è Societate IESV, Francisci virtutis amuli, aliquando penetrarunt in Sina, ibique Deo propicio Christianæ religionis fundamenta iecerunt.

CAPVT XII.  
*Viva in calce sepelitur.*

**V**BI Francisci mortem fama vulgavit (quippe tebris perniciosior quam malignior omnes præter ipsum tefellerat) Lusitani penè omnes, qui reliqui erant in insula, tam tristi nuncio exanimati, conflitim ad eius velut ad communis parentis funus conuolant. Ac primò gemitibus ad lamentis tota circa tugurium personabat area: deinde triste silentium consecutum est, ad contemplantum Xauerium dolore conuerso. Ceterum eius corpus, imaginem animi, effigiem cælestis felicitatis, intuitu ter, fletum integrabant; iucundissimoque aspectu neque animos neque oculos sanare poterant. Corpore Franciscus fuit satis amplo robustoque, staturâ procerâ, iustam hanc sanè multum excedente, colore candido, facie honesta ac liberali, vultu hilaris quidem, sed viuico & ardenti, cæcis vegetisque oculis, naso modico, barba & capillo naturâ nigro, sed iam ætate, aut curis potius, cano; vestitu tenui vulgari, sed mun-

*Lusitanorum  
senius in  
morte Xaverij.*

*Francisci  
forma ac  
statura.*

sed mundo. Tunica talari, vt supra diximus, induebatur (Indorum ritu Sacerdotum) distincta, vt togæ etiam vicem haberet. Itaque subibat spectantium animos eximia illius, comitas benignitasq; in omnes singularis: magnitudo animi periculis ac difficultatibus inuicta: mortis, cuius cæteri nomen horrent, perpetua contemptio: diuinæ gloriæ ac religionis profusa in finita cupido: submissio magnitudini animi pietas ac sanctitas prorsus egregia. Igitur illam suauitatem moram, illud exemplum fortitudinis, illud ægrorum auxilium sibi ereptum, talem præconem religioni, tantum prælidium ademptum esse rebus humanis, nouum sydus, quod perpetuæ penè Indorum nocti illuxisset, quod Euangelij lucem caliganti attulisset: Orienti, subito occidisse querebantur. Quem propagaturum in vltimas terras religionem? Quem ægris Lusitanorum corporibus atque animis saluti fore? Quem in Francisci locum successurum? Interea dum Lusitani grabato circumfusi iucundissima Francisci specie memoriâque oculos & animos pascunt suos, tantamque iacturam, lacrymarum pleni, sui que iam immemores, lamentantur; Antonius interpres, qui Francisco ægotanti ac morienti præstò fuerat, accurrit ad nauim, Sacerdotalem Francisci

428 FRANCISCI XAVERII

habitu(m) (ibi enim afferuabatur) petiunt. Lusitani qui erant in naui, Xauerij obitu nunciato, obortis lacrymis crebros ediderunt gemitus, non presenti suo tantum, sed futuro quoque Pererix domini sententis dolore perculsi. His igitur comitatus interpretis, non sine fletu domum reuertitur. Francisci deinde corpus sacerdotali vestitu rite indutum, de sententia Lutrinorum, ligneo loculo (vt Sinarum mos est) includere statuit. Quod quidem diuino potius quam humano consilio factum ostendit euentus; vt ea scilicet, quae sancto corpori diuinitus contigerunt, essent hominibus notiora. Corpus igitur arca lignea inclusum, postero die multis prosequentibus effertur: & funere, quanta maximis in illa reru inopia studijs potius celebrato, in ipso portus littore rite mandatur sepulturae. Iam terram erant iniecturi, cum repente, diuino utique instinctu, placuit, ad carnem excedendam, viam corpori calcem adhiberi; vt nuda deinde ossa in Indiam deferrentur. Itaque aperto loculo magna vis calcis inditur, quae citius conficeret carnem; tum arca diligenter oclusa ibidem humatur. Tumulo grandes lapides sepulcri indices impositi; vt si quis e Societate id quareret, illis indicibus admonitus nullo negotio reperiret. Discessit

*Sacerdotali vestitu se - pelitur.*

*Loculo vna calx indi - sur.*

est à funere multis cum lacrymis, incredibili cum mœrore, ac desiderio talis ac tanti viri.

## CAPVT XIII:

*Corpus integrum repertum Malacæ de-  
nuo humatur.*

**V**ERE deinde primo, cùm adesset tempus, quo tempore nauis, quæ Franciscum aduexerat, Malacam solueret; Sina interpres, quem diximus, siue Xauerij caritate, siue diuina magis vi stimulante, nauarchum adit, & ingemiscēs, Itâne verò, inquit, Franciscum Xauerium, qui nobiscum vnà inde vsque ab India huc venit, hîc in deserta Sinarum insula apud barbaros relinquemus populos? At qualem virum! nempe eum, cuius egregiam vitæ ac mortis sanctitatem nos ipsi perspeximus, posteritas omnis inuēbitur. Quin potius sacrum eius corpus deferimus in Indiam, vt ibi potius sit, vbi colatur; quàm hîc, vbi cõtemnitur? Tum ille: Ego verò libenter mecum in Indiam eius asportarem reliquias, si, consumpta carne, ossa deferenda forent. Proinde rem extemplo per certum hominem explorabo. Quòd si spes responderit voto, enimuero facturus sum quod

440 FRANCISCI XAVERII

rogas, non tua magis causa, quam  
 Neque enim ignoro quantam hoc munus  
 gratiam Iacobi Pererix, Domini mei, si  
 initurus, cui haud sanè leue solatium erit,  
 si Franciscum, quem viuum eximia cari-  
 tate dilexerat, videre atque habere apud  
 se licuerit mortuum. Protinus igitur spe-  
 ctata virum fide mittit, qui effosso aper-  
 toque loculo, an Francisci corpus calce  
 absumptum esset, intentius exploraret;  
 secumque, si videretur, auferret. Venit ille  
 ad tumulum, arcam effodit, excussaque  
 calce inspicit corpus. mirum dictu, pro-  
 fus integrum reperit, modò humanum  
 crederes. Nullus grauis odor, sed potius  
 suavis: nulla tabes, ne in n. fo quidem qui  
 primus mortuis effluere solet: color viuus,  
 caro planè recens, vestimenta nullà ex  
 parte tabefacta laxaue. Ne vigor quidem,  
 qui ex spiritu constat, destituerat vultum:  
 vix vt ille Xauerio, velut spiranti, admo-  
 uere manus sustineret. Attonitus ergo et  
 miraculo, diuinum beneficium agnosce-  
 re, integritate corporis integritatem admi-  
 rans animi. Et hoc maior eum cœpit ad-  
 miratio, quòd Xauerius naturà non ficeus,  
 sed succi plenus erat. & ipsè exploratum  
 habebat, eundem quartum iam mensem  
 iacere viuè obrutum calce. Ergo veritas  
 nē vana afferre crederetur, tantillū carnis  
 ē coxæ.

*Corpus Fran-  
 cisci integrū  
 reperitur  
 quarto post  
 mense.*

coxendice defectum, incorrupti corporis specimen, nauarcho affert, explorata renuncians. Fecit abscissa caro fidem miraculi. Extemplo igitur nauarchus, nauta, vectoresque admirabundi ad tumulum accurrere. Re comperta, nonnulli qui aut necessaria Francisco viuo malignè suppeditarant, aut de illius mortui fama detraxerant, vbertim flere, & ora palmis conuerberare cœperunt, semet incusantes. Cateri Deum colaudare, cui etiam caduera curæ sint seruatorum suorum. Tum nauarchus Francisci corpus, sic vt erat, in arca deferri ad nauim imperat, miraculum vel certius exploraturus ipse, vel planius aliis ostensurus. Ad vltimum, satis explorata re atque perspecta, venerabundus arcam cum calce, vt erat, imponit in nauim: & è Sanciaño profectus mensè Martio, secundissima nauigatione peruenit Malacam. Francisco ventos ipsos obsecundare sentires Oneraria aduentum scaphi præcurrens Xauerij corpus integrum repertum aduehi Malacam nunciarat. Quo nuncio exciti Malacenses, & simul veterem iniuriam effick nouo compensaturi, quem viuum cum aliqua dimiserant contumelia, mortuum summo cum honore excipere decreuerunt. Ador Xauerij & vultus concionantis ad populū, perditos ad salutem reuocantis,

*Ma'acensium  
 studia in ex-  
 cepto Xa-  
 uerij corpo-  
 re.*

## 442 FRANCISCI XAVERII

agros curantis, & energumenos, funera  
 absentiaque prædicentis, occurrebant  
 oculisque. Itaque contumacia in venerationem  
 versa, pro se quisque funus celebrare  
 tanti gestiebant viri. Iacobi Pereriaz  
 Legati, qui etiam tum Malacæ morabatur,  
 inter cæteros vt desiderium, ita studium  
 eminebat. Namque is dolorem et amici  
 morte perceptum, eius aduentu corporis  
 abstergi posse ratus, maximam vim  
 cereorum, cæteraque ad funebrem pompam  
 necessaria, egregia sedulitate comparavit.  
 Inter hæc, applicata ad terram nauis  
 loculum in sacras ædes portui proximas  
 inferunt, dum ciuitas obuiam prodeat,  
 expectantes. Vt primùm in urbem fama  
 perlata est, integrum Xauerij corpus in  
 terram expositum; cuncta illi ciuitas obuiam  
 se plenis portis effudit, tum vitendi studio,  
 tum etiam rosarijs contingendi. Proceffit  
 etiam eò cum sacerdotum agmine Malacensis  
 Vicarius: apertaque palam arca, inuenit  
 corpus integrum ac recens, nulla tabe aut  
 liuore corruptum, nulloque fetore odore,  
 sed magis suauis ac iucundus. Confestim  
 omnes stupentibus similes pro se quisque  
 diuinum numen efferre, sanctas reliquias  
 deosculari, coronisque contingere cœperunt.  
 Pereriaz præcipue ex magno luctu in  
 magnum gaudium ver-  
 sus,

*Funus Malacense Xauerij.*

sus, extincti amici aduentum quantis ma-  
 ximis poterat studijs celebrabat. Cæte-  
 rum vt humanis iudicijs iudiciũ diuinum  
 adderet fidem, æger quidam, tacto Xaue-  
 rij corpore, extemplo conualuit. Postero  
 ergo die mane sacerdotum ac totius ciui-  
 tatis agmen, accensis candelis ac funali-  
 bus, processit obuiam, summo cum sensu  
 lætitiæ pietatisque. Nullus tum erat Mala-  
 cæ è Societate IESV: nuper enim ipsius  
 Francisci iussu Patres omnes decesserant.  
 Placuit tamen ciuitati, eiusdem corpus  
 templo, quod Societatis fuerat, inferri, vt  
 eiusdem reuerſionis prædem ac vadem  
 haberent Xauerium. Quocirca supplica-  
 tione frequēssima celeberrimæque, mul-  
 tis vndique collucentibus facibus, ad id,  
 quod dixi, templum arca detentur. Ibi post  
 sacrum solenni ritu ac cæremonia decan-  
 tatum Franciscus, excussa calce, in nouo  
 loculo, celeberrimo loco sepelitur, colla-  
 crymantibus plerisque, & recentis lætitiæ  
 miraculi, & misto dolore, ac desiderio rãti  
 viri. Mox miraculũ miraculo additur. Noui  
 loculi breuitas coëgerat eos, qui operam  
 dabant funeri, Xauerij corpus nonnihil  
 comprimere, atque inflectere. Itaque ex hu-  
 meris repẽtẽ profluxit sanguis miram afflãs  
 odoris suauitatem. Quæ res obiecta oculis  
 animisque; omnes qui aderant stupore ac  
 mira-

*Tactus cor-  
 poris ag. um-  
 saluti.*

*E mortuo  
 Xauerij cor-  
 pore sanguis  
 effluit men-  
 se quindõ.*



444 FRANCISCI XAVERII  
 miraculo attonitos defixit. Quippe  
 corpus, quod quintum iam mensē  
 bat animo (adeò rarum pariter ac diu-  
 num miraculum fuit) non modò carnea  
 succum, & colorem, sed etiam sanguinem  
 eumque odoriferum, retineret; vt ille odor  
 non tam sanguinis videretur esse, quam  
 sanctitatis. Quocirca cum sine loculo con-  
 di placuisset, arca exemptum, non hono-  
 ficè solum a Malacensibus humatum est,  
 sed velut diuinæ clementiæ pignus asser-  
 uatum. Nec verò sua illos frustrata spes  
 est. Iisdem diebus, haud dubiâ Dei ira,  
 contagiosa tota vrbe grassabatur lues, qua  
 bonam ciuitatis partem depopulata, ter-  
 rore omnes perculerat. Subibat anxiose  
 ligione animos Xauerij prædictio ex im-  
 ra: iratiq̃ue numinis causam non aliam  
 esse credebant. Hæc lues eo, quo Xaue-  
 ro parentatum est, die compressa, satis osten-  
 dit, eundem iam placatum, irarum cele-  
 stium veniam, pestique finem, attulisse.

*Francisci be-  
 neficio Ma-  
 laca lue li-  
 beratur.*

### CAPVT XIII.

#### *Corpus in Indiam aduebitur.*

**I**DIEBUS porrò Augusti Ioannes Beira, Sa-  
 cerdos e Societate IESV, cum aliquot  
 Sociis Molucū petens, diuertit Malacam.  
 Is, pio sua erga Xauerium obseruantia pie-  
 tateque,

tateque, corpus eius, quod incorruptum esse famâ acceperat, inspicere mirum in modum expetebat. Noëte igitur intempesta cum Sociis in templum occultè venit: sepulcróque patefacto, Franciscum velut spirantem, & nihilo minùs integrum ex humo, quàm antea ex calce, reperit mense post obitum nono. Ergo omnes collaudato Deo, qui *mirabilis est in sanctis suis*, venerabundâ sacra, quæ extabant, membra multum lacrymis exosculantur. Nèc nouum miraculum defuit. Velum, quo eius facies opera fuerat, ob superingestam compressamque inhumatione terram, animaduertunt velut recenti imbutum cruore. Tum Beira, manifesto motus miraculo, ad Xauerium ornandum animum vertit. Igitur re cum Iacobo Pereria communicata, in conclaui ædium afferuandû Francisci corpus censuit: & Pereria nouam curauit arcam ab interiore parte Damascena veste subfutam, extrinsecus aureo vestitam textili. Itaque Beira, Xauerio in nouum loculum incluso, discedens, Emmanuelem Taberam, vnum è Sociis, Malacæ relinquit, qui tantum thesaurum primo quoque tempore deuehat Goam. Inter hæc Ioannis Mendozæ, Lusitani mercatoris nobilis & copiosus, nauis Sinarum mærcibus onusta Malacam appulerat. Huius procurator expositas

*Francisci  
corpus inte-  
grum mense  
post obitum  
nono.*

*Velum recentè  
cruore imbu-  
tum.*

446 FRANCISCI XAVERII  
positas merces in vrbe afferuabat ;  
neam tempestatem opperiens. Cateris  
vbi navigationis tempus adfuit, facultas  
defuit nauigij. Vna erat omnino in portu  
nauis, eaque vetustate inutilis. Carina in-  
primis debilis, ac penè dehiscens. Itaque  
homines nauticæ rei experti ac periti pro-  
nunciabant fore, vt in medio cursu, hauri  
dubie laxatis compagibus, aquam acci-  
piens mergeretur. Quocirca Procurator  
tristis hærebat. Verùm vt Xauerij corpus  
illa nauis Goam vehendum esse cognouit,  
non merces solùm, sed suam quoque illi  
salutem credidit, satis sciens, sancti viri ope,  
cuius diuinam virtutem satis exploratam  
habebat, onerariam incolumem futuram.  
Petrus Alcacena interim e Societate Iesu  
Malacam Cosmi Turmani missu venerat,  
Francisci reliquias Goam deuecturus. Igitur  
cum Tabera sacram arcam in nauim  
imponit, magna nautarum iuxta vecto-  
rumque lætitia; quippe qui multum in ea  
aduersus tempestates præsidij ponerent.  
Extemplo cubiculum sacro corpori affe-  
gnatum in nauis. ibi locus serica amictus  
veste positus: ad eum ciores & cerei. Pro  
his officiis gratiam Franciscus illis cu-  
mularissimè retulit. Cùm essent in cursu,  
oneraria cæcis impacta scopulis tenaciter  
in hæserat adeo, vt neque progredi  
nec re-

nec regredi posset, sed velut affixa staret immobilis. Postea verò quàm nautici onerariam molientes per multas horas nequicquam cum cautibus luctabantur; omnium animos ingens desperatio incescit. Ergo humana ope damnata, diuinam spectare cœperunt. Protinus ad Alcaceuam frequentes cœiunt, impense orantes, vt Francisci corpus isti apertū proferat. Haud grauatè ille morem gerit monitis, vt cuncti pariter Francisci implorent opem. Nec mora. vniuersi cum accensis cereis ante sacrum corpus supplices Xauerium inuocare & manantibus lacrymis orare cœperunt, vt diuinam ab ipsis auertat iram. Nec frustra id fuit. Cum maximè id facerent, repentè scopulus, amissa tenacitate, onerariam cum ingenti fragore dimisit, & adis expedita prospero afflante vento caelum tenuit. Sæpe etiam aliàs in manifestum naufragij discrimen adducta, Xauerio, quem vehebat, à vectoribus nautisque implorato, præsens euasit periculum; ac demum Cocinum peruenit innoxia. Simul incorruptum Francisci corpus adesse fama nunciauit, cunctam ciuitatem rei nouæ miraculo conciuuit. Extemplo cerne res portum hominibus compleri, scaphas à primis occupatas accelerare ad onerariam, cæteris eorum reditū opperientibus in lit-

*Goanorum  
studia in  
visendo Xa-  
uerij corpore.*

448 FRANCISCI XAVERII  
in littore. Transgressi alij super aliorum  
navim ad cubiculum tendunt: mox profe-  
quitque iacras reliquias manu osculantes  
contingere, admirabundi integrum cor-  
pus intueri, diuinamque benignitatem pro-  
dicare, quæ in sanctorum virorum etiam  
morta redundaret corpora. Navis pauco-  
dies Cocini morata Goam petens, ex itinere  
ad Baticalum Indæ oppidum, millia  
passuum à Goa octoginta, substitit, haud  
exiguo incolarum bono. ibi Francisci be-  
neficio primaria femina Lusitana gravi  
morbo liberata est; alia præterea edita mi-  
racula, quæ à nobis suo deinceps exponen-  
tur loco. Cæterum aduerso vento navium  
morante, quo minus Goam perueniret,  
navarchus ipse, actuaria nauis Goam  
currens, rem Xaverij sociis nunciat,  
atque expectatio (vt fit) cupiditate  
cendit. Itaque cum Patres diutius Fran-  
cisci desiderium nequirent ferre, Me-  
chior Nunnius, Collegij Rector, Proregem  
adito, ab eo celocem haud ægre impetrat,  
ad sacram arcam propere depertendam.  
Erat ea celox Alphonsi Noroniæ, viri pii,  
& Francisci studiosi, qui, nauigium im-  
pensius quàm exigebatur commodans,  
operam quoque suam ad eam rem prolixè  
deferbat. Ad hæc nauarchus, qui Xave-  
rij corpus Malaca deuxerat, reclamans  
obrest

obtestarique, ne (quando sua nauis iam propè abesset à Goa) tam certo ac salutari nudaretur præsidio. Sed vicit Xauerij visendi cupido postulati eius æquitatem. Ergo Melchior, inhibita domesticorum comitari cupientium turba, cum præcipuis aliquot Patribus, & orphanorum agmine, celocem conscendit; &, quanta maxima celeritate potest, applicat ad onerariam. Confestim in eam transgressus, cubiculū, ybi locus afferebatur, intrat, offenditque Xauerium summa integritate, eademque specie qua viuus fuerat: vt modò vita defunctus, aut potius adhuc spirans videri posset. Quocirca manantibus gaudio lacrymis, vultum illum cælestis felicitatis indicem paulisper contemplatus, magno cum pietatis sensu sacras manus pedesque suauiat. Idem cæteri certatim faciunt. Inde arcam ornatam atque compositam efferunt è cubiculo. Inter quæ nauarchus onerariam multis vexillis ac tapetibus exornari, tormenta bellica veste serica integri iusserat. Vbi in foros nauis corpus delatum est, pueri qui Goa aduenerant, floribus coronisque redimiti, ramos tenentes manibus, Zachariæ canticum piè admoudum, nec sine suis aliorumque lacrymis, decantare cœperunt. Hoc concentu arca in celocè demissa, sensim locatur in pupi-

f pi.

*Honos Xa-  
uerio tribu-  
tus à nauis  
alijsque.*

450 FRANCISCI XAVERII  
 pi. Oneraria interim festâ bombardamur  
 displotione Francisci discessum profecura,  
 lætitiâ lacrymâsque omnium integrant,  
 reputantium animo summam Dei libera-  
 litatem, qui tam magnificè seruum suum  
 vel in medio honestaret mari. Caterum  
 nauis reddito Francisci corpore, & mercibus  
 leuata, velut suo pertuncta munere,  
 eodem loco, tràquillo mari, sua sponte de-  
 mergitur, vt apparet eam Xauerij præ-  
 sidio inter fluctus & saxa incolumem exi-  
 tisse. Porrò celox sub vesperam applicuit  
 ad ædem S. MARIÆ cognomento Re-  
 bandariæ, passibus circiter mille & quin-  
 gentis ab vrbe Goa, propter flumen quod  
 Goam insulam præterit. Ibi Melchior, Xa-  
 uerij corpus per otium inspiciendi con-  
 templandique auidus, de media nocte re-  
 motis arbitris, valuisque clausis, Francis-  
 cum in Sacerdotali ornatu, sicut erat, ex  
 arca eximit, mense post obitum sexto-  
 decimo. Reperit eadem prorsus facie,  
 habitûque corporis, quo constabat cum  
 fuisset cum viueret, caro succi plena, cutis  
 recens, color viuus. crederes eum  
 sopitum potiùs quàm extinctum. Erat car-  
 basina veste indutus, quam ille secum in  
 Sinas detulerat, eo consilio, vt illâ gen-  
 tis more amictus, Sinarum Regem adiret.  
 Hac quia viuus nunquam erat vsus, indu-  
 tus

Corpus Frã-  
 cisci inte-  
 grum men-  
 se post obi-  
 tum decimo  
 sexto.

tus est mortuus pro subucula. Ea ipsa, et si Francisci subucula quae illi post tot mensium sepulturam. extincta membra tot menses proximè vestierat, viua quidem calce vel humo obfusa, tamen adeò integra visèbatur, ac munda, vt eam modò illi iniectam diceres, & seruata[m] magis à corpore, quàm vlla ex parte læsam. Post actas (vt par erat) numini grates laudèsq[ue], Melchiorem memorem quatum incitamenti ad virtutem Antonius in palmea S. Pauli Heremitæ tunica, quantum præsidij Elifeus in Helix pallio reperisset, cupido cœpit subucula Xauerij auferèdæ. Itaque illi detractam apud se diligentissimè seruauit, vel pignus Francisci, vel ornamentum suum. Quippe eandem postea in Iaponiam detulit secum, vt illâ indutus Iaponum Reges ac Dynastas conueniret; Franciscòque Deum propitiante, non oculos solùm, sed etiã animos eorum caperet. Et voto respondit euèctus.

## CAPVT XV.

*Eius funus Goæ omni apparatu celebratur.*

**H**OC interim spatio Prorex (is tum erat Goæ) de Xauerij aduentu prima nocte certior factus, pro sua erga illum veneratione, magnum ex eo nuncio gaudium cœpit, statimq[ue] solemnem pompam



atque apparatus in posterum imperat  
 diem. At Patres quos inuitos Melchior  
 mi reliquerat, tanta exultarunt lætitia, &  
 pectoribus visendi carissimi parentis es  
 pidine occupatis, somnum aut quietem  
 nocte capere nequirēt. Neque eorum tan  
 remisso ac languido animo aut corpore  
 quitquam fuit, qui illa nocte conquieuerit.  
 Tanta erat Francischi expectatio, ita eius  
 caritas omnium ad se trahebat animos.  
 Quocirca intempesta nocte cū surrexi  
 sent omnes, pro se quisque templum fron  
 dibus, peristromatis, ac veste stragula ex  
 ornarunt, optatissimum parentem appa  
 ratū quàm maximo excepturi. Fortè res in  
 sextam feriam, quæ antecedit sanctam  
 hebdomadam, inciderat: tamen læto ho  
 stoque cultu aras quàm elegantissimè ex  
 ornari placuit. Sic enim statuebant, san  
 ctum virum, cuius funus insigni pompa  
 Deus celebrari vellet, festo potius quàm  
 funebri sacræ ædis apparatu excipi oportere.  
 Destinatus erat funeri dies XVIII  
 kal. Aprilis, anni post CHRISTVM natum  
 M. D. LIV. Qui dies vt primùm illuxit, la  
 cobus Pereria, qui per eos dies Malaca re  
 uerterat, moræ impatiens, cum amicorum  
 manu in nauigium actuarium conscendit,  
 & cum candidis facibus amicissimo suo  
 occurrit obuiam. Confestim sex nauicula  
 subse-

*Funus ma  
 ximum.*

subsecuta, quibus vehebantur ad quinquaginta viri amici & admiratores Xaverij. Sua cuique fax accensa, & puer cum cereo. Ut ad ædem ventum est, vbi Francisci corpus afferuabatur, cuncti pariter humi prosternunt corpora; obortisque lacrymis, sacras reliquias venerantur. Inter omnes Pereriæ pietas eminebat, qui Xaverium vnicè dilexerat. Inde alij super alios phaseli ad duodecim secuti Lusitanorum, Sinarum, Malacensium honestissimorum, cum pari vel vestium vel luminum apparatu. Qui Franciscum venerati cum cæteris, in suum quisque nauigium se receperunt. Multa iam die loculus, veste amictus aurea, in myoparonis puppi reponitur, plurimis circû cereis collucentibus. Mox Patribus in alba veste, & pupillis rite coronatis, diuinos circâ hymnos ac laudes inuicè canentibus, aduehitur Goam. Myoparonem nauiculæ ferme viginti cum facibus cereisque accèssis longo ordine prosequabantur, funebris pompæ speciem augentes. Collucebat mare flammis, littora cantibus personabant, & plerisque pius animi sensus eliciebat lacrymas. Ut verò nauis tot cereorum fulgore insignis in vrbis cōspectu fuit, & ex inusitata luminum copia intellectum est adesse Xaverium; tum verò ingens cunctæ ciuitatis extitit

## 454 FRANCISCI XAVERII

motus; exultare eam ac triũphare gaudium  
 crederes. Et si enim Patres modestiæ mo-  
 mores sedulò cum Prorege & Episcopo  
 gerant, vti Xauerius non tanquam vir fan-  
 ctus, sed veluti Dei seruus (quoad Pontifici  
 Maximo aliter visum foret) acciperetur,  
 habereturque; tamen Proregis ipsius iussu  
 campanæ vi bis omnes percipere læto te-  
 stòque cœperunt sono. Qua significatione  
 vniuersa ciuitas excita, sese Francisco ob-  
 uiam effudit. Littora, vi bis muri, fenestras,  
 summa tecta, solaria, vnde conspici modo  
 nauis adueniēs possēt, hominibus comple-  
 bantur. Quo propius spes, nauis accedente,  
 admouebatur, hoc magis concurrentium  
 multitudo, cupidòque visendi, crescebat.  
 Itaque plurimi, impetu quodam ardori  
 ruentes, certatim desiliebant in mare, vt  
 sacrum loculum contingerent primi. Iam  
 Prorex, cuncta aq; nobilitas, & maximaci-  
 uium frequentia in portu cum cereis arden-  
 tibus præstolabantur nauim. Et maxima  
 ædis Canonici ceteriq; Sacerdotes lintea-  
 ti cum suis processerant crucibus. Aduen-  
 rat quoq; Sodalitas misericordiæ cum suis  
 vexillis atque insignibus argento auroque  
 fulgentibus. Sequebatur magnificum san-  
 feretrum, Attalica veste constratum: vbi  
 Sodales misericordiæ sacrum loculum re-  
 ponendum censuerāt, magnificentiorē  
 vtiq;

utique speciem præbituri. Ut primùm arca in terram à Patribus exposita est, quasi signo dato, omnibus in vnum conuolantibus, tanti repente concursus vndique facti adire, contingere, osculari eam cupientium, vt se mutuò prementes alij super alios corruerent. Ad loculum porrò cùm recessum primis vltimi non darent, adeò constipauerant se, vt necessè foret multos coarctatos atque oppressos exanimari, nisi prudentia obuiam issset periculo. Prorex, satellitibus immisissis, ruentem submoueri turbam, supplicationemque aliquando institui iussit. Multitudine ægre submota, supplicatio instituta est, peractaque quantâ maximâ potuit pompâ. Nouissimè feretrû magnificè exornatum Patrum humeris ferrebatur, duobus pari ornatu feretris inani- bus latera cingentibus, Prorege cum cohorte, omniq; nobilitate, & ciuitate vniuersa prosequente, tantâ funeralium ac luminum copâ, vt vrbs ardere videretur; tam insolitâ omnium ordinû lætitiâ, plausuq; vt non funus, sed triumphû videre te crederes. Loculus quippe aurea fulgebat veste. Totum iter erat frondibus floribusq; constratum: tectorum fenestræ parietesq; veste pretiosa ornati: in via multa passim ab vtroq; latere odoramenta disposita. Feretri porrò latera thuribus argenteis cincta

*Concursus  
ad Xauerij  
corpus.*

*Funus ter-  
restre.*

456 FRANCISCI XAVERII  
perpetuis odoribus complebantur. Hic  
igitur triumphali funere Franciscus è  
narum expeditione rediens Goam in So-  
cietatis templum inuectus : vt intelligeretur  
cuiusmodi eadem honore insignis eius  
animus esset in cælo, cuius corpus extin-  
ctum, propter animi sanctitatem, in terris  
quodammodo triumpharet.

## CAPVT XVI.

*Ad eius corpus visendum maximi  
concurfus fiunt.*

*Concurfus  
incredibilis  
ad Xauerij  
corpus.*

**V**BI ad Societatis sedem ventum est,  
Missæ sacrificium solenni ritu acce-  
remonia decâtatum. Feretrum intra can-  
cellos aduersus impetû multitudinis con-  
stitutum. Fama exierat, sub sacrum, arca  
patefacta, fore omnibus corporis visendi  
copiam. Quocirca ingruente multitudine,  
septa haud difficulter perfracta sunt: sed  
clausam arcam nihil magis, quàm multi-  
tudo se met impediens, tutabatur. Ibi Col-  
legij Rector, auidæ plebis impetum veri-  
tus, petere vehementer etiam atque etiam  
à Prorege, vti domum cum vniuersa no-  
bilitate reciperet se; plebem vtique eorum  
exemplum secuturam : ipsos deinde laxa-  
to facello, turbâque semota, commoditè  
corpus

corpus Xauerij conſpecturos . Igitur Prorex illi morem gerens diſcedit . Eum cuncta nobilitas ſequitur . At cæteri obfirmato animo hæere in veſtigio, inſtare, flagitare, vt oſtenderetur; ſe, niſi voti compotes, haudquaquam inde veſtigium moturos . Demum perſeuerantia inceptum obtinuit . Cùm enim mora nihil proficeret, Melchior ad vltimum ceſſit tempori . Itaque ſubmota pauliſper multitudine, ſeptiſque reſtitutis atque obfirmatis, Xauerij corpus amictu ſacerdotali, vt delatũ erat, eminus oſtentatur . Quod conſpicata multitudo tanto cominus viſendi deſiderio exarſit, vt ingenti impetu ruens, iterum ſacelli perumperet ſepta . Proinde repentinus Patrum metus, ad vim arcendam, loculum conſeſtim operuit, obſtinateque textit . Ergo præciſa inſpiciendi ſpe & exſpectatione defatigati, qui proximi ſteſerant, Xaueriique integrum conſpexerant corpus, aliquando receſſerunt: & quod ipſi viderant, cæteris enarrarũt . Et illi hac commemoratione accenſi, obſtinatione quadam animi vſque eò inſtiterunt, dum, cæcellis denuo obiectis, ipſis quoque monſtraretur . Eodem ipſo die ſub veſperam Antonius Pereria Luſitanus, cum muneribus ac literis Regis Bungenſis ad Proregem Indiæ, appulit Goam . Is Regis miſſu

f 5      venerat,

venerat, Xaverij reditum in Iaponiam se-  
 ro iam curaturus. Epistolæ regis summa  
 hæc fuit : Franciscum Xaverium sapientem  
 apud se de mundi conditore ac vindicatore  
 Deo verba fecisse, & eius verba hæc  
 in visceribus suis medullisque. Itaque ce-  
 rum iam sibi ac deliberatum esse, Christi  
 sacris initiari Francisci manu, vel cum pe-  
 riculo excidendi regno. Franciscum qui-  
 dem in digressu promississe, breui se ad  
 eum, si vita suppeteret, rediturum : sed  
 quoniam illius reditus spe tardior foret,  
 placuisse certum hominem Goam mittere,  
 qui exploratam renūciaret causam tam  
 longæ moræ. Proinde oratum velle Pro-  
 regem, vt Xaverium primo quoque tem-  
 pore ad se destinaret. Eius utique adven-  
 tum ingens simul inuitamentum religio-  
 nis Christianæ, simul Lusitanæ amicitie  
 vinculum fore. Prorex igitur, regis literis  
 recitatis, Melchiorem Nunnium (is vnus est  
 primoribus Societatis Iesu erat in India)  
 haud ægre perpulit, vt ipse pro Xaverio ad  
 Bungi Regem ire maturaret. Interim Xa-  
 verij corpus Goæ non spectaculo solum,  
 sed etiam miraculo erat. Cæterū non ex-  
 plebatur videndi sitis videndo, sed excita-  
 batur magis. Ita iidem reuisendi gratia sæ-  
 pius redibant. noua etiam in horas multi-  
 tudo visendi causa confluebat in templum.

Ergo

Ergo necessitas cōsiliū mutauit. Vt infi-  
 nitā multitudinis cupiditati satisfaceret, cor-  
 pus in sacello, validis cancellis prælepto,  
 triduum totum omnium oculis expositum  
 fuit; potestas vt esset omnibus per otium  
 contemplandi. Tum verò incredibiles vn-  
 dique cōcurtus facti visentium Xauerium,  
 coronisq̄ue tangentium, magna vi lacry-  
 marum, sensuque pietatis. Inter hæc quo-  
 rundam dubitatio rem non certiorē mo-  
 dō, verum etiam insigniorem fecit. Quo-  
 niam rei miraculum excedebat fidem, non  
 defuerunt aliquot cœnobitæ, viri graues,  
 qui Frâcisum exēptis intestinis curatum,  
 balsaminoq̄; oleo conditum esse propalam  
 dictitaret. Ergo Prorex, rem exploraturus,  
 Cosmum Sarainā, inter medicos artis exi-  
 miæ, tentare atque inspicere corpus iubet.  
 At ille ventrem secare aggressus, cū ani-  
 maduertisset recētem adhuc manare san-  
 guinē, miraculo attonitus incepto destitit.  
 Insertis deinde in vulnus digitis, integra ac  
 solida intestina comperit, nullo balsami  
 oleiue indicio. Idq̄; iuratus publico testimo-  
 nio cōfirmavit. Quocirca re perspecta, atq̄;  
 vulgata, non magis cæteri, quàm illi quos  
 dixi, Xauerij corpus celebrare venerari-  
 que ceperūt, pro se quisq̄; pedes eius oscu-  
 lantes, manusq̄; rosarijs cōtingentes. Tāta  
 autem infederat animis omniū de Xauerij  
 sancti-

*Proregis  
 iussu medi-  
 cus eius cor-  
 poris inte-  
 gritatē ex-  
 plorat.*



sanctitate opinio, vt certatim aliquid ex eius corpore aut vestimento surripere conarentur. Itaque intenta ad præcauendum Patrum cura ægre valuit piam arcere vim populi. Inter hæc passim Franciscus laudibus ferebatur, egregiaque eius facta, venerationes, miracula, ab ijs qui aut ipse viderant, expertique erant, aut ex idoneis cognorant auctoribus, memorabatur, studia vniuersa velut vno ore Xauerij sanctitatem celebrante. Et vetera miracula nouis affirmata sunt. Complures eorum, qui ad id spectaculum confluerat, iurati confirmarunt accessisse eò certos homines partim membris captos aut debilitatos, partim varijs morbis laborantes; tactoque Francisci corpore, abijisse sanos ac valentes. Exacto triduo, etsi nondum expletis oculis animisque multitudinis, arca propter aram maximam ad dexteram in sepulcro, per eos dies parato, ad repositum condita est, dum pro dignitate talis viri, Patrumque studijs, & Goanorum religione, monumentum eius satis exornaretur; si Rex Lusitanus, vt spes erat, eum in numerum caelestium referendum à Pontifice curasset. Decimo circiter post sepulturam die D. Antonius Ribera, Goani Episcopi Vicarius, & Inquisitor generalis, pro suo munere atque officio, suis ipse oculis explorare

*Episcopi vicarius remansus explorat.*

plorare decreuit, verane de Francisci integritate fama emanasset. Igitur aperto circa meridiem sepulcro, multis colluculentibus facibus, omne pertentavit perspexitque corpus. Cumque nihil non integrum reperisset, suum testimonium consignatum literis ad posteros tradidit. Interim Xaverij veneratio cultusque crescebat in dies. Ad eius sepulcrum plerique venerabundi accedere: multi flores & coronas afferre: non pauci candidos adhibere cereos, qui perpetuò lucerēt. Et hominum studia Deus approbavit. Satis constat, ceceum cubitalem inibi accessum totos duodeviginti dies noctesque perpetuò arsisse. Deum quoque honorem famulo suo habere sentires. Rex porrò Lusitaniæ his nuncijs commotus, cum egregia Xaverij facta atque miracula per Indiæ Proregem cõquisita perscribi sedulò iussisset, ea Romam ad Legatũ suum misit, ut ageret cum Põtifice de Francisco Xaverio in Sanctos reponendo. Cæterum pios optimi Regis conatus intempestiva occupavit mors. Patres igitur, nouo templo absoluto, ac veteri disturbato, Xaverij loculum in domesticum transtulerunt facellũ: vbi hodie eius memorię ac nomini priuatim honos habetur; donec per Pontific. Max. (si Deo cordi erit) publicè solenes haberi honores liceat.

*Rex Lusitaniæ Franciscum in Sanctorum numero reponendum curat.*

H O R A-

HORATII  
 TVRSELLINI  
 DE VITA  
 FRANCISCI  
 XAVERII  
 LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

*Francisci facta ac miracula Lusitanii  
 Regis imperio perscribuntur.*

**E**TSI diuina dona ac mu-  
 nera, quibus Franciscus  
 cumulatus fuit, in omni-  
 bus eius vitæ partibus,  
 quas demonstrauimus,  
 id eundem enituerunt; ta-  
 men non erit abs re, que  
 cursim & obscure significata sunt, prop-  
 lam otioseque contemplanda proponere  
 vt, explicatis rerû generibus, vno in con-  
 spectu omnia liceat intueri. Aque (vt pri-  
 mum exponamus ea quæ vulgo plus ad-  
 miratio

FRANC. XAV. VIT. LIB. VI. 463  
Mirationis habent, atque in se æquos iniquosque conuertunt) non solum in toto vitæ cursu, sed multo etiam magis in ipso funere permulta Francisco contigere diuinitus, quæ nulla naturalis causa miraculo eximere queat. Ea nos igitur diuina indicia ac testimonia eius sanctitatis diligentius persequemur. Omnium autem rerum eos auctores citabimus ac testes, quorum de auctoritate ac fide dubitare nefas sit. Ioannes ergo Lusitaniæ Rex hoc nomine tertius, cuius missu, vt antè diximus, Franciscus Xauerius in Indiam contendit, cum cognitam exploratamque haberet eius sanctimoniam, non minus honoris habuit mortuo, quam viuo habuerat. Nam Xauerij morte nunciata, haud secus quam par erat, tanti viri iacturam motus, Orientis ingemuit cladem, qua nullam fortasse maiorem ab irato Deo accipere potuisset. Inde vbi animum laxauit dolor (vt eum egregia sua pietas ac prudentia facere admonerat) vnde dolorem acceperat, indidem remedium petijt doloris. Plurima per Franciscum vt in vita, sic post mortem diuinitus edita ad eum fama pertulerat. Itaque tum hominis, tum Religionis studio accessus, Francisco Barreto, Indiæ Proregi, negotium per literas dat, vt illustria Xauerij facta miraculaque omnibus indicijs perue-

## 464 FRANCISCI XAVERII

peruestigata perscribat ad se. Sibi  
in animo esse, eam testificationem  
man mittere ad Pontificem Max. ut  
si ei videretur, viro sanctimonia & ma-

*Regis Lusitani epistola ad Proregem India.*

culis inclyto caelestes honores rite de-  
neret. Ut autem optimi Regis de Xaue-  
virtute opinio nota ac testata sit omnib;  
operæ pretium duximus exemplum reg-  
rum intexere literarum. Prorex amice,  
bi ego Rex salutem plurimam. Francis-  
Xauerij vita ac labores exempli adeo sal-  
taris extiterunt, ut Deo gratissimum fore  
existimemus, si ea ad diuinam gloria  
laudemque proferantur in lucem. Quoci-  
ca ut illa in vulgus edita quã par est apud  
omnes auctoritatem habeant, ac fidem;  
magnopere tibi mandamus, ut vsquequa-  
que in India, vbicunque locupletes atque  
idonei huiusmodi rerum testes esse vide-  
buntur (qui scilicet cum Francisco vsum  
consuetudinemque habuerint) tabulas pu-  
blicas ac testificationes, testibus iureiura-  
do adactis, rite conficiendas quàm diligen-  
tissimè cures, cū de vita eius ac moribus,  
deque rebus omnibus ab eo ad hominum  
salutem & exemplum laudabiliter gestis,  
tum verò de ijs quæ diuinitus ille & viuus  
patrauit, & mortuus. Eas tabulas simul  
cum testimonijs auctoritatibusque omni-  
bus tuo chirographo subscriptas, annulo  
obsigne

obsignatas, triplici ad nos transmittes via. Hoc sedulo & celeriter si feceris, magnam à nobis inieris gratiam. Olyssipone v. Kal.

April. M. D. LVI. Prorex igitur Indiae, perceptis regijs literis, ex ijs cōfestim per idoneos homines intentius inquiri iussit, non solum Goæ in Indiae metropoli, verum etiam in ora Indiae vniuersa; ad hæc Malacæ, cæterisque locis, vbi Franciscum verfatum esse constabat. Comperta sunt haud dubijs auctoribus permulta per Franciscum & in vita & post mortem vel salubriter gesta, vel patrata diuinitus. Ea Prorex in tabulas publicas relata, suaque subscripta manu, atque annulo obsignata, ad Regem celeriter perferenda curauit. Res eò loci iam erat, vt Rex, iisdem tabulis Romam transmissis, per Legatum suum ageret cum Pontifice, vt Xauerium rite in

*Proregis in-  
quisitio in  
facta Xa-  
uerij.*

Sanctorum virorum numero reponeret; cum pijs eius consiliis immatura mors interuenit. Extat apud nos regiarum tabularum exemplum, rite obsignatum, subscriptumque Proregis manu, vnde sunt ea, quæ adhuc exposuimus, quæque deinceps exposaturi sumus, magna ex parte deprompta. Et quoniam superioribus libris illorum pleraque comprehendimus, iam reliqua subtexemus; quæ de industria huc reiecimus, quia suis intexere locis haud sanè

g facile

466 FRANCISCI XAVERII  
facile, varias ob causas, videbatur.

CAPVT II.

*Xaverius futura & absentia  
prædicit, cogitationes homi-  
num introspicit.*

**M**VLTIS quidem Xaverius præla-  
risque Dei muneribus, sed non alio  
magis quam multiplici Prophetiæ dono,  
conspicuus fuit. Eius rei haud dubia in-  
dicia elucent in omnibus ferme vitæ eius  
partibus, sed illa maximè excellunt. Cos-  
mus Ioannes, Procurator regius, adaman-  
tem eximia magnitudine coëmerat in In-  
dia octo aureorum millibus, quadruplo  
pluris in Lusitania futurum. Hunc Fer-  
dinando Aluaro in Lusitaniam soluenti  
crediderat deferendum ad Regem. Sub  
id tempus Franciscus Goam ad eum ve-  
nit: pro familiaritate, uti mercimonia  
eius habeant, rogat. Ille cum de cæte-  
ris mercibus in Lusitaniam missis, tum  
verò de adamante illo narrat, feliciter se-  
cum agi ratus. Tum Xaverius rogitat cui  
tandem nauis tam pretiosam commiserit  
gemmam. Simul nauis nomen accepit,  
Nolim, inquit, isti nauis credidisses. Cur  
tandem? inquit ille; an quia superiore  
anno aduersâ tempestate iactata penè in-  
terijt?

tēriit ? Minimè, inquit Franciscus ; sed quia grauius ei impendet periculum. Tum verò ille Xauerium etiam atque etiam rogare, vt Deum pro illo nauigio orare ne desisteret ; præsertim cùm adamantem illum suo periculo mitteret Regi . Anxio deinde Cosmo de nauis illius euentu, nunciatum est, eam, tabulâ vi tempestatis reuulsâ, propè hauttam fluctibus ; cæterùm denunciato perfunctam periculo, afflantibus Xauerij precibus, Lusitaniam secundo cursu tenuisse . Pridie verò quàm Malacâ

*Malace præspicit animo periculum quod Societas IESU subibat in Lusitania.*

Franciscus in Sinas solueret (vti eius socij, qui præsentēs adiuerāt, commemorarunt) cùm inusitato quodam more super lectulum toto pronus corpore inter somni vigiliæque speciem iaceret, diutissime constantissimeque in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, durauit, alienato à sensibus animo . Nam socios, qui fortè interuenerant, rei nouitate attonitos tãti viri reuerēcia tenebat, quo minùs eum affari aut excitare sustinerēt . Itaque à stupore ad curam versi, sollicito animo, atque suspensio, rei præstolabatur euentum . Demum ille velut ex alto experrectus somno, & ingēti aliqua molestia emerfus, certum hominē, qui tū in Lusitania versabatur, nominatim appellās, crebrò inclamauit, Deus tibi ignoscat. Atque in præsentia



quidem quorsum tandem illa conquestus  
spectaret, ipso, qui vnus norat, reticent,  
omnes latuit : verum litera deinde ab  
ex Lusitania rem patefecerunt; per id tem-  
pus vitio illius, quem toties lamentans no-  
mine appellasset Xauerius, magnum So-  
cietati IESV in Lusitania detrimentum  
latum: quod tamen Dei beneficio, & scilicet  
deprecatione Xauerij, cessit in com-  
modum. Ex quo satis apparuit, Deum illi  
quid in Lusitania tum ageretur, ostendisse,  
vt imminens Societati periculum prece-  
bus auerteret suis. Nec longinqua solius  
Malacæ, sed etiam futura prædixit, nec  
stia magis quàm læta. Silco populationes  
agrorum, obsidionem vrbis, pestilentiam  
ciuitatis, aliaque incōmoda vel inter  
cionandum, vel in sermonibus priuatis,  
tanto antè Malacensibus prænunciata, sic  
prorsus, vt postea euenerunt. Subeat an-  
imum memorabilis illa de Acenis barbæ  
victoria vaticinatioque Xauerij tot vaticinatio-  
nibus insignis, tot diuinæ prouiden-  
tiæ indicijs nobilis. Iam verò ad Amboi-  
num Molucasque insulas quàm multiplex  
ac varia prædictio! Quàm egregiæ præ-  
nunciations de Tolana victoria, de ad-  
uentu scaphæ, quæ in vis tempestatis abi-  
tulerat! Sed hæc non inaudita, illud no-  
uum. Sinas cum peteret, in Malacensibus  
cursu,

curſu, roſtrata nauis, qua uehebatur, inter inſulas Samatræ adiacentes tempeſtate ſubitò iactata, apertum naufragij adibat periculum. Ingens iam omnium mentes deſperatio inceſſerat, cùm mortis imminentiſpecies omnium obuerſaretur animis. Ibi tum Franciſcus Iacobum Soſam nauarchum adit, eum ſue, ac ceteros qui aderant, bonum habere animum iubet: eodem ipſo die ſub veſperam ſedata tempeſtate, nauim portum eſſe capturam. Idque, vt prædixerat, prorsus euēnit. Ante ſolis occaſum auſter cadit, mare ſeditur, portus tenetur. Nec ſalutem aduentatē modò, ſed mortem etiam impendētem, multis ſepe prædixit. Nam, vt de Ioannis Arauſij prænunciata morte taceamus, Malacæ cum Antonio Soſa familiariter colloquē, mentione de Præfecto vrbis illata, liquidò affirmauit, illum, etſi optimè tum valeret, haud ita multo poſt è vita ceſſurum. Prædictionem mors eiuldem intra alterum menſem comprobauit. Soluens inde in Sinas, Iacobum Pereriam, mercatorem locupletem, cuius nauis vehendus erat, pro amicitia monuit, aliam vt ſubſtitueret curatore mercium ſuarum: nam, quem deſtinaffet, in Sinas haudquaquam eſſe peruenturum. Et vaticinationi reſpōdit euentus. Curator ille in ipſo curſu extinctus eſt,

*Vaticinatio  
tranquilli-  
tati in me-  
tu naufra-  
gij.*

*Predicit  
maturam  
mortem be-  
ne valen-  
tium.*

prius quàm Sinarum fines attingeret. Mō-  
 lucum deinde lembo petens è portu pari-  
 ter soluit, cum Ioāne Galuano mercatore,  
 qui alio lembo vehebatur. Haud multo  
 pōst vi tempestatis abreptus Xauerius de-  
 stinatum tenuit portum. Ibi ceteris Galua-  
 num auidè expectantibus, ipse pro con-  
 cione repentè auditores pro Galuano mo-  
 dō extincto ad comprecādum Deum hor-  
 tatur. Et triduo pōst Galuani merces re-  
 pertę in littore, domini naufragium & in-  
 teritum ostenderunt. Illa quoque eius vai-  
 cinatio admirabilis, quam nuper res ipsa  
 comprobauit. Naui erat in India ad eò ve-  
 tustate fluctibusque labefactata, vt pleni-  
 que vererentur, ne, si mari se commisisset,  
 tempestate dissolueretur prius, quàm aspi-  
 ceret portū. Tum Xauerius ( nā fortè ade-  
 rat ) diuino instinctus Spiritu, Bono ani-  
 mo estote, inquit: neque enim hoc itinere  
 est interitura nauis isthęc, sed demum sine  
 cuiusquam damno peritura. Et fuit prædi-  
 ctioni fides, nec defuit euentus. Quippe in-  
 stitores haud dubij, quin id, vt alia multa,  
 Frāciscus prædixisset diuinitus, pro se quis-  
 que in eam nauim suas merces imponere  
 certabant, rati, quod erat, se sine vllō nau-  
 fragij iacturaue discrimine illa naui vltro  
 citroque commeari posse. Nec eos sua fe-  
 fellit opinio. Naui, quamuis vetusta & car-  
 riosa,

*Vaticinatio  
 de nauis in  
 portu peri-  
 tura.*

riosa, vsque ad annum huius seculi LXXX  
III. in tot cursibus ac tempestatibus in-  
columis semper mansit, annos propè XXX.  
ipsi superites Xauerio. Tandem cum mer-  
cibus vacua federet in portu, sua sponte  
dissoluta, sine cuiusquam damno interijt,  
haud certior in incolumitate tua, quàm in  
interitu, testis Francisci vaticinationis.  
Nec verò futura solum, absentia, ac re-  
mota, Prophetarum more prænuñciauit,  
sed animos etiam hominum, cogitationes,  
& vitæ maculas introspectit. Id adeò etsi ar-  
canum fugæ consilium ab Ioanne Duro  
initum, à Francisco diuinitus cognitum, (vt  
suo loco demonstraui) satis ostendit,  
tamen multo etiam magis declarabunt  
ea, quæ deinceps dicturi sumus. Bazainum  
oppidum est Indiæ, quod inter Goam & In-  
dum flumen situm, diximus pari ferme  
vtrinque distare spatio. Huc Xauerius sub  
Iaponicam profectioem Proregis conue-  
niendi causa, qui in Cambaia versabatur, di-  
uerterat. Ecce autem Malacensis quidam,  
eius studiosus atque amicus, obuium cõple-  
xum ferebat. Hunc Franciscus à perdita vi-  
tæ ratione ad honestum piùmque viuendi  
genus perductum, vt animæ suæ cõtuleret  
saluti, iustissimis de causis in Lusitaniã re-  
migrare iusserat, & Sacramentum frequen-  
tare cõfessionis. Cæterum is etsi primò re-

## 472 FRANCISCI XAVERII

ceperat se vtrumq. facturū, deinde tamen in vtroque sefellera fidē, abiecto Lubanicae profectiois cōsilio, tertium iam nūm sine confessione traducens. Ergo eum in India adhuc harentem conspicit Xaverius, simulque conscientia eius vulnera diuinitus vidit; amici amplexum amicumque ipsum pariter auersatus, Age te, inquit, ficcine, bone vir, stetitisti promissis? en (vt fileam cætera) ex quo in Indiam à meo digressu nauigasti, vitæ noxæ confessus es nunquam. Ego verò te neque alloquar, neque amicum agnoscam prius, quàm delicta confessione expiaueris. Tum ille, qui & dilatae confessionis & flagitorum suorum conscius sibi effēt, hac voce perculsus, facile animaduertit, id ipsum diuinitus (neque enim humanitus poterat) Xaverio obiectum. Quocirca culpā agnoscens ac præ se ferens suam, extemplo confessione eluit animi sordes, quas Francisco senserat suboluisse. Alium item amicum Cocini cū rogasset vti valeret, illique, rectè, respōdisset; Corpore tu quidem rectè vales, inquit Xaverius, sed animo non item. Tum enim vero ille, vt qui nescio quid fraudis ac sceleris illo ipso appetaret tempore, conscientia ictus fatetur ingenuè, Franciscum verius quàm se de sua valetudine iudicare. Itaque peccata apud

*Amici peccata diuinitus videt, et quamdiu is confessione abstineat.*

*Amici animum scelus molientis introspicit.*

pud eum rite expiat; scelestoque illo con-  
 filio abiecto, mentis recuperat sanitatem,  
 quam illi Xaverius deesse perseuerat. Pri- *Moribundus*  
 die verò quàm excederet vita, alterum è *comiti suo*  
 comitibus, qui sibi ægotanti præstò erant, *perniciem*  
 acribus intuens oculis, miserabili voce ter *prædicit.*  
 succlamauit, Væ tibi. Nec irrita denuncia-  
 tio fuit. Haud ita multo pòst ille, cùm me-  
 retriciis iampridem amoribus implicatus  
 teneretur, subito cæsus interiit, vt triplex  
 illa Xaverij comminatio videatur tripli-  
 cem illi pestem denunciasse, conscientiaæ  
 vulnus, corporis cladem, interitum animi.

## CAPVT II.

*Miracula cuiusque generis edit*  
*in vita.*

**I**AM per omnia ferme miraculorum ge-  
 nera Xaverij virtus vagata est, quorum  
 nos hoc loco pauca referemus, cetera alibi  
 exposita generatim perstrinxisse contèci.  
 Demones quidè non tantùm ipse pugnan-  
 do sæpe vicit, cùm Meliaporæ in ædè San-  
 cti Thomæ, quamuis acriter cæsus, illo-  
 rum terrores minasque contempnit; ite-  
 rumque in Iaponica nauigatione, cùm eo-  
 rundem incurfationes atque terricula ma-  
 gnitudine animi superauit; verùm etiam  
 sæpe in ora Comorinensi, Malacæ, & alibi

## 474. FRANCISCI XAVERII

ex obsessis eiecit corporibus, quâ ipse per se, quâ per neophytos. Haud minor in morbis, quàm in dæmonibus diuinitus depellèdis, eius vis extitit. Atque vt complures pratereamus, quibus in eadem ora Comorinensi ( vt ostendimus ) tum ipsemet, tum per pueros Catechismi ministròs, febrem aliosq̃ue expulit morbos; in insula Ceilano Michaelèm Fernandùm, grauiter ex calculo laboràtem, inuisens, bono animo magnaq̃ue Dei fiducia esse iussit: se postridie rem diuinam pro illo facturum: nec dubitare, quin, propitiato Deo, spe maturius animi corporisq̃. recuperaturus esse vigorem. Idq̃ue ita profus euènit, vt prædixerat. Nec nullam moribûdis, aut iis qui naturæ vitio casûue aliquo sensibus membrisq̃ue capti erant, attulit opem. Amâguq̃ quidem satis constat claudò ingrediendi, mutis duobus loquendi, totidem surdis audiendi facultatem à Franciscò redditam: moribundis etiam multis ad eum deportatis, crucis signo, vel aquæ sacræ asperzione, desperatam sanitatem corporis restitutam. Goæ verò ( vt antè ostendimus ) socium iam depositum, ac sepulturæ destinatum, è Iaponia rediens cum inuiseret, Euangelio super eû recitato, ex faucibus eripuit mortis. Nec moribundos solùm à morte, sed etiam mortuos ad vitam reuocauit. Satis constat,

*Calculos diuinitus sanauit.*

constat, tres ab illo in ora Comorinensi à mortuis excitatos: his Cangoximanã puellam quartam accessisse. Permirum autem est, in alio genere, quod de illo memoria proditur. Infitor erat quidam Lusitanus (nomini parcitur, vt famæ parcat) nauis in paucis industriusque. Is quo primũ tempore Frãcisus diuertit in Sinas, magnam cum eo familiaritatem contraxerat. Ceterũ aliquot annis interiectis reuectus in Indiam, vitã cautiũ quã castiũ agebat.

Huic igitur Xauerius (incertum an longè absens, an vita functus) se obtulit, Deum iam iam ex ipso pœnas experiturum denunciãns. Illo confitente, se verò id meritum esse; adiecit: Enimuero tu es meritus, qui nefarium illud facinus (certumque designauit flagitium) admiseras. Erat res eiusmodi, quæ mortales omnes lateret, præter ipsum. Itaque occulti flagitij cõmemoratio repentè mercatoris perculit pectus.

Ergo admirabundus exclamat: Nimirum, Pater, diuinitus isthuc tibi est indicatũ. Age igitur, quoniam vulnus inspexisti, præscribe curationem, ostende erranti salutis viam. Tum ille, Franciscanum ergo institutum sequere: quam tu disciplinam si obseraueris sedulò, nã tu saluus eris. Ad illã quippe potissimũ disciplinam te video natum factumque. Paruit extemplo ille quasi caelesti

*Flagitiosum hominẽ diuinitus redarguens flagitij, ad Franciscanum institutum im-*  
*pellit.*



476 FRANCISCI XAVERII  
 caelesti voce iussus falubri consilio ; &  
 deinde totam rem alijs retulit lætus eue-  
 tu . Complura porrò aliorum etiam gene-  
 rum miracula Xauerius patrauit . Semor-  
 rum oppidum est vltra Malacam, quod læ-  
 tus pariter altũsque amnis præterfluit . In  
 huius ripa accolæ mali dæmonis instinctu  
 Franciscum lapidibus petebant, sagittisq;  
 Itaque is cùm à barbaris acrius premere-  
 tur, ingenti trabe, quæ in aggere fluminis  
 intransuersum defixa obstabat fugæ, hæc  
 ægre submota, facilem receptum habuit.  
 Ea res stupore ac miraculo torpentes de-  
 fixit hostes, & ab insequendo deterruit.  
 Constat quippe, trabem illam vix à ma-  
 gna hominum manu moueri posse ; & di-  
 uinam vtique vim, non humanam, saluti  
 fuisse Francisco . Illud pænè inauditum.  
 Amangucij ad Bonzios aliósq; Ethnicos  
 de Christiana Religione quotidie verba  
 faciebat. Sub sermonem ( vt gens est non  
 magis acri quàm aduersus aduenas inso-  
 lenti ingenio ) alij super alios permulta il-  
 lis de rebus odiosè percontabantur. Xau-  
 rius ergo cùm multis multorum vno tem-  
 pore sanè variis diuersisq; vrgeretur in-  
 terrogationibus ; vno sæpe responso ( mi-  
 rum dictu ) satisfaciebat vniuersis, perinde  
 ac si separatim singulis respondisset . Id te-  
 stificatus est Bernardus Iapon, vir antiqua  
 probita-

*vno responso  
 variis Iapo-  
 num percõ-  
 zationibus  
 satisfacit.*

probitate ac fide, qui tum certaminibus illis interfuit, remque non semel ipsemet cum aliis obseruauit plurimis. Haud minus testatum est, & admirandum, quod in India oppido (Coramandeli nomen est) accidisse memorat. Hic cum esset Xauerius, naufragus quidam mendicus ad eum venit pro sua calamitate petitem aliquid opis atque subsidij. Franciscus, etsi benigne uoluntati deerat facultas, non potuit tamen miserum illum spei irritum dimittere. Ergo cum suae egestatis immemor in facculum suum inseruisset manum, nihil profusus inuenit. Nec tamen incepto destitit, sed respicere coepit eum, cuius est aurum & argentum. Igitur tollens in caelum oculos, mendicum diuinae confidere largitati iubet. Nec Xauerij spem Deus, nec mendici decepit Xauerius. Diuinae fiduciae plenus, manum rursus inanes in loculos iniectam aureis nummulis (fanoos incolae appellant) plenam educit: protinusque pecuniam diuinitus suppeditatam naufrago elargitur omnem, inexhausto diuinae spei thesauro satis fidens. Subinde Lusitanus miles aleam ludens sexcentos aureos amiserat. Igitur tristis, & inops consilij auxiliique, ad Franciscum confugit. Tum ille ex ueneno ipso medicinam morbi petendam ratus, aleam ab eo poscit: suaque manu permi-

*Naufrago  
aureos num-  
mulos diui-  
nitus suppe-  
ditatos lar-  
gitur.*

## 478 FRANCISCI XAVERII

*Aleatorem  
mira ratio-  
ne ad ludi  
odium ad-  
ducit.*

permissam reddens repetere ludum iubeo,  
eo, quod reliquum ludus fecerat, amissan-  
cuperaturum. Nec sefellit. Repetere mun-  
cū auctore ludi fors: & miles secundo vi-  
ludo cuncta recuperavit. Suo recepto, le-  
dere pergentem Franciscus inhibuit. nec  
miles abnuic, sed beneficij memor salu-  
bribus eius præceptis impense paruit. Qu-  
etiam ultro promisit, se in posterum nus-  
quam aleam lusura: & extitit promissi fides  
ex eo tēpore aleam in manus sumere sus-  
tinuit nunquam: tantum illius ludi odium  
eum ceperat, auctore Xaverio. Erat hoc  
Francisco solenne, vt mari iter faciens,  
quicquid viatici nomine attributum in-  
hisset in nauim, vectōribus nauisue ege-  
tibus distribueret, ipse emendicato victi-  
ret cibo. Itaque cum oleum petētibus haud  
malignè præberet; breui exhaustum est  
vasculum. Venit deinde qui oleum pete-  
ret. Et Xaverius ei dari iussit. negare eius  
focius quicquam reliquum esse olei. iam  
guttum exinanitum esse. inuersum ab se, &  
circumactum, ne guttam quidem olei iam  
ire. Tum Franciscus, Abi dum, inquit, ac re-  
uise. Paret ille, ac subinde ad eum reuersus  
guttum, quem inanem paulo antè reliquis-  
set, iam olei plenum esse nunciat. At Xa-  
uerius, miraculum de more dissimulans,  
Abito igitur, inquit, & petēti benignè dato.

*vasculum  
oleo exhau-  
stum diui-  
nitius imple-  
tur.*

Porro

Porro cùm fortè in puerum ægrum & vlcerosum incidisset, misericordia captus substitit. mox alleuatum in humeros suos extulit, eumque complexu fouit, dicitans, Deus te sanet. Vix ea verba iterum aut tertio enunciarat, cùm puerum sanum ac vegetum restituit matri. Hæc Vincentius Pereria nauarchus, idemque Xauerij familiaris, (cuius alio loco meminimus) Indicis Frâcisçi socijs retulit. Sed innumera- bilia sunt eiusmodi à nobis exposita in eius vita. Hæc autem hunc in locum eò rei- cimus, quòd tempora, quibus gesta essent, hæud satis cõperta haberemus. Illud quo- que admirabile, quod in Sanciano Insula accidit. Saracenos complures eximia cor- porum magnitudine baptizans Xauerius, visus est Lusitanis, qui eminus rem specta- bant, longè eminere. Itaque tanta eos ce- pit admiratio, vt propius accederet, explo- raturi an baptizaret è suggestu. Verùm cominus intuentes, reperiunt Franciscum ex æquo loco exercere baptismum. Tum verò intelligūt animi magnitudinem tan- tum eius adiecisse corpori, vt humanæ magnitudinis formam excedere videretur. Nec leue est virtutis pietatisque eius monumentum, quòd mare Sancianicum furioso quodam vento (Typhoni nomen est) & crebris naufragiis antea infame,

ex

*Vlcerosum  
precibus sa-  
nat.*

480 FRANCISCI XAVERII  
ex quo tempore Franciscus Sancia  
insulã, sacris mysteriis inibi peractis,  
lut expiauit, adeo sedatum placatumq;  
est, vt, Typhone ferme cessante, raro  
modum sauiat in naues. Tantum seu  
uerij pietas, seu Missæ sanctitas valuit.

#### CAPVT IV.

##### *Miracula per eum post mor- tem edita.*

**N**IHIL O autem magis Xauerij vi-  
quã mors talibus sanctimoniz no-  
tis clara fuit, & insignis. Quippe Deus, qui  
*mira-tilis est in Sanctis suis*, Francisci corpus,  
templũ, dum viueret, Spiritus sancti, post  
mortem multis illustribusq; adornauit mi-  
raculis. Namque (vt antè diximus) eius ce-  
dauit effossũ, cum tertium iam mensem  
in calce viua fuisset, prorsus integrum re-  
peritum est, cum odore quidem iucundo  
suauique. Quod sine miraculum & per-  
petuum fuit, & multiplex. Eandem enim  
integritatem suauitatemque odoris perpe-  
tuò retinuit, etiam posteaquam Malaca  
Ad hæc diuina illa corpori impertita vi  
redundans in vestimenta, ea quoque pe-  
nitus incorrupta atque intacta ab omni  
feru

seruauit tabe . Atque etiam (quod admirabilis est) quinque post obitum mensibus, cum Malacę humaretur, effudit cruorem, cuius vestigia vsque ad Goanam sepulturam, hoc est, ad decimum sextum post excessum eius mensem, recentia manserunt. Itaque non magis inclyta Francisci sanctitas, quàm fama de eius corporis integritate, Goanos quoque, cunctamque penè Indiam, ad eius funus exciuit . cuius quidem species (vt ostēdimus) triumpho fuit quàm funeri similior. Tanti porrò omnium ordinum vndique ad sanctum corpus etiam sub funus concursus facti sunt, quantos nemo vnquam meminerat, vt triduum totum, vt diximus, omnium oculis expositum relinqui oportuerit . Adde huc, quòd sacri illius corporis religio adeò cunctorum perfuderat animos, vt omnes certatim sacras illas reliquias rosarijs contingere, & aliquid inde surripere niterentur. Denique hoc ipsum corporis miraculum: Deus ipse ita multis & apertis miraculis (quæ deinceps exponentur) honestauit, vt æquis iniquisque omnibus animi beati fecerit fidem . Atque hæc quidem, quæ de Francisci commemorauimus corpore, adeò testata sunt, vt tot habuerint testes, quot per eos dies Goæ fuerunt; hoc est, Indiam propemodum vniuersam . Cæterum

ne fortè tam infigne Dei immortalis, neficium apud aliquem plus admiratio haberet, quàm fidei; humano pariter di- noque cõilio factum, vt priuatis testi- nijs accederent publica. Namque Ambrosius Ribera, Inquisitor, idemque Gou- Episcopi Vicarius Generalis, cum tam miraculi fama totam Indiam peruasisset, eam rem pertinere ad munus suum rati, vnà cum peritissimis medicorũ ad Fran- cisci corpus, prius quàm sepeliretur, inspi- ciendum accessit, exploraturus an inte- grum incorruptumque penitus esset, quod ferebat fama. Is igitur perispecta in præ- sentia corporis integritate fidem exceden- te, ac deinde eximia viri sanctitate, Regis Lusitani iussu inquirendo explorata, cla- rissimum dedit testimoniũ veritati. Quod totidem verbis interponere hoc loco, ope- ræ pretium visum est. Testificor ego D. Ambrosius Ribera, Inquisitor, & Vicarius Generalis, idemque adiutor Episcopi Gou- ni atque Indici, nouem iam annos, quibus  
 » hisce in locis versor, Franciscum Xaue-  
 » rium oppida ac vicos Indiæ, Malacæ, Mo-  
 » luci, Iaponiæ, & alia remotissima Barbaro-  
 » rum loca circumcurasse concionando, &  
 » Christianæ fidei mystèria ac præcepta tra-  
 » dèdo, tum Lusitanis nominibus, tum verè  
 » cæteris gentibus ac nationibus, ijdemq. in  
 loci

*Inquisitoris  
 & Vicarij  
 testimoniũ  
 de sanctita-  
 te Xaverij.*

locis maximum Ethnicorum numerum »  
 ad Christi conuertisse cultum : complura »  
 passim templa excitasse : eiusque rei causa »  
 plurimis maximisque ærumnis ac labori- »  
 bus ad extremum vsque spiritum esse per- »  
 functum . Eiusdem porrò corpus Goam ad-  
 uectum, solemniq̃ue exceptum pompa, ab  
 vniuerso clero ac ciuitate ad Collegium S.  
 Pauli delatum, sepultumq̃ue . Verum quia  
 rumor de eius corporis integritate percre-  
 buerat, cum videretur supra vires natura, »  
 ac diuinum prorsus miraculū, corpus tam- »  
 diu vita functum, quippe quod menses vn- »  
 decim humanum fuisset, tres apud Sinas, »  
 octo Malacæ (vti Prorex Indiæ Alphonsus »  
 Noronia, & ego, haud dubiis auctoribus »  
 comperimus) ab omni tabe alienum atque »  
 immune perstare mensem iam sextum de-  
 cimum; rem vtique mihi pro meo munere »  
 cognoscendam atque explorandam existi-  
 maui. Itaque templum, vbi iacebat, adij:ar-  
 cam aperiri iussi: facibus accensis, vna cir-  
 citer ante meridiem hora, Fracisci corpus »  
 inspexi. brachia, crura, vsque ad genua &  
 coxendices, & maximam corporis partem »  
 (vt ex apertis facilis esset tectis de partibus »  
 coniectura) diu multumq̃ue tetaui, tracta-  
 uique : ac totum corpus integrum inueni, »  
 omnisq̃. planè tabis expers ; atque insuper »  
 omnino recens, carne solida, nativo succo »



„ & colore. Vidi etiam in coxédice finit,  
 „ paulum supra genu, quasi vulnus, vnde  
 „ frustulú carnis instar digiti abscissum ca  
 „ Itemque aliud vulnus in vètre, in quo  
 „ met, digitis insertis, nihil non integra  
 „ atque incorruptum reperi, & sine graui  
 „ odore. Ad hæc os meum ori illius admo  
 „ totamque faciem summa cum cura pe  
 „ tentavi atque perspexi. Quare hæc omnia  
 „ explorata, vti à me comperta erant, tabu  
 „ lionem meum literis consignare iussi, à  
 „ ipse mea manu testimonium subscripsi,  
 „ obsignauique. Kal. Decembris, M. D. LVI  
 „ Proregis quoque medicus nobilis, Domi  
 „ ni iussu, perspecto Francisci corpore, nihil  
 „ lo obscurius eius integritati tribuit testi  
 „ monium, quodeiusmodi fuit: Testimonium  
 „ ego D. Cosmus Saraina, medicus Alphonsi  
 „ Noroniae Proregis Indiae, cum Francisci  
 „ Xaverij corpus Goam delatum foret, in  
 „ spectum à me, ac pertentatum, præcipue  
 „ verò ventrem, quæ pars maximè obno  
 „ solet esse tabi: ibique reperta à me intes  
 „ na integra prorsus, solidaque, cum neque  
 „ balsamo, neque oleo, nec alia re vlla ad  
 „ uersus tabem condita illitæ esse consti  
 „ ret. Inde cum me auctore in plagam, quæ  
 „ propter cor in sinistro patebat latere, quæ  
 „ dam è Societate I E S V digitos immer  
 „ set; aqua mistus effluxit cruor, quem  
 „ olfacier

*De corporis  
 integritate  
 exinij me  
 dici testimo  
 nium.*

olfaciens, haudquaquam grauius olere »  
 fenſi. Crura quoque & reliquas corporis »  
 partes integras comperi, carne adeò ſoli- »  
 da atque natiua, vt medicorum operâ illo »  
 modo conſeruari neſtiguam poſſit. Quip- »  
 pe iam ferè ſeſquiannum id corpus vaca- »  
 bat animo, & propè annum totum iacue- »  
 rat in ſepulcro. Hæc ego iuratus teſtificor, »  
 pro eo, quod mihi datum eſt in hac re, ne- »  
 gotio. Goæ X I V. Kal. Decembris M. D. »

LVI. Cæterùm humana teſtimonia diui-  
 nis cumulantur indiçijs. Per multa enim  
 per idem tempus miracula edidit diuina  
 vis, ad teſtificandam Franciſci ſanctimo-  
 niam, cæleſtemque felicitatem. Ioannis  
 Mendozæ nauis, quæ reuehebat Xauerij  
 corpus in Indiã, maxima pericula diuini-  
 tus euafit, maximè verò ad Inſulam Ceila-  
 num. Inde ad Baticalum Indiæ oppidum  
 vbi ventum eſt, Maria Sarra, regij Procu-  
 ratoris vxor, femina Luſitana ſatis hone-  
 ſta, graui affecta iacebat morbo, quæ de  
 Xauerij corpore certior facta, extéplo eò  
 ſe deuehi deferrique imperat, ſancti viri  
 non minore fiducia quam pietate opem  
 implorans. Haud incaſſum miſſæ preces:  
 protinus deprecatione Xauerij, diuinoque  
 munere, conualeſcit. Eadem mulier cin-  
 guli, quo præcinctus Franciſcus erat, fru-  
 ſtulum ſummis precibus expreſſum in ar-

*Aegra mu-  
 lier Franciſci  
 corpus ve-  
 nerata ja-  
 natur.*

## 486 FRANCISCI XAVERII

genteam inclusit thecam, eamque suspen-  
sam è ceruice gestauit, vel monumentum  
Francisci, vel morborum remedium. Nec  
sua illâ pietas frustrata est. Paruum filium  
sextum iam mensem graui febris confectum  
theca illa admota sanauit, eundemque  
deinde releuauit diutina oppressum apo-  
plexia. Ancillæ item periculosè parturien-  
tis collo alligata, facilè ei præstitit partum.  
Febrim quoque viro ægrotanti discussit,  
pustulosisque pueris duobus grauius labo-  
râtibus pustulas ac morbum absterfit om-  
nem. Hæc omnia ipsa met Procuratoris  
Batalensis coniux iurata narrauit. Gox  
porrò satis constat ægros plures Francisci  
corporis contactu valetudinem recupera-  
sse. In his ancillam inter parturiendum exa-  
nimatam, ac morti proximam (quippe fœ-  
tus materno in vêtre extinctus, & in trans-  
uersum iacens, extrahi nulla nequibat ar-  
te) aliquot Francisci capillis, qui in theca  
religiosè asseruabantur, admotis, repente  
præsentis periculo ereptam, fœtu mortuo  
effuso. Id eius dominus Antonius Saa iura-  
tus testificatus est: qui etiam adiecit, domi-  
sua mulierem indigenam, partus difficulta-  
tate iam deploratâ, eâdem reliquiariâ the-  
câ admotâ, statim fœtum incolumem eni-  
xam esse: constat alios item plures varijs  
eiusdem reliquijs varios depulisse morbos

Xaverij  
cingulum  
multis  
grauibus  
morbis me-  
deur.

70.

Illud

Illud memorabile . Antonius Rodericus, *Vir nobilis*  
 vir minimè obscurus , diutinâ pituitâ adeo *Francisci ma-*  
 captus erat oculis , vt ne eos quidem cer- *nu oculis*  
 neret , quibuscum cominus loqueretur . Is *suis admo-*  
 damnata medicorum spe , quorum medi- *lumen reci-*  
 camenta frustra expertus fuerat, ad Xau- *pit.*  
 rij sepulcrum duci se iubet. Patres exorat,  
 vt loculum aperiant. Francisci manus oculis  
 admouet suis . repente caligine excussa  
 cernere incipit ; breuique pristinum reci-  
 pit lumen oculorum . Id adeo ipse iuratus  
 exposuit. Nec minùs memorabile est quod  
 contigit Balthasari Dias Sacerdoti . Is an-  
 gina fauces premente, nihil profus deglu-  
 tire poterat . Itaque, humana ope desperata,  
 vertit se ad diuinam clauem loculi, vbi  
 Franciscus asseruatur ; petit, attingit, sanatur :  
 adeoque repente pituita defluxit , vt  
 clauis illa, beneficio Xauerij, gutturis clau-  
 stra aperuisse videretur . Cæterùm illud  
 longè clarissimum . Ioanna femina prima- *Primaria*  
 ria diuturno afflictata morbo, iamq. morti *femina cu-*  
 proxima erat , cùm diu noctuque ad eius *pida visen-*  
 lectum domesticis excubantibus Xauerij *di Xauerij*  
 corpus delatum est Goam. Ergo simul fe- *ex graui*  
 sto campanarum sono, simul sanctimonix *morbo con-*  
 miraculorumque eius famâ excita, mulier *ualefcit.*  
 Christophorum Pereriam , virum suum,  
 aliosq. qui aderât, rogat etiam atque etiam,  
 vt ad Xauerij funus deferri se sinât. Negant

*Loculi cla-*  
*uis pituitâ*  
*depellit.*

*Primaria*  
*femina cu-*  
*pida visen-*  
*di Xauerij*  
*ex graui*  
*morbo con-*  
*ualefcit.*

## 488 FRANCISCI XAVERII

illi sine manifesto vitæ eius discrimine feri posse: atque in eo obstinato animo persistant. Non tamen mulieris pietas incassum cecidit. Ex eo tēpore melius habere cepit; magnisque in dies virium incrementis haud multo post cōualuit prorsus. adhuc non solum tangendi, verum etiam videndi cupido ipsa agris saluti fuit. Certis etiam auctoribus compertum, flagella ex funiculis, quibus Franciscus se diuerberare solitus erat, à neophyto quodam pie admodum asseruata, atque horum beneficio sanitate redditam nonnullis, aliaque multa sanè admirabilia perpetrata. Quocirca Francisci Xauerij nomen in India, totoque Oriente, & est & fuit magna apud omnes non gloria solum, sed etiam veneratione vulgoque mortales eius fidem & patrocinium implorat. Itaque nauæ ac vectores, quoties Sancianum insulam, vbi primum Xauerium humatum diximus, prætervehuntur, Franciscum cōsueuerunt inuocare velut sanctum virum, in beatorum cœtu collocatum. Neque verò Indiæ & Orientis finibus Xauerij vis & fama se tenuit; sed Oceanum transgressa peruasit in Europam. Eboræ vrbs est Lusitaniæ, egregia primis ac nobilis, vbi Collegium est Societatis I E S V, ab Henrico Cardinali, qui deinde Rex fuit, exædificatum, nec illius munus

*Francisci flagellum multis salutare.*

munificentiam nec amplitudine urbis indignum. Hic per id tempus, quo nuncij de Xauerij obitu miraculisque allati sunt, (vt mihi talia scribenti vir haudquaquam vana fide narrauit) primores Patrum duo Leo Hericus Collegij Rector, & Andreas Capreda Confessarius eximius, graui urgebantur febris, quos admirabilium Francisci rerum fama ad spem recuperandae sanitatis erexit. Leo igitur Indicas literas, vbi felix Francisci excessus, & illustre miraculis funus perscribebatur, afferri sibi recitarique iussit. Quibus recitatis, extemplo quasi diuino instinctus numine, & Xauerianae virtutis admiratione excitatus, super lectum, vbi iacebat, cubito alleuat se: & manus oculosque tendens in caelum, pari pietate ac fiducia contra vim morbi Franciscum implorat; ne minus benignus in suos foret, quam fuisset in alienos. Nec vana spes aut imploratio fuit: preces sanitas excepit. Continuo Hericus febrim sibi, quasi diuina manu depulsam, vires praeterea reditas sensit. Ergo gaudio exclamans, obortis lacrymis, suppliciter gratulatur Deo, Francisci que vim praedicat, omnibus qui aderant stupore attonitis. Mox sanus ac valens exilit e lecto, & ad Capredam morbi socium laetus accurrit. Ille haud ignarus quam grauius modo Leo aegrotaret, stu-

*Francisci inuocatio duos Patres e Societate sanos in Europa.*

## 490 FRANCISCI XAVERII

pere scilicet, & quid tandem rei effectus  
 gitare. Tum Leo, tota re breuiter expos-  
 non verbis magis quàm rebus ostendit,  
 sui morbi depulsiōne quàm præsentē Xa-  
 uerij expertus sit opem: simulque mone-  
 idem ipse vt faciat, profectò simili in ca-  
 sa par eiusdem auxilium experturus. Haud  
 mora, paret ille, excitat fiduciam, Xaue-  
 rium inuocat. Nec spe frustratur sua: ipse  
 quoque citius omnium expectatione so-  
 bri liberatur. Ita gemino miraculo socio-  
 rum duplicata lætitia, & Francisca sancti-  
 monia clariùs comprobata. Horum, quos  
 nominauimus, Leo Henricus hodieque su-  
 perstes est in Lusitania, expertæ Xauerij  
 virtutis testis luculentus. Quæ deinde fama  
 cùm emanasset, plures non modò è Socie-  
 tate, verùm etiam alieni homines, Francisca  
 virtutem mirari, sanctitatemque venerari  
 cœperunt. Parisijs (vt minora omittamus)  
 supererat, cùm hæc scriberemus, vir qui-  
 dam honestus ac pius, non minùs probita-  
 te quàm ætate venerabilis. Is ita commo-  
 morabat, se, cùm primùm allatum esset de  
 obitu Francisca Xauerij, quem fama tantū,  
 & auditione cognouisset, mirè ad illius  
 venerationem excitatum. Itaque cùm per-  
 id tempus vxor sua ex labore partus iace-  
 ret moribunda, desperata à medicis vale-  
 tudine; quædam illi de Xauerij sanctime-

*Parisijs im-  
 ploratus fe-  
 mina mori-  
 bunde par-  
 tum facilem  
 prabet.*

nia ac virtute narraſſe; ac magnopere ſua-  
 fiſſe, vt ſancti viri imploraret auxilium,  
 haud dubiè affuturum . Paruiſſe illam im-  
 penſè monenti viro. Ne multa. Implorata  
 Xauerij ope, coniugem incolumem facili  
 feliciq̄ue partu enixâ eſſe fœtum . Sic ma-  
 trem ſimul, ac prolem, Xauerij deprecatione  
 à præſenti periculo vindicatam . Nec  
 verò natale Franciſci ſolū eximiam alum-  
 ni ſui ſanctitatem eodem tempore igno-  
 rauit. Compertum eſt domeſticis prodigiis  
 præſignificatam eius mortem eodem loco,  
 vbi acceperat vitam . In Xauerio caſtello,  
 atque adeò in ipſa natali Franciſci domo,  
 ſacellum eſt, vbi Chriſti crucifixi eſſigies  
 religioſiſſima & illis locis antiquiſſima vi-  
 ſitur. hîc prodigium fuit viſu euentuq̄. mi-  
 rabile . Conſtat ligneum hoc, quod dixi,  
 Chriſti ſimulacrum, quoties Xauerius gra-  
 uius aliquid pateretur in India (quod ex eius  
 literis domeſtici collatis temporibus com-  
 pererût) haud dubio ſudore fluxiſſe: porrò  
 eo ipſo anno, quo Xauerius extinctus eſt,  
 ferijs ſextis deinceps omnibus per annum  
 totum ſudare ſanguine: ſudâdi autem ini-  
 tium feria itè ſexta feciſſe. Quod homines  
 ſic ſunt interpretati, perinde quaſi Frâciſci  
 (qui crucis mortificatione iugiter in ſuo corpore por-  
 tauerat) mortè poſt maximos ac diutinos la-  
 bores Chriſti cauſa exſudatos portèderet.

*Chriſti eſſi-  
 gies cruci-  
 fixi in Xa-  
 ueria villa  
 ſudat ſan-  
 guine.*

2. Cor. 4<sup>o</sup>

CAPVT



*Studium orationis.*

**R**ES admirabiles, quæ (vti demonstrauimus) partim diuina vi patratae sunt à Xauerio, partim ei diuinitus contingere, testimonia quædam fuerunt atque indicia eximiarum virtutum atque donorum, quæ in eius animum diuina bonitas plenâ (vt dicitur) congefferat manu. Neque enim miraculis quàm cœlestibus virtutibus insignior tuit. Ex quo numero aliquot à nobis (quæ etsi sedulò ab illo occultatae, tamen sua sponte foras eminebant) in vulgus edentur. Eoque libètius hæc quàm superiora persequar, quòd sanctimoniarum sunt non indicia solùm, sed etiam exempla: quippe cùm illa in admirationem tantùm, hæc etiam in imitationem cadant. Atque vt ab ea virtute initium capiamus, quæ caput est ac fons aliarum; orationis, contemplationis, meditationisque studium in illo eximium extitit. Etsi enim mètem in Dei diuinarumque rerum cognitione defixam perpetuò habebat; statim tamen ac certum quotidie seponebat tempus, quod ereptum negotijs, tribueret meditationi rerum cœlestium. Maximè verò in Christi vitæ mortisque meditatione acquiescebat;

*Christi vitæ  
mortisque  
meditatio.*

*fatis*

satis gnarus ibi eximia omnis exempli do-  
 cumenta in illustri posita monumento in-  
 tueri atque imitari licere. Hoc meditatio-  
 nis genus maximè salubre ac frugiferum  
 (præcipuum vtique exemplar Christianæ  
 vitæ, & ingens inuitamentum diuinæ cari-  
 tatis) impensè & complectebatur ipse, &  
 aliis commendabat. Quo in negotio haud  
 maiore mentis ardore versabatur, quàm  
 animi constantiâ. Id adeò non aliàs magis  
 intellectum est, quàm cum daret operam  
 valetudinarijs. Etenim cum assiduæ oc-  
 cupationes nullam ei diurni temporis par-  
 tem ad orandum vacuam relinquerent; *Nocturna*  
 orationis magis quàm somni memor, *oratio.*  
 nocturnæ corporis quieti detrahebat horas  
 semper aliquot, ne animus cœlesti illa  
 opatissimaque fraudaretur requie pabulo-  
 que; adeò eius mentem diuini dulcedo  
 colloquij ceperat. Binas ferme, cum plu-  
 rimum ternas somno horas tribuebat,  
 sed ita vt ne somnus quidem vacaret ora-  
 tione. Sapius enim per somnum emitte-  
 bat eiusmodi voces; O I E S V bone, ô  
 Creator mi; aliasque confimiles: orare  
 illum, non dormire crederes. Constat  
 orâdi morem ab eo ne in summis quidem  
 Comorini Promōtorij occupationibus in-  
 termissum; quippe cum meditandi occu-  
 pationem præcipuam duceret. Meliaporæ  
 quoque

## 494 FRANCISCI XAVERII

quoque ad ædem S. Thomæ cum diu-  
retur (vt supra docuimus) de nocte surge-  
itabat in templum, nec vllis aut hominum  
fermonibus, aut plagis, ac turbis Dama-  
num, à diuinis colloquijs deterreri potuit.  
Sæpe etiam ibidem totas penè noctes ex-  
traxit precibus. Malacæ verò cum in cubi-  
culo è stercis habitaret, quidam, sanctitatem  
eius opinione suadente, ex insidijs per-  
rearum rimas (vt ipsi postea narrarunt) qua-  
tandem rerum noctu Franciscus ageret, ob-  
seruarunt sapius: ac semper eum viderunt  
cum nixis genibus ante Christi crucifixi  
imaginem iam ad multâ orasset noctem,  
vegeto tamen animo ac corpore perseve-  
rare, donec, ingruente somno, naturæ ne-  
cessitati paulisper cedens, humi procumbe-  
ret. Inde in saxum instar cervicalis recum-  
bentem fracta diurno nocturnoque labore  
membra reficere parumper: sentires illum  
somnia vt pro medicamento, & in quiete  
capienda nihil minus amare quam quietem.  
Cæterum haud dubius quin Deus in  
sacris locis, vbi sanctius colitur, benignius  
audiret orantes; quotiescunque copia erat,  
haud paulo libentius in sacris orabat ædi-  
bus. Itaq. vbicumque res ferret, cubiculari  
sibi quærebat proximum templo, eò se de  
nocte clam supplicandi causa recepturus.  
Obseruatũ est Malacæ à socijs, cum ferè in  
sacra

*Quoties co-  
pia erat,  
orabat in  
templo.*

sacrario, quasi alterū Samuelem, humi cubitare solitum: intēpesta inde nocte in templum obrepere, & ante aram maximā, sacrosanctamq̃. Eucharistiam, submissis genibus orare: cruribus autē defatigatis, super arę gradus proiectū, aut manibus innixum, perseverare in negotio, donec aut somni necessitas, aut aurorę lux superueniret. Quod si facultas tēpli deesset, non tamen studium deerat orandi. Sacerdos quidā Xaverij holpes narrabat, sepe illū ab se reper- tum domi suę, multa iam nocte supplican- tē, & (sive quod aptior locus non esset, sive quod fractis iam genibus niti vltra nequi- ret) sedicule subnixū precibus insistentem. Malacensium porrò nōnulli ciues honesti cōmemorarunt, Franciscum sepe numero cum ipsis summa affabilitate sermonis ver- santē, sensim se clam omnibus subduxisse de circulo: inde cū ab eis diu multumq̃ requisitus foret, in sylva aliqua aut solitudi-  
*In solitudi-  
nem secedit  
orandi gra-  
tia.*

ne suppliciter orantē, aut corpus suum ver- berantē, esse deprehensum: ita ne molesti interpellatores interuenirēt, re penitus dis- simulata, relictū. Nec terra quā mari con- stātor Xaverij pietas in orādo fuit. Eius rei indicia ita multa enituerunt in eius naviga- tionibus à nobis expositis, vt exemplorum conquirēdorum labor non superuacaneus tantū futurus sit, sed etiā molestus. Quippe  
in

496 FRANCISCI XAVERII

in dissimillimis etiam locis ac negotijs  
semper sui similis, vitā omnem vno quasi  
tenore traduxit. Illud tamen, quod mans  
propriū fuit, reticendum non est. Con  
stat eum in naui ex media ferme nocte ad  
lucem vsque in oratione pernoctare solitum, & in medijs tempestatibus, summi  
que periculis, æquissimo animo Deū ora  
re: itaque per sepe nauas perinde ac vecto  
res suam nauisque salutem Francischi pre  
cibus acceptam retulisse. Erat Xaverij ora  
tio ardens semper & accensa, plerumque  
cælestibus quoque gaudijs affluēs. id quod  
plurimis ac maximis argumentis declara  
tum est. Atque vt omittam eximias illas  
in Comorinensibus & Mauricis labori  
bus diuinitus haustas voluptates, de qui  
bus suis locis diximus; obseruarunt eum  
sæpe Goæ Patres quidam intempesta no  
cte, fixo in cælum oculorum obtutu, in  
hortis domesticis inambulantiem, totū  
que ex Dei cogitatione atque amore pen  
dentiem: vt non ambigeres eius animum à  
sensibus abstractum eminere foras. Inde  
ad se cum redisset, tunicā de more ab  
æstuanti pectore manibus diductā, hanc  
identidem vocem iteratē exaudierunt,  
S A T E S T Domine, fat est; eo vocis so  
no, qui facile ostenderet tantam vim esse  
superiudentis se latitiæ cælestis, quantam  
capere

*Oratio in  
naui.*

*Oratio ar  
dens.*

*Tunicam di  
ducit à pe  
ctore vi ora  
tionis æstuan  
te.*

capere vix posset mortalitas. Goæ quoque in cœtu Patrum comiter agentem sæpe immensa quædam animi lætitia subterfugere hominū cogebat oculos : quod tantum gaudiorū dissimulare haudquaquam valeret. Quanquam in negotiis etiam humanis ita diuina quædam in eo elucebat species, vt qui cum illo versabantur, veneratione capti, oculos vultūque, quasi alterius Moïsis, nequirent aduersum intueri. Denique in Meacensi itinere sanè aspero impeditoque ( vti antea diximus ) cum iucundissimè diuina meditans animum in Deo defixum abduxisset à corpore, crura ac pedes stirpibus lapidibusque offensans, sine vlllo lacerabat sensu: tātisque incedebat lætitijs, vt beatorum gaudia præcipere, non solum vitam meditari, videretur. Et sanè mirabile est, tantam in illo contemplationis cum actione coniunctionem esse potuisse. Quippe fidem excedit, quod de illo accepimus, hominem ingentibus negotiis, quotidianis itineribus, difficillimis nauigationibus perpetuò implicatū, eundemque in vitæ consuetudine comem ac iucundum, tam eximio diuinæ contēplationis dono fuisse præditum, tanto Sancti Spiritus cælestisque fluminis impetu lætificatum. Verū enimvero diuinus ille vir, vbiicumque esset, quicquid ageret, secum

*vultus ardor ac species.*

*Sūma actionis cum contemplatione coniunctio.*

498 FRANCISCI XAVERII

semper & cū Deo habitabat. Itaque ex ipſis negotijs, cœtuque hominum, vſque cōregera & erecta eius mens veniebat ad meditando, vt ſtatim in iucundiſſimam celeſtis ſponſi conſuetudinē penitus ſeſe daret, immergeretque. Crederes eum in ſumma ſolitudine vitam degere: adè in maximis etiam negotijs & congreſſibus hominum fixum ac locatū animum habebat in Deo.

Officium di-  
uinum reci-  
tat ſumma  
preparatio-  
ne & inten-  
tione animi.

Haud multo minor in oratione vocali, que dicitur, pſalmisque & hymnis recitandis, vel pietatis ſenſus, vel ſedulitas in illo fuit. Antiquiſſimum quippe habebat, diuinum officium, horatque canonicas, diligenter ſimul ac piè recitare. Inuo igitur Eccleſia-

Eccli. c. 18.

ſticum audiens monentem, *Ante orationem prepara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum*, interiore cura cōparabat ſeſe. Namque ad mentis attentionem ac pietatem vehemērius accēdendam, hymno, *Veni creator*, ante ſingulas horas pronunciato, haud ſegniter Sancti Spiritus expoſcebat opem. Quem quidem ille hymnum tanto ſemper pronunciabat ardore, vt ei cor è pectore exilire, animuſque deficere videretur. Et ſatis cōſtat, perſape eum hominum interuentu alloquioque, vt ſit, interpellatū eundē illum à principio iteraffe hymnum tam intēto animo, quàm ſi nemo interueniſſet. Inſigné verò eius in hoc genere religioſo

Religionem fecit illorum licetia temporum. Nuper nouum ternarū lectionum Breuiarium (sanctæ Crucis dicebatur) occupatorum hominum leuamen editum erat: cuiusque vsus Frâncisco propter occupationes ab initio cōcessus. Ille tamen, quamuis ingentibus curis negotiisque distentus, nunquam permiffa uti voluit licentia: vetusque Breuiarium nouenarum lectionū haud paulo lōgius perpetuò recitauit, vt, qui iucundiffimè cum Deo ageret, cum eodem quàm diutissime colloqueretur. Super cætera in Sacro faciendo pietatis ardor in illo præcipuus eminebat, vtique cum ad consecrandam Eucharistiam, sumédamque, ventum erat. Tum enim, manâ:ibus gaudio lacrymis, ora cōplebat, sinumque. Tātus porrò diuinæ pietatis sensus in pronuntiatione, vultu, totoque corpore eminebat, vt in circumstantes redundaret, eosque pia quadam admiratione defigeret, rerū omnium oblitos. Nec defuerunt, qui confirmarent, eum, dum rem diuinam faceret, sublatum paululum à terra, sublimemque ab se visum. In Missæ porrò Sacrificio conuersionem Ethnicorum præcipuè à Christo Domino, per eius mortem illorum causa obitam, enixè petere consuevit. Ad eam rem quoque precatationem ab se compositam frequenter adhibebat. Ea erat eiusmodi:

*Breuiarium longius præfert breuiari.*

*Ardor Xd-uerij in Sacro faciēdo.*



500 FRANCISCI XAVERII

*Oratio Xa-  
verij pro cō-  
versione in-  
fidelium.*

Aeterne rerum omnium effector Deus,  
memento abs te animas infidelium pro-  
creatas, easque ad imaginem & similitudi-  
nem tuam conditas . Ecce, Domine, in op-  
probrium tuum his ipsis infernus imple-  
tur . Memento I E S U M filium tuum pro  
illorum salute atrocissimam subisse ne-  
cem . Noli, quæso Domine, vltra permitte-  
re, vt filius tuus ab infidelibus contemna-  
tur ; sed precibus Sanctorum virorum, &  
Ecclesiæ, sanctissimæ filij tui sponsæ, pla-  
catus, recordare misericordiæ tuæ; & obli-  
tus idololatriæ & infidelitatis eorum, effice  
vt ipsi quoque agnoscat aliquando, quæ mi-  
sisti Dominū I E S U M C H R I S T U M,  
qui est salus, vita, & resurrectio nostra, per  
quem saluati ac liberati sumus, cui sit glo-  
ria per infinita sæcula sæculorum . Amen

*Sub Missam  
oratio pro  
mortuis.*

Sub Sacrum porrò, gratis Deo rite actis,  
solemne illi erat, certam pro mortuis reci-  
tare precationem, vt etiam cùm pro vni-  
faceret, subleuaret animas mortuorum.  
Nec minùs insignis eius religio in mini-  
strando sanctissimo Christi corpore, quàm  
in consecrando conficiendoque, fuit . Pro-  
prium Fracisci erat, vbi commodè id fieri  
posset, sacrosanctâ Eucharistiam submi-  
nis genibus ministrare populo . Et euenit  
docuit eam rem Deo cordi fuisse . Cosm-  
quidem Saraina, Medicus nobilis, alius  
con

*Submissis  
genibus Eu-  
charistiam  
ministrat.*

complures viri honesti & graues liquidò  
 affirmarunt, Xauerium in Goano templo *sublimis à*  
 positus genibus sacratissimum Christi cor- *terra diuiz*  
 pus præberem populo sæpe ab se esse con- *nizus susti-*  
 spectum, cum ampliùs cubito sustineretur *netur.*  
 diuina vi sublimis à terra. Submissionem  
 eius efferrì à Deo sentires. Egregia verò *Eius pietas*  
 pietate in sanctissimam Trinitatem fuit, *in S. Trini-*  
 quippe solitus eam summa religione & *tatem & B.*  
 colere, & appellare. Christum humanæ sa- *Virginem.*  
 lutis auctorem vnice diligebat. B. Mariæ,  
 Dei parenti, benignissimæque hominum  
 patronæ, maximè addictus erat. Itaq; mo-  
 ribundus sacrosanctæ Trinitatis, IESV  
 Christi, B. Mariæ, vsù magistro, identidem  
 exposcebat opem; vt quorum cum eximia  
 veneratione vixerat, eorum crebra cum  
 imploratione moretur. Secundùm hos,  
 Archangelum Michaëlem cælestium prin- *Pietas eius*  
 cipem, ac propugnatorem Ecclesiæ, egre- *in Archan-*  
 gio colebat studio: inde beatorū omnium *gelum Mi-*  
 ac fidelium cœtum, Christi que sponsam *chaëlem.*  
 Ecclesiam, cuius auxilium sapius implo-  
 rabat. Angelum quoque custodem suum,  
 itemque Archangelos locorum, vbi versa-  
 retur, aut quò tenderet, Præfides frequen-  
 ter in suis conatibus, ærumnis, periculis  
 inuocabat.

## CAPVT VI.

*Cordis mundities & castimonia.*

**H**A NC Francischi excellētem in oratione pietatem par animi mundities accuebat ad videndum Deum . Id adeò declarat talis munditiæ index innocentia vitæ, multorum eius familiarium testimonio comprobata . Hi quippe professi sunt, nihil se vnquam in illo deprehendisse, quod cuiusquam oculos aut animum offenderet. Illud quoque indicio est, quòd & sæpius in die diligentius conscientiam excubabat suam; & ceteros ad idem faciendum magnopere hortabatur, in eo perfectæ vitæ cardinem verti ratus . Sacramento verò cōfessionis, vbi Sacerdotis copia erat, utebatur quotidie. Animi porrò sanctitate perpetua corporis sanctitas honestavit . Satis constat, ab eo virginalem pudicitie florem ad extremum vsque spiritum custoditum. Id & Meliaporę Vicarius ex sermone cum Francisco ibidem habito se comperisse, quidò confirmavit, & alij eius confessiones excipere soliti se perspexisse testantur. Insignis profectò in illo amor castimonie, insignis odium libidinis fuit; adeò vt minimas huius generis labeculas exorsus ipsum horreret libidinis nomen. Quod vt

ex eo

*Sæpius in die cōscientiã excubabat.*

*Solitus confiteri quoties die.*

*Virginalem pudicitiam.*

ex eo, quod subijciam, existimari licebit. Olyssipone profectiois Indicæ diem operiens, cum Simone Roderico in eodem diuersabatur cubiculo. Ibi intempestate repente excitatur è somno, adeò commotus, vt è naribus magnam vim cruoris profunderet. Eius deinde rei causam Simonem rogitantem obstinato silentio celauit, quãdiu in Lusitania fuit. Ad vltimum, vbi soluendi aduenit tempus, sub digressum in nauis angulum cum eo secessit: & sine arbitris, Nunc demum, inquit, tempus est enunciandi, quod toties ex me, Simon, frustra es sciscitatus: quippe hoc vltimum (vt arbitror) sum te in hac vita visurus. Scito igitur illa nocte impuram speciem per somnium mihi oblatam; summaque vi repellere conanti tantam illam copiam sanguinis erupisse. Hisce signis humanisque testimonijs diuinum indicium ac testimonium extincti corporis accessit integritas. Quod eximium Dei beneficium inter alia egregiæ virginali castimonix concessum accepimus. Cæterùm Franciscus, vt tantum custodiret thesaurum, non castior fuit quàm cautior. Etsi enim vir sanctissimus cælestium rerum contemplationi maximè deditus, excellentisque temperantiæ armis tectus, nullo negotio *tela nequissimi ignea exsingeret;* tamè adeò timidus in hoc genere

*Horror impurarum cogitationum.*

*Cautio in pudicitia seruanda.*

504 FRANCISCI XAVERII  
& cautus erat, vti si maximè obnoxius  
effet libidini. Nunquam cum femina vlla  
nisi luce palàm, & adhibitis arbitris, de re-  
bus vtique necessariis collocutus est, ratus  
mulieres ferme adiri in minore emolumen-  
to quàm periculo.

## CAPVT VII.

### *Crucis & Euangelicæ paupertatis studium.*

VITAE quoque asperitas, integritatis  
custos, in Xauerio eximia fuit. Nam-  
que & ad edomandam lasciuientem aeta-  
tem (vt antea dictum est) nudos artus fi-  
niculis sæpe ac diu constrictos habuit, cum  
acri sensu doloris; & in omni vita tum fre-  
quentibus ieiunijs, tum crebris verbera-  
tionibus corpus afflictauit suum. *Victus te-*  
nuis semper, ac parabilis, isque aut preca-  
riò quæsitus, aut eleemosynæ nomine vltro  
delatus. Caterùm foris apud alienos cæ-  
nans, Christo auctore, promiscuè come-  
debat quæcunque apponebantur: ita nec  
molestus erat hospitibus; & singularem il-  
lam suam abstinentiam occultans, deinde  
hospitalis mensæ lautitiam priuata victus  
duritie vindicabat. Omnino cibi portionis  
que modus naturali desiderio finitus, non  
volupta-

*victus te-  
nuitas.*

voluptate. Mos illi erat semel dumtaxat in <sup>cibum suū</sup> die cibū, & vnius ferme generis, capere, <sup>mit semel in</sup> qui non tam delectaret palatum, quā <sup>die.</sup> sustineret naturam. Cibus quemcunque occupatus parasset, fatiabar. Carnem ac vinum rarò admodum gustabat, nisi apud conuiuas hospitesque. ne pane quidem ipso (etiam si suppeteret) explebat famem. In Meacéli itinere sanè longo, impeditoque, oryza assa perpetuò vixit. Quamdiu autem in Iaponia versatus est, adeò insulsis Iaponum cibus, insolitaque frugalitate asluevit, vt Goam deinde reuersus, nostratium pristinorumque ciborum gustum haberet nullum. Vino multos abstinuit annos, quoad <sup>Vino absti-</sup> affecta ætas & laboribus attenuata valetu- <sup>nuit.</sup> do subegit adhibere paululum vini bene diluti. Itaque cùm ad eum in Comorinensi promontorio versantem Alphonsus Sosa, Indiæ Prætor, duos vini cados dono misisset; id ipsum vinum Xauerius ingustatum dispertiuit pauperibus. Iam lectuli molli- tiem ita non amabat, vt, quicumque locus ad cubandum aptus videretur, illi esset pro lectulo. Itaque ei sæpissime humus (quod in <sup>Humi cubi-</sup> Promontorio Comorino, in Moluco, in <sup>tabat.</sup> Iaponia solenne fuit) nuda, inquam, humus cubile præbuit. In naui aut asseres, aut anchorarij funis volumina, stratum dederūt. Si qua lectuli esset facultas, eam ferme

306 FRANCISCI XAVERII

omittebat, agris suapte sponte cōcedens; Atque etiam in ora Comorinensi, vt liberius cubaret humi, culcitram cum ceruicali ad se ab Indiæ Prætoris missam donauit ægrotis. Terrestria itinera, quâquam sæpe esset equi copia, ferè confecit pedes, idque etiam in Iaponia, ybi passim cum saxis, niue, glacie, torrentibus erat luctandum. Verùm nihil antiquius illi fuit, quàm vt cupiditates, motusque animi abhorrentes à ratione atque honestate, quàm maximè frangeret, seque ipsum (quod difficillimum ac pulcherrimum victoriæ genus est) omnibus in rebus penitus vinceret. Argumento est quòd Venetijs valetudinario infanabilem inseruiens (vt supra ostendimus) in vlceroso homine, à quo animus abhorreret, in perpetuum se ipse vicit. Socios autem identidem admonebat, vt semet paruis in rebus vincere assuescerent; ita demum magnorum certaminum fore victores. Itaque ipse hanc, quam aliis præcipiebat, ratione secutus, omnes animi motus domitos compressosque in sua ditione ac potestate habuit. Hinc illa perpetua mentis tranquillitas, & idem semper vultus. Quòd si quando vitium aliquod aut delictum grauitè incusandum erat, seueritatem velut reprehensionis aculeum ita sumebat, vt sub obiurgatione, quasi persona depo-

*Mortificatio  
animi, suiq.  
victoria.*

*victoria sui  
in paruis re-  
bus.*

*Idem sem-  
per vultus.*

deposita, ad pristinam comitatem ac facilitatem rediret. Cæterum illi animi moderatio *Mortificatio animi.* afflictatione corporis potior erat. Præuos quippe atque impotentes animi motus maxime domandos ratus, eò referendam esse censebat corporis vexationem, ut externa mortificatio interiorem iuuaret. Quocirca ea maxime mortificationum genera probabat, quibus interiores sensus perstringerentur, acueretur virtus pietasque. Iræ perinde potens fuit, quasi nesciret irasci. *Ira potens.* Eximia eius mansuetudo cum sæpe alibi, tum verò Malacæ spectaculo fuit, vbi cum infana Præfecti vrbis insolentia certauit. Nam cum ille Sinica legatione per summam iniuriam intercepta (ut antè docuimus) impudenter æquè & obstinatè egregios Francisci conatus Euangelijque impediret cursum; tãta Xauerij extitit lenitas, ut demum temerario homini ac vesano Pontificalis excommunicationis fulmen intentans, Nuncius Apostolicus supplicem Episcopi Vicarium ad eum sapius allegarit. Crederes Franciscum non accepisse iniuriam, sed fecisse; & vulnus deprecari potius, quàm minari. In grauissimis verò cõtumelijs, ærumnis, & vexationibus nunquam de quopiam querebatur, sed pro vexatoribus suis orabat *Orat pro inimicis.* numen, ut eos misericordiã potius exciperet, quã diuinę reseruaret iustitię. Itaq. illo ipso



ipſo tempore à Malaceniſis Præfecti emiſſarijs vltro omni contumeliarum genere appetitus , pro importuniſſimo homine quotidie fecit Sacrum, ne, qui ſemel ruere cœperat, interiret. Haud minor emicuit in eo voluntariæ paupertatis amor, quàm animi moderatio . Nam diu multumque meditatus egeſtatem Chriſti , *qui propter nos egenus factus eſt , cùm eſſet diues*, Euangelicam paupertatē vnicè dilexit: vtique cùm quotidie magis eum vſus doceret , quàm opulenta foret eiufmodi paupertas , quæ animum anxijſ curis ſolutum ac liberum cæleſtibus affatim ditaret bonis , efficeretque vt nihil habēti nihil deeſſet. Quocirca ſerè etiam in Goano Collegio, vbi vltro omnia ſuppēbant , mendicato victitauit cibo. Nec terra ſolùm, ſed etiam mari, ſine viatico & com meatu iter fecit. Eximiæ illius paupertatis exempla tota illius ſuppeditat vita . Atque , vt minùs illuſtria ſileantur, ſubeat animum memoria profectionis Indicæ ex Luſitania, cùm Magiſtratibus regijs Regis imperio etiam atque etiam inſtantibus, præter centonem aduerſus Bonæ ſpei promōtorium, antarctis frigoriſus in fame , paucosque neceſſarios libellos , accepit nihil . In ipſa verò naui nullis neque primariorum hominum, nec Prætoris ipſius precibus deduci à precario victu veſtituque

*Paupertatis  
Euangelicæ  
ſtudium.*

stitiſſetque potuit. Quippe non ſolum ali-  
 menta, ſed etiam calceos, induſia, cæterâ-  
 que neceſſaria à militibus claffarijs Chri-  
 ſti nomine mendicare, quàm à Prætoris  
 Prætorisſue comitibus vltro oblata accipe-  
 re malebat. tanta erat dulcedo Euangelicæ  
 paupertatis. Indico itineri haud abſimilis  
 fuit Comorinenſis profectio, ſolis ocreis  
 contenta. Cæterùm veſtitu erat Franciſcus  
 cultuſque corporis vulgari. Pannoſus ex  
 Vrbe in Luſitaniam, atque inde in Indiam  
 perrexit. In India honeſto veſtitu, qui offe-  
 rebatur, repudiato, cannabinam adama-  
 uit tunicam ſine pallio, veritus ne ſplen-  
 dorem habitus (vt fit) aliqua animi elatio  
 ſequeretur. Franciſci toga detrिता vſu iam  
 erat laceraſque. amici nouam ei offerebant.  
 at ille, ſua paupertate ſe inuoluens, nun-  
 quam paſſus eſt veterem ſibi detrahi, vt  
 indueret nouam. Itaque miſſus ab eis, qui  
 întempeſta nocte dormienti Xauerio la-  
 ceram veſtem auferret, nouamque eius  
 ſubſtitueret loco. Ille ante lucem ſurgens,  
 quam reperit veſtem induit pro ſua: eaque  
 indutus deinde prodijt in publicum, nihil  
 penitus benignâ amicorum fraudem ſenti-  
 tiens. Erat forma nouæ togæ longè alia  
 quàm veteris. Ergo eodem die cùm apud  
 Franciſcum Paiuam, alioſque amicos rei  
 confcios, cœnaret; illi velut admirabundi  
 ſuper

*Togam de-  
 tritam præ-  
 fert nouæ.*

510 FRANCISCI XAVERII

super cœnam, quidnam illud vestimentum  
esset, per iocum rogare cœperunt. Tum  
denum Xaverius togæ aduertit animum.  
Ut verò oculis manibusq. nouam esse per-  
fensit, obstupuit scilicet. mox fraude in-  
rellecta subridens ait, nimirum alienum il-  
lum vestitum alijs conuenire, non sibi.  
Subinde autem summis precibus eos tan-  
dè exorauit, vt subductam togā redderent,  
subiectam reciperent. Igitur summa Iapo-  
niæ frigora, quanquam sæpe algens ac tre-  
mens, cõiuncta in toga tolerauit. Ex Iaponia  
porrò cum egregiis paupertatis insignibus,  
galero obsoleto, subucula detrita, tunica  
lacera, variisque temere assutis pannis de-  
formata, de luxu quodãmodo triumphans  
reuertit Goam. Quàm libèter autem pau-  
pertatis incommoda subierit, quantopere  
in omnium rerum angustiis tanquam in  
cælestibus deliciis gestire sit solitus, facile  
intelligi potest ex clausula eius epistolæ,  
quam ex Maurica misit ad socios Roma-  
nos vbi regionem illam describens, cum  
omnibus eam victus vitæ ue commodis  
carere dixisset, affirmat nunquam aliàs  
maiores ac liquidiores diuinitus se hausisse  
voluptates. In literis quoque quas ad Goa-  
nos socios ex Iaponia misit, Quæso vos,  
inquit, fratres carissimi, vt me in agendis  
Deo gratijs pro tanto beneficio adiuuetis.  
Iam

Iam singulari Dei munere in Iaponiam «  
 peruenimus, vbi summa est rerum om- «  
 nium inopia. quod equidem in maximis «  
 diuinæ prouidentiae beneficiis numero: «  
 namque aliis in locis ciborum comodo- «  
 rumque copia plerumque homines inuitat «  
 ad effrenatas corporum cupiditates ex- «  
 plendas. Itaque & eorum animi, Euangeli- «  
 cæ paupertatis expertes, caelestium dono- «  
 rum deliciarumque inopiâ laborant; & «  
 sæpe etiam corpora, morbis aliisque in- «  
 commodis afflictâ, haud leues breuesque «  
 intemperantiae luunt pœnas. «

## CAPVT VIII.

*Obedientia & humilitas.*

**N**EC se cæterarum rerum facultate  
 magis quam sua libertate arbitri-  
 que abdicauerat, in quo summa obedi-  
 entiae laus cernitur. Quæ virtus præcipuum  
 Societatis IESV decus in Francisco inde  
 vsque ab initio maximè enituit, cum ab  
 Ignatio missus in Indiam est. Satis consta-  
 bat, nauigatione Indicam non minùs pe-  
 riculofam esse, quam longinquam. Et So-  
 cietas, qualiscunq; erat, tum non imperio  
 Ignatij, sed auctoritate, administrabatur.  
 Franciscus tamen omnium præterquam obe-  
 dientiae immemor, promptius etiam paruit,  
 quam

quàm iubebatur: nullâque interposita mora, in posterum diem ad iter penè instantum paravit se: vt summæ illi in obsequendo alacritati Deus vltimas Orientis oras aperuisse videatur. In Lusitania porrò ladiaque incredibile dictu est, quàm libenti prolixoque animo exsequeretur quæcumque illi per literas præcepisset Ignatius. Itaque homini cuncta ad obedienciæ normam exigenti ad eò satisfecit, vt non alius obsequij laude clarior fuerit, dignus profusus tali magistro discipulus. Franciscus quippe tantum tribuebat Ignatij sanctimonix, vt eum tanquam cælestem diuinumque virum suspiceret. Quocirca illum in sermone, illum in litteris nominans, semper aut benedictum appellabat, aut sanctum. In reliquiaria quoque theca, quam suspensam gestabat e collo, Ignatij nomen ipsius manu scriptum (absciderat enim eius epistolę subscriptionem) vnà cum sacris reliquijs, suęque professionis formula, includebat. Socijs autem præcipiens adijcere solitus erat: Hoc vobis pro vestra reuerentiâ obedientiaque aduersus sanctum Patrem nostrum Ignatium præcipio. Haud minus fiducia Ignatio erat in modestia obsequioque Frãcisçi. Eius rei vel illud certissimum indicium fuit, quòd res quamuis arduas benè fidenter ei imperabat; haud dubius qui

*Ignatio quàm  
sum tribue-  
rit.*

*Ignatij opi-  
nio de Xa-  
verij obe-  
dientia.*

exi

exsequendum foret, quicquid imperasset Xauerio. Proinde prouidens *velocem fore de-  
positionem tabernaculi sui*, cum Franciscum præcipuum Societatis columen Romam reuocandum censuisset; epistolam ad eum ita scripsit, vt, expositis sui cõlij causis, ad extremum vna litera, I, seorsum subscriptioni adiecta rem designaret omnem. Significabat scilicet adeò se Francisci obedientiæ confidere, vt non dubitaret, quin Romam vel ex vltimis terris, & ex medio Euangelij cursu reuocanti, etiam nulla talis itineris causa demonstrata, obtemperaturus esset, vna dumtaxat litera, qua ire iuberetur, inuitatus. Neque sua Ignatij de Francisci obediẽtia opinio fefellisset: omnino enim illud, I, eius perpulisset animum vt è vestigio ab vltimo ferè Oriẽte in Europam iret, nisi ante Ignatij literas perlatas ille iam ad suorum laborum præmia abiisset in cælum. Franciscus porrò, vt ipse in omni vita obsequendi studio præstitit, ita sociis omnibus huius virtutis primam voluit esse curam. Ergo illos subinde & coràm & per literas admonēs inculcabat, sine vera germanaque obediẽtia, hoc est, prompta atque hilari, verum germanumque Societatis alumnum ac filium esse neminem. si quidem ea virtute vacuus cum animi lætitia fructuque in Societate perseuerare

*Obediẽtie  
commenda-  
tio.*

k uerare

514 FRANCISCI XAVERII  
 uerare nō posset. Præcipiebat igitur socijs,  
 vt ex animo obsequentes, totos se ad arbi-  
 trium Prapositionum Societatis Ecclesia-  
 que fingerent, ad eorum non modò impe-  
 rium, sed etiam nutum intēti. Longè enim  
 tutius esse regi quàm regere, & patēre  
 quàm imperare. Itaque Paulū Goani Col-  
 legij Rēctorem, quem Iacobo Borbano è  
 Franciscana familia eiusdem Collegij cu-  
 ratori parētē iusserat, ad obsequendi stu-  
 dium incitans, ad eum scripsit se quidem,  
 si ipsius esset loco, nihil antiquius habitu-  
 rum, quàm vt obtemperaret imperanti.  
 Quippe non aliā esse certiores tutiorē-  
 que rationem, rectā, ac sine errore, quò in-  
 tendas perueniēdi, quàm peritum itineris  
 sequi ducem; contraque nihil periculosius,  
 quàm suo arbitrato viuere, eorum, qui præ-  
 sunt, præcepta spernentem. Erga Episco-  
 pos verò, eorumque Vicarios, Xauerij ve-  
 neratio iuxta & obedientia insignis fuit.  
 Nam diuinum in eis numen venerans, ex  
 illorum auctoritate sua munia obire ge-  
 stiebat: eisdemque prorsus omnibus in re-  
 bus dicto audiens erat. Idem ceteros è So-  
 cietate facere iubebat, à nostris homini-  
 bus obedientiæ in Prapósitos Ecclesiasti-  
 cos prodendum exēplum dictitans. Omni-  
 no cuiuscunq. disciplina Societatis, quæ obe-  
 dientiā maximè cōtinetur, cordi non esset,  
 hunc

*Obedientia  
 Xauerij er-  
 gā Episcopos  
 eorumque  
 Vicarios.*

hunc à Societate cēsebat alienum: nec exspectandum putabat dum grauius aliquid cōtra Societatis existimationem cōmitteret, quem (vti principia se dabāt) commissurum aliquando prouideret. Proinde, incolumi Societatis dignitate, missionem representabat: vt & ille amandatus, quod facturus erat, faceret citiūs, & ceteri illius exemplo fierent in eodem genere cautiōres. Eandem obedientiam aduersus Præpositos Ecclesiasticos exigebat à sociis, vt non conciones haberent ad populum, non Societatis munera obirent, nisi facta ab Episcopo aut Vicario potestate: néue committerent vt Præpositi Ecclesiastici talibus ministeriis iure offenderentur, néue vnquam ab illis, quamuis iusta causa oblata, sese abalienarent. Quòd si quando secus accidisset, sanè grauius ferebat. Itaq. cū duo Vicarij de Patribus duobus, qui apud eos erant, cū Francisco questi essent per literas, protinus ad illos scripsit, vt exemplo Vicarios adirent; & dexteram eorum suppliciter exosculati, peterent veniā, atque in posterum summam obseruantie significationem præferentes, singulis hebdomadis ad eos irent saluādi gratia. Talem verò tantamque modestiam ac submissionem necessariam esse dicebat; cū ad Diabolum superbiæ caput debellandum, tum

*Obedientia  
aduersus  
Præpositos  
Ecclesiasti-  
cos.*



## 516 FRANCISCI XAVERII

verò ad Ecclesiæ Præpositos insigni obsequio promerendos; ut illis secundis ac propitiis Christiana res melius gereretur. Iam obedientiæ parens & diuinæ humanæque beneuolentiæ cõciliatrix humilitas in Francisco vel maximè enituit. Cuius indicia in eius vita nec pauca sunt, nec obscura. Nam proficiscens in Lusitaniam, ut supra docuimus, comitum sedulo curauit equos; & perpetuo tum domi, tum in valetudinariis, ad abiectissima quæque ministeria audivissimè descendit. Goam autem Legatus Apostolicus cum venisset; Episcopi genibus aduolutus, literas regias ac Pontificium diploma tradidit, his non secus, quàm illi visum foret, usus. Quæ modestia sic Episcopi deuinxit animum, ut non magis in Xauario potestatem vereretur, quàm suspiceret modestiã. Præcipua verò Francisci in Ecclesiæ Præpositos veneratio fuit, quos quasi Dei faciem præferentes diuino propæmodum honore coluit. Namque & venerabundus eorum osculari solitus est manus; & interdum ad eorum genua sese prostravit. Cæterùm (quæ eius humilitas erat singularis) non solum aduersus Episcopum, eiusq. Vicarios, verùm etiam erga priuatos Sacerdotes & Clericos maximam semper obseruantiam ac submissiorem adhibuit, pro omnium seruo magis, quàm

*Humilitas.*

*Reuerentia  
Xauerij erga  
Ecclesiæ  
Præpositos.*

quàm pro Legato Apostolico, se gerens. Nec verò exteriorem modò humilitatem coluit, indicè interioris; sed multo magis interiorem illam, quæ sita est in sui ipsius cognitione, despicientiaque. Etenim cum propter eximiam sanctimoniam haud secus quàm vir Apostolicus suspiceretur; se tamen ipse nequissimum omnium mortalium iudicabat. Id quod vel ex plurimis eius literis perspici licet. Itaque sui contemptor vnicus non minùs laudem & honorem, inuitamenta arrogatiæ, quàm cæteri vituperationem ac dedecus, horrebat. Quippe honorem perosus, honorantes ita auersabatur, ut iam constaret inter omnes, veterem illi simplicitatem esse cordi, fuci omnis & ambitionis expertem. Proinde laudabiliter & præclare ab se facta solerter occultans, si quando ea vulgare aliorum utilitas cogeret, ita expromebat, ut ad alium quèpiam crederes pertinere. Veluti ex Comorino Promontorio de rebus ab se gestis ad socios scribens, valetudinem agris pluribus per se restitutam attribuit pueris, quorum qualicunque vsus erat operâ. Itemque de cœlestibus gaudiis, quæ eodem loco Deus sua causa laborantibus impertiret, exponês, quod ipsimet vsu venerat, quasi de alio quopiam citra mœdaciùm narrat. Nec eius egregiam modestiam vlla

*Interior bn-  
militas.*

*Honoris o-  
dium.*

*Occultatio  
donorum  
caelestium.*

*Insignis pu-  
dor Xaverij  
in suis lau-  
dibus.*

*Titulorum  
fama.*

*Cohortatio-  
nes de vera  
humilitate.*

res magis prodebat, quàm insignis quidam  
in suis laudibus audiendis rubor, intimæ  
humilitatis index. Quam vnius rei exem-  
plo notasse satis erit. Goam ex ora Como-  
rinēsi reuersus, Iacobo Borbano sciscitan-  
te, verène mortuum ab eo ad vitam reuo-  
catum fama vulgasset, adeò pudore exa-  
nimatus est, vt Borbanum misericordia  
simul & verecundia instandi vrgendique  
ceperit. Dignitatis porro titulos adeò non  
amauit, vt eum Legatum esse Apostolicum  
per decennij spatium (tamdiu enim illis in  
locis vixit) præter Goanum Episcopum  
sciret nemo, ipso rem solerti consilio te-  
gente. Neque prius suam aliis auctori-  
tatem aperuit, quàm necessitas subegit: ni-  
mirum ad proiectam Malacensis Præfeti  
audaciam reuincendam. In quo tamen ipso  
ita auctori-  
tate est vsus, vt multo etiam ma-  
gis modestia existeret quàm potestas. Iam  
(quoniam *ex abundantia cordis os loquitur*) ple-  
ræque eius cohortationes ad socios, totæ  
ferè ponebantur in arrogantia & propria  
virtutis opinione radicis ex animis euel-  
lenda. Quantus quisque Dei iudicio & exi-  
stimatione esset, tantum quemque dicebat  
esse, nihiloque maiorem; et si mortales  
omnes secus existimarent. Quocirca eos  
monebat, ne quisquã bona de se hominum  
opinionem efferretur; sed sui cognitione  
liberatus

libratus demitteret se, illud animo reputans, alium se sua opinione ac Dei iudicio esse, alium hominibus videri. Cæterum qui sui ipsorum notitia vacent, factiæ mortaliū inflatos laudibus extolli, ratos se tales esse, quales ab hominibus habeantur, veluti si Deum perinde possint & homines fallere. Illud autem ingemiscens subinde in ore habebat: O arrogantia venenum Christianæ virtutis, quantum obfuisi, obes, obfutura es orbi terrarum! quàm es instituto & perfectioni Societatis I E S V contraria! Quantopere piis & salutaribus Sociorum conatibus aduersaris! Negabat enim quendam germanum Societatis I E S V alumnū esse, ac Deo fideliter operam nauare posse, nisi contemporem sui, & de seipso suisque rebus abiectè demisseque sentientem. Itaque, ut immodicos sui æstimatores, qui per humilitatis simulationem, aut propter nobilitatem maiorum suorum, in honore haberi vellent, nequibat cõcoquere; sic verè humiles, seque ac sua contemnentes, quamquam infimæ sortis homines, eximè diligebat.

## CAPVT IX.

*Magnitudo animi, diuinæq. fiducia.*

**N**E C verò hæc Francisci humilitas eius abijciebat mentem, quominus au-  
k 4
deret

deret alta spectare, ingentiaque conari; sed nixus Deo, nihil arduum, nihil nimis amplum ducens, immensa quadam magnitudine animi maxima quæque moliebatur. Vbicunque enim diuinus honor ageretur, nulli cedebat difficultati periculoue. ita nihil moliebatur, quod non efficeret; nihil inchoabat, quod non absolueret. Est hoc seruorum Dei proprium, vt apud seipfos humiles & abiecti, in diuinis negotiis mirè fortes sint atque constantes. Hæc altitudo animi, difficultatumque & periculorum contèptio, passim eminent in eius vita; & quidem sæpe communis fortitudinis tantopere vſitatum excedit modum, vt meritas censeferi posset, nisi diuinis magis quàm humanis consiliis auxiliisque niteretur. Nam & Trauacoriensi itinere, quod per medios erat hostes, manifestum periculum adire visus est; & longè manifestius cum Mauricæ incolis feritate insignibus excolendis animum adiecit, nulla alia re aduersus barbarorum infestissimorumque hominum rabiem, nisi Dei fiducia, armatus. In Iaponiâ quoque, vltimam Orientis regioné, piratico vectus lembo ire sustinuit, securus periculorum quæ ab amicissimis peritissimisque hominibus & plerima denunciabantur, & maxima. Qua de re ad Præpositum Prouincialem Lusitanie scripsit

scripsit ipse his verbis : Obstupescunt stu- „  
 dioli mei omnes, & amici, quòd tam lon- „  
 ginquù ac periculosum suscipere iter non „  
 verear. Multa mihi tēpestatum, syrtium, „  
 piratarum pericula proponunt. Cæterùm „  
 haud paulo magis ego illos inuicem obstu- „  
 pesco, quòd tam exiguam habeant Dei fi- „  
 duciam, cuius illa omnia in ditione sũnt, „  
 ac potestate. Equidem cùm Dēi nutu atque „  
 imperio omnia gubernari certò sciam; ni- *Nihil me-*  
 hil omnino metuo, præter ipsum Deum; *tuit præter*  
 ne scilicet is de mea, in suo obsequio reli- *Deum.*  
 gionisque studio, negligentia inertiaque „  
 meritas exigat pœnas. Quocirca reliquos „  
 terrores, discrimina, ærumnas, cruces, ni- „  
 hil admodum pertimesco. Vnum quippe „  
 timeo rerum omnium effectorem ac mo- „  
 deratorem Deum: quòd res cæteræ, quam- „  
 uis noxiæ, non nisi quatenus ille finit, no- „  
 cere hominibus queant. Mirum quantum „  
 ille spei in diuina reponeret ope. Itaq. Dei „  
 vnitis præsidio per tot maris terræque dis- „  
 crimina, per tot gentes sermone moribús- „  
 que dissonas, ad vltima Orientis penetra- „  
 uit; Oceanoque toties remenso, Christiani- „  
 nis mysteriis feras ac barbaras instituit „  
 gentes, mitigauitque. Nec verò vnquam „  
 illum Dei fefellit fiducia; sed hostium, „  
 tempestatum, cæterarumque cladium pe- „  
 riculis semper exemit. Atque, vt mittam

cætera, quæ suis locis exposuimus, in Iap-  
 nicorum fretorum traiectu, non semel  
 cum peteretur barbarorum sagittis, tæ-  
 omnia, Deo propulsante, innoxia cecido-  
 runt. In mari Molucico ter naufragium fe-  
 cit; ac semel tabulæ incubans, biduum tri-  
 duumue fluctibus impunè iactatus euasit.  
 Armatum in se Saracehorum furorem ef-  
 fugit, plures dies in proxima latitans sylua  
 Venena quoque, non solùm tela hostium,  
 elusit: & mari piratarum, terrâ latronum,  
 sæpissime vitauit occursum. Quanquam ille  
 Dei amore ardens, ærumnarum periculo-  
 rumque non contemptor modò, sed etiam  
 amator fuit. Itaque patiendi audus, in ipsi  
 incòmodis ac periculis Deum enixè pre-  
 cabatur, ne his ipsum eriperet malis, nisi  
 ad maiora mala diuinæ gloriæ causa reser-  
 uaret. Igitur diuino numine egregiè illius  
 virtuti indulgēte, ærumnis pariter ac me-  
 ritis cumulatus est, haud minore Christi  
 approbatione, quàm lætitia sua. In difficil-  
 lima porrò Sinarum expeditione sui simi-  
 lis fuit. Cùm enim in Sinarû fines ( vt antè  
 diximus ) insinuare se sine capitis aut fer-  
 uicitutis periculo peregrinus nemo posset,  
 pari pœna aduenæ introeunti & aduenam  
 inuehenti constituta; tamen Deo viæ con-  
 siliique auctore satis confusus, Sine merca-  
 toris fidei, quæ non minùs anceps ac peri-  
 culosa

*Barbarorum  
 sagittis pe-  
 titus.*

*Ter naufra-  
 gium fecit.*

*Periculis va-  
 rijs ereptus.*

*Crucis amor*

pensosa erat, quam ipse Sinarum introitus,  
 scilicet credere caput decreuerat. Super ea  
 re ipse in epistola ad Franciscum Peren  
 Malacam ita scripsit: Duo mihi in hoc  
 negotio ab amicis pericula denunciantur:  
 unum, ne mercator ille accepta mercede  
 prodat fidem; meque in desertam aliquam  
 insulam, aut etiam in altum praecipitet, ne  
 transmissionis pactum ullis pateat iudiciis.  
 Alterum, si ille steterit promissis, ne Prae-  
 fectus urbis in aduenam, qui contra Regis  
 edicta sine fide publica eò se insinuauerit,  
 edat exempla, meque aut cruciatibus affe-  
 ctum necet, aut in perpetuam redigat ser-  
 uitutem. His ego periculis alia haud paulo  
 maiora pericula oppono: quae caeteros la-  
 tent. Primum enim periculum est, ne de  
 diuina bonitate ac prouidentia diffidamus:  
 siquidem Dei vnus causa huc venimus, vt  
 sacrosanctam eius legem, eiusdemque fi-  
 lium I E S V M Christum, humani generis  
 Saluatorem, his gētibus praedicemus: cuius  
 rei ipse mihi conscius est, qui hanc mihi  
 metem iniecit Deus. Proinde diuini & nunc  
 prouidentiae atque potestatis spem fidu-  
 ciamque abijcere, propter discrimina quae  
 eius causam agenti impendere dicantur,  
 nae id haud paulo maius periculum est  
 existimandum, quam quicquid periculi  
 mihi creare Dei atque hominum hostes  
 possunt.



## 524 FRANCISCI XAVERII

„ possunt. Præsertim verò cum neque de nos  
 „ nes ipsi, neque eorum satellites ac ministri,  
 „ stri, quicquam nos lædere queant, nisi Dei  
 „ permisso ac voluntate. Quid quòd, si Deus  
 „ nostros conatus probat ac iuvat, non modo  
 „ eiusdem nutu omnibus eripiemur periculis,  
 „ sed etiam Christum Dominum auctorem  
 „ diem admonentem: *Qui perdidit animam  
 „ suam in hoc mundo propter me, inueniet eam*

*Inuictus periculis animus.*

Quocirca cum hæc animi pericula longè  
 maiora corporis periculis iudicemus, satius  
 ac tutius esse ducimus, per vitæ discrimina  
 „ perumpere, quàm in discrimen adducere  
 „ animi salutem. Omnino deliberatum est  
 „ mihi in Sinas, Deo fauente, inuitis eius hostibus,  
 „ penetrare. *Nam si Deus pro nobis, qui  
 „ contra nos?* Magnum omnino adimus periculum;  
 „ si nihil aliud, perpetuæ seruitutis.  
 „ Verumtamen hæc me cogitatio consolatur,  
 „ satius esse Dei causa seruitutem seruire,  
 „ quàm crucis fugâ perfrui libertate.

Quibus sanè in verbis interritus ad omnia  
 pericula animus satis eminet. Quantopere  
 autem Xaverius quicquid malorū est contemneret,  
 apparet ex epistola ad Iacobum Pereriam,  
 cuius clausulam suo subteximus loco. Haud  
 minor animi magnitudo aduersus Christianorum  
 hominum potentiam, quàm aduersus barbarorum  
 minas ac terrores, fuit. Oræ Comorinensis Præfectus,

fectus, homo Lusitanus sanè potens ; acerbè auarèque imperabat neophytis . Quare cognita , Xauerius minatus est homini, nisi humaniorem in posterum se Christianis præberet , de eius iniuriis ac tyrannide cum Rege Lusitaniæ per literas exposcullaturum . Lusitano item Duci novos Christianos iniuriôsè tractanti denunciari per socium iussit, nisi crudelitate desisteret, fore ipsum multo immaniorem Herode : quoniam ille corpora dumtaxat innocentium puerorum , ipse etiam animas perderet. Id enim prorsus futurum, si, Patribus propter eius importunitatem ex illa ora digressis, infantes pueri interirèt sine baptismo . Malacési porrò Præfecto suum in Sinas iter per summam iniuriam peruicaciamque impedièti (vt suprâ diximus) demum patientia in seueritatem versa, sacris interdixit : eamque rem pro sacris ædibus pronuntiandam rite curauit, vt cæteros in officio cõtineret similis ignominiaæ metus. Cæterùm nulla res magis incredibile eius animi magnitudinem ostendit, quàm infinita quædam cupido Euangelij toto orbe terrarum circumferendi . Nam India vastitate non contentus, Malacam, Molucas insulas, Mauricam, Iaponiam, Sinas, omnem denique animo atque industria complexus est Orientem: omnes vtique terras deinde

526 FRANCISCI XAVERII  
deinde complexurus, si animi ardori *vita*  
respondisset. Ultima quippe Orientis *tanta*  
celeritate lustravit, vt eius animo angula  
videretur inmensa vastitas *Asiae*.

## C A P V T X.

### *Dei caritas & proximorum.*

**P**AR tantæ fortitudini, Dei hominum  
que caritas fuit. Namque in omnibus  
vitæ partibus non alia virtus magis, quàm  
diuini cultus proferēdi, hominumque con-  
seruandorum eminent studium. Nimirum  
caritate in Deum tanta flagrauit, quantam  
existere oportuit in eo, qui, humanis rebus  
penitus contemptis, assiduæ rerum cæle-  
stium commentationi deditus foret. Hinc  
in Deum, summum bonum, munificentis-  
simique conditoris conseruatorisque sui-  
morem mens erecta, vel in medijs homi-  
num congressibus iucundissimos sermo-  
nes mittebat cum Deo. Hinc inflammatus  
ille in IESVM Christum, benignissimum  
Dominum Saluatoremque suum, amor,  
identidem suauissimum illud ac salutare  
nomen dulcissimè vsurpans. Indidem ac-  
censa illa martyrij cupiditas, quæ à Turca-  
rum finibus exclusa, ad vltimas terrarum  
oras progressa, ex feris atque immanibus  
nationibus

nationibus, ex pestilentia, naufragiorum, prædonumque manifestis periculis martyrij decus quaesivit milles; vt illi martyrium potius, quam ipse martyrio, defuerit. Immensa hæc Dei caritas haud disparem in Francisci animo caritatem hominum accenderat, quæ nec cessare vnquam illum, nec defatigari patiebatur. Hæc illum vbi-que agris, vincētis, miseris quasi seruum addixit, contagiosisque morbis inter ipsa funera obiecit intrepidum. Hæc ad barbaras efferatasque gentes vel cum aperto capitis discrimine instituēdas impulit; atque apud eas, quâdiu opus fuit, retinuit omnium rerum inopiā laborantem. Hæc denique contemptis exæstuantis Oceani fluctibus, piratarum latrociniis, incōmodis infinitæ navigationis, ad vltimas vsque gētes perduxit, vt Iapones quoque Euangelij penitus ignaros aggregaret Ecclesiæ. Et tamē cum tot iam terras, tot maria emēsus, omnibus prope maritimis regionibus Oriētis Euāgelio lustratis, ad vltimum mūdi terminum peruenisset; eadē hominum caritas eum perpulit, vt Sinarum claustra seuerissimis legibus & custodiis firmata tēaret, vel cum aperto capitis periculo: adeò inexhausta animorū auuiditas nihil inuiū, nihil metuendum videri sinebat. Quin etiam tot gētibus ac populis ad Christi fidē adiunctis, ferebat

agerris.

528 FRANCISCI XAVERII

ægerrimè prohiberi se Sinarum aditu, ut  
 pote qui totius Orientis salutem mente  
 complexus, in primordio suorum operum  
 stare se crederet. Nec dubium quin si ei  
 contigisset, ut Sinarum expeditioni super-  
 stes, Romam, quò ab Ignatio accersenda-  
 tur, perueniret, Occidenti quoque, deposti-  
 tiisque Ecclesiæ partibus, fuerit pariter salu-  
 ti futurus. Quippe siue Præpositus Genera-  
 lis, siue Præpositi adiutor, contactas hæresi  
 nationes per socios curandi non priùs finem  
 fecisset, quàm illum aut curanda gens aut  
 vita ipsa deficeret. Incredibile dictu est,  
 quantopere ille fuerit in mortalium salu-  
 tem intentus. Malacæ quidem & alibi con-  
 fessionibus audiendis, reconciliandis dissi-  
 dentibus, ægris subleuandis, cæterisque  
 pietatis officiis assiduam dabat operam;  
 adeò cibi ac potionis oblitus, ut sæpe bi-  
 duum triduū uel traduceret ieiunus: sen-  
 tientes eum talibus ministeriis diuinoq. ob-  
 sequio pasci. Nimirum adeò infusus erat illi  
 hic iuuandorum hominum propagandæq.  
 religionis amor, ut ferè innatus videret-  
 tur. Huc ille toto impetu ferri, in hoc totus  
 esse, hoc omnibus expetere votis, in hoc  
 maximè acquiescere, ut CHRISTO ag-  
 gregaret quàm plurimos. Nec minor quæ-  
 rendi nouos greges, quàm tuendi partos  
 cura erat. Quippe ita eos præceptis atque  
 institutis

*Proximis  
 seruit, cibi  
 & potionis  
 oblitus.*

instituti instruere erat solitus, ut externi pastoris operâ non magnopere indigerent. Ludouicus quidem Froes, è Societate I E S V, vir iuxta prudens ac pius, ita narrabat, se, cum primùm Iaponem insulam obiret, fortè ad arcem deuenisse in insula angulo sitam. ibi tres incolas sibi occurrisset, rogitates quid factum esset Francisco Xauerio. Qua inopinata interrogatione attonitum se primò hæsisse; deinde sciscitando comperisse, apud eos aliquandiu diuersatum esse Xauerium; & plerisque incolarum ad Christi fidem perductis, sacram inibi excitasse ædem: porrò neophytos adeò diligenter ab illo edoctos, ut sine vllò doctore Christiana disciplina cursum teneret suum. Quippe discessurum Xauerium illis in posterum consuluisse, & Christi vitam, summamque Ecclesiasticæ historiæ ipsorum sermone conscriptam; Romanum item Calendarium, cum ratione festorum mobilium; implorationem cælestium, quam Litanias vocamus; septem Psalmos, formamque baptismi eis tradidisse, monitis ut festis diebus vniuersi pariter conuenirent; in conuentu de Christi vita sacraque historia aliquid audirent; festos dies cognoscerent; superumque ope implorata, septem Psalmos recitaret. Cæterum Ducis scriba (nisi necessitas aliud

1            suade-

suaderet) baptismo lustraret infantes. Et neophytos, Francisci præceptorum memores, adeò Christianis rebus instructos existisse, vt nihil admodum cederet Europæis. Itaque affirmabat Froes, nihil se habuisse quod adderet: sed illud didicisse, Xauerij exemplo ita vbiq̃ue serendam colendamque religionem, vt per se niti suis ipsa viribus posset. Quamquam Franciscus, quoad eius fieri poterat, neophytos per socios excolere non desistebat. Nec verò Xauerij caritas ita ciuitates gentesque totas adiuuabat, vt singulos negligeret homines, quamuis pertinaces obstinatosque. Ternate decedens, ex maximo Ternatinorum numero dumtaxat reliquerat duos, quibus detrahere nequiuerat pellices. Ambo innum igitur reuersus (miseriordia indignationis locum occupante) literas ad Ternatinum amicū dedit, rogās vt duos illos suis verbis quàm bellissimè salutados commonefaceret, si quādo in animum tandem induxisset è flagitiorum cœnò emergere, confestim se illuc aduolaturū; interim nunquam cessaturū eorum salutem à Deo communi parente deprecari. Malacę verò cū idētidem verba faceret ad populū, audiebatur interdum ab Iudæo, erudito illo quidem, sed (quod illius gentis vitium propriū est) peruicaci, nec minùs Xauerij irrisorē,

*Zelus animarum.*

*Iudæum cōuertit.*

nifore, quàm veritatis. Is vitiis simul & erroribus implicatus obstinatè obstabat Euāgelio : eiusque auctoritas cæteros Iudæos à Christi fide deterrebat . Hunc igitur Franciscus omni obsequio demulcēs, & comiter apud eum cœnitans, ad eò flexit, vt in cōtrarium mutatus, è pertinaci Iudæo probus ac pius fieret Christianus . Hæc porro proximoꝝ caritas haud fortior quàm solertior fuit. Canoniorum arx est Lusitanorum, portu celebris, inter Goam & Cocinum interiecta . Hunc portum petēs ex itinere Xauerius, quendā in ipsa naui ad confessionem peccatorum perducere frustra conatus, in cœpto paulisper destitit, vt securum ex improuiso adoriretur. Nāque ille cum vrgeretur acrius, vt erat obstinato ad negandum animo, confirmarat iureiurando, se nunquam omnino id esse facturum. Franciscus ergo, vbi in terrā descensum est, statuit in exitiali morbo vltima experiri auxilia. Itaque aliud se iam agere simulans, pernicacem hominē comiter, per speciem animi relaxandi, in saltum (vt regionis natura fert) frequentibus palmis cōlitum ducit. Vt in locum ab arbitris remotum ventum est, subito deposita veste, tergoq. nudato, procūbit in genua. mox stupente illo, & quid tandem rerum tanto impetu acturus esset expectante ; flagrum depromit

*Mira solertia in flectendis obstinatis in scelere hominibus.*



aculeis ferreis sane asperum, atque in eius conspectu tergum suum strenuè diuerberans, exclamat se eius causa id quicquid esset supplicij subire, vt caelestem ab eo auertat iram. inter hæc palmetum resonabat ictibus plagarum: spectator ille stupens & attonito similis Francisci cruore respergebatur. Ergo admiratione in misericordiam versa, statim ad pedes Xaverij prostratus rogat, alienam culpam suo tergo luere desistat: se paratum esse sua aliquando expiare peccata. Itaque Xaverius victoria letus, extemplo induit vestem; eiusque confessione auerta, perditum hominem in viam accipens salutis reducit. In ægra verò ac propè deposita Malacensi ciuitate curanda haud paulo plus & prudentiæ adhibuit, & industriæ. Etenim cum animaduerteter Malacensium animos vsque eò flagitiorum senio ac tabe confectos, vt remedia funditus repudiarent; medicus animorum eximius nouam ac salutarem inuit medendi rationem. Mira illos dissimulatione adortus, inferebat se militum lasciuientium circulis; ludentibus de industria superueniebat, se illorum lusibus & consuetudine delectari simulans. Si quis eius interuètu verecundiaue desisteret à lusu; comiter eum ad vitæ hilaritatem reuocabat: se quoque talis oblectationis studio teneri;

*O: milites  
omnia sit, ut  
omnes Chri-  
sto lucrifaci-  
ant.*

neri; milites utique monachorum ritu vivere non debere. si nulla intercederet injuria divini numinis, fatuus esse ludere ac iocari, quàm detrahere de aliis, aut quidpiam patrare flagitij. Inde conciliatis comitate animis, per omne obsequium in quàm maximè familiarem usum insinuare se, ut arcanos illorum eliceret sentus, morbisque demum per occasionem mederetur. Vltro etiam aliis pellicum amore implicitis ad prandium aut coenam condicere: super mensam familiari sermone ilato, probare apposita tercula; de famula, quæ illa tam scitè condidisset, percontari; rogare hospitem, ut eam accerferet; collaudatamque de solertia in cibis condiendis dimittere, fat habens in presentia, viam sibi ad destinata fecisse. Si cui gravis conuiua futurus erat, ex improviso instabat, ut sibi eius tecta inspicere liceret. Introductus mira comitate deuinciebat hospitem; dissimulatioque consilio, velut feram vestigâs, nullum omittebat angulum, quem non perlustraret oculis. Si in hospitibus incidisset pellicem, quam illa mulier, & cuius esset, sciscitabatur; seque omnia quæ videret, probare simulabat, occasionem rei bene gerendæ captans. Ad eò autem omnia omnibus fiebat, ut inter milites miles, inter mercatores mercator esse

videretur. Itaque non modò Lusitani, verùm eorum etiã pellices ipsæ, propter singularem eius comitatem, illum hospitem, illum conuiuam expetebant, quid tandem moliretur ignare. At Xauerius vbi se totum in illorum insinuarat familiaritatem, tum verò dissimulanter affectis animis mederi aggrediebatur. Si quem nactus erat formosæ ancillæ amore captum, huic mulierem commédare: eam verò, propter egregiam formam atque indolem, dignam que pudica foret, dignã quæ honesto alicui nuberet viro. Inde percontari ex hospite, cur si vnicè illam amaret, cum vtriusque dedecore pernicieque cõcubinam, quã honestè sancteque cõiugem, habere mallet. in mali causã in remedium versa, flagitia mutabat nuptiis. Sin autem mulier deformis erat, rogabat hospité, satisne sanus esset, qui adeò deformem famulam in deliciis haberet, propter quam in Lusitanorum incurreret sermones, irrisionesque? Quin potius se dignam coniugem quæreret? Id illi magno vtique honori item vt aliis fuisset (quos nominabat) futurum. Alios porrò minùs ad nuptias expeditos, quòd multarum ancillarum amoribus irretiti tenerentur, alia adoriebatur via. Quærebat primum cur tandem domi suæ tãtum alerent ancillarum, quæ nullum penè vsum haberent

rent

rent alium, nisi vt dominorum salutem ac rem familiarem perderent; domesticum otium contentionibus rixisque turbarent? Quòd si omnes dimittere aut non possent, aut nollent, magnopere monebat, vt certè vnam aliquam missam facerent. Inde ad eosdem intermissi; aliquot diebus reuersus, amicè instabat, vt alterá, deinceps vt reliquas omnes dimitterent, præter vnam. Minus quippe inuisos esse Deo, ac faciliùs veniã impetrare vnius mulieris quàm multarum amore implicatos. Demum nouam nactus occasionem, vrgebat, vt illã ipsã, quam libido sibi reliquam fecerat, dimissã, aut in matrimonium ductã, cælestem aliquando placarent iram. Ita paulatim perditos homines, dèptis omnibus peccãdi illecebris, ad honestatis salutisquẽ viam reuocabat. Fuit autem hoc proprium ac perpetuum Xauerio, vt facinorosissimi cuiusque familiaritatẽ ambiret maximè, ratus grauissimis morbis potissimùm opus esse medico, medicinaquẽ. Nec prius eos dimittebat, quàm ad sanitatem perduceret mèris. Illud verò summæ semper curæ Francisco fuit, vt suis ac sociorum exèplis omnes ad virtutem pietatẽque accenderentur, offenderetur nemo. Nec aliud magis Sociis aliquò ituris solitus erat inculcare, quàm vt *prouideret bona coram Deo, & omnibus hominibus.* Rom. 13.

Certa etiam hac de re præcepta abeuntibus tradita, identidem per literas in memoriã redigebat. Quòd si quid à quopiam

*Quantopere vitari scandalum proximorum.*

2. Cor. II.

offensum esset vsquam; adeò angebatur animo, vt in eum quadraret illud Apostoli;

*Quis scandalizatur, & ego non vrer?* Quocirca Gaspari Goani Collegij Reçtori planè mādauit per literas, vt quicumque è Societate

offensionem publicè foret, eum dimitteret omnino, dimissumque nullo modo reciperet: grauiorem famæ Societatis, quàm cuius Socij, iacturam ratus. In quo illam

quotidiano vsu comprobata[m] vsurpabat vocem Apostoli: *Modicum fermentum totam*

*massam corrumpit.* Cæterum vbi offensum esset, ibi censebat satisfieri oportere, vt præfens satisfactio offensos sanaret animos.

Nec offensis modò, sed etiam infensis, satisfaciendum putabat. Cocini cùm sodales quosdam, qui Societati I E S V templum

*Aedificationis proximorum cura.*

concesserāt, Patribus infestiores esse cognouisset; ipsemet maximã honestissimorum hominum frequentiam prostratus, claues templi ante eorum posuit pedes: eaque

demissione infensos animos penitus mitigauit. Illud autem habebat in ore, se, quicquid diuitiarum, quicquid opum esset in

terris, bono Societatis nomini posthabere: vtique cùm Deus piis hominibus sua

commoda præ communi religionis existimatio

matio

matione continentibus, meliores diu-  
 turnioresque redderet opes, quam quibus  
 sui iuris atque vtilitatis retinētes cum exi-  
 stimationis detrimento iacturaque frue-  
 rentur. Quocirca literis ad socios datis, il-  
 lud solitus erat adscribere, sibi modicum  
 fructum sine offensione, quam ingentem  
 cum aliqua offensione, esse potiore. Exi-  
 guam quippe segetem animorum sine of-  
 fensionibus, velut sine noxiis herbis, cre-  
 scere ac permanere: at quamuis magnam  
 sementem offensionibus, quasi inimicis  
 herbis, oppressam extenuari & euanesce-  
 re. Atque hæc multo etiam impensius ser-  
 uabat ipse, quam aliis præcipiebat, exem-  
 plis vtique quam præceptis clarior.

## CAPVT XI.

*Comitas grauitati iuncta.*

AD salutem porrò hominum procu-  
 randam vel plurimum valebat gra-  
 uitati iuncta comitas: quæ virtutes specie  
 dispares ita in illo copulabantur, vt neutra  
 quicquam detrahente de alterius vi, idem  
 & grauissimus esset, & suauissimus. Quip-  
 pe incredibilis quædam in Xauerio, vt su-  
 præ ostēdi, comitas ex vultu, gestu, sermo-  
 ne, consuetudine facile eminebat, quæ à  
 natu-

## 538 FRANCISCI XAVERII

natura insita, à Deo cumulata, quemuis facile caperet, teneretque. Mira in ore hilaritas, in congressu facilitas, in consuetudine vsuque suauitas. Aspectus adeo iucundus, vt agris solatium, valentibus lætitiã afferret. Itaque sæpe vsu venit, vt multi Sociorum nulla alia de causa viderent eum, nisi vt cælesti illo aspectu exhilarati, ad beatæ vitæ studium, illius eximiæ alacritatis ardorisque cogitatione accenderentur. Nunquam enim tristes aut languentes ab eo recedebant, quoties haurire potuerant ipsius alacritatem, & tanti animi spiritum. Eximiã verò vultus ac sermonis iucunditas malos iuxtã ac bonos, summos aequè & infimos pelliciebat: adeoque cunctorum tenebat animos, vt eos, quocumque liberet, impelleret; nihil à quoquam postularet, quamuis magnum arduumque, cuius non facili negotio fieret cõpos. Porrò salubres sermones, ne fatietatem afferrent, magnã solertiã condire, mirãque varietate miscere confuerat. Astrologiã Philosophiãque Franciscus erat peritissimus. Quocirca quoties iter faceret, leuando vię radio, sermones identidem de cælestium orbium astrophorumque motibus inferebat. Lunæ Solisque defectiones multo antè prænũciabat. Rursus causas exponebat eorum quæ in cælo mundoque admirabilia fieri videmus, quæ

*Aspectus  
Xauerij vi-  
sentibus in-  
eundus.*

grã-

grandinis, pruinae, niuis, pluuiæ origo: unde nubes, nebulae, venti, tonitrua existant: quæ vis ætus maritimos ac freta cieat. Adiciebat cætera generis eiusdem, quæ plurimum vt admirationis, sic iucunditatis habent: eaque demum referebat ad Dei cultum metumque. De his igitur tam peritè iucundeque, apud Iapones præcipuè talium rerum ignaros, differebat, vt vulgo dictarent, Xauerio comite totam Iaponiã sine vlllo laboris sensu posse peragrari. adèd eius comitas pro vehiculo comitibus erat, vt eos sibi Deoque obnoxios faceret. Cæterùm hanc comitatem moderabatur par grauitas, vt in summa consuetudinis iucunditate omnia tum dicta, tum facta, redolerent sanctitatem. Cuius quidem tanta erat apud omnes opinio, vt quamquam vulgo cum flagitiosissimis hominibus perfamiliariter versaretur, nihil tamen turpissimorum hominum consuetudo Xauerij pollueret nomen, constanti sanctimonix famã suspiciones hominum non solum sermone arcente. Quin etiam fuit hoc Francisci proprium, vt familiaritas eius non minueret reuerentiam, sed augetet. eius sanctitatem, quasi gemmam, vsu & tractatione magis ac magis nitere diceres. Confalvus Fernãdes, nauicularius nobilis, Xauerij perfamiliaris fuit. **Huius ille**



440 FRANCISCI XAVERII

ille nauis saepe uectus, saepe Goæ hospitio  
 usus, utrobique cum eo familiarissimè ver-  
 fatus. Caterùm erat in Consaluo Xauerij  
 reuerentia tanta, ut quoties ille ad se do-  
 mum accederet, venerabundus cum tota  
 familia occurreret, cunctique prostratis  
 humi corporibus eum exciperet: nec verò  
 is, quamuis saepe à Francisco rogatus ne id  
 faceret, morem ei gerere poterat: adeò  
 Sancti viri veneratio eius animum occu-  
 parat. Iacobus quoque Pereria, quo nemo  
 Xauerio amicitior, referebat, se coram illo  
 nūquam sustinuisse ut capite aperto esset,  
 quamuis ipso rogitante. Enimvero quoties  
 cum eo loqueretur, tanta se religione per-  
 fundi solitum, ut Deum in illo intueri sibi  
 videretur. Nec Francisco, si quādo res pos-  
 ceret, grauitatis aculeus, seueritas defuit.  
 Rem vno aut altero exemplo notabimus.  
 Matrona quædam honesta piaque Fran-  
 cisco, quoties is adesset, de peccatis confi-  
 teri consuevit. Hanc ( ut ipsamet religiosò  
 viro deinde narrauit ) quòd bellum homi-  
 nem, sciteque & eleganter ornatum, esset  
 intuita, grauitè Xauerius inculcauit, incre-  
 pans, Tūc hominem suspexisti? merita  
 es ut te Deus despiciat. Quæ vox adeò  
 castum piūque perculit pectus, ut illa  
 nunquam deinde in omni vita aspicere os  
 viri cuiusquam sustinuerit. Acerrimus vin-  
 dex

dex præcipue contumaciæ fuit. In Comorino promontorio cum cognouisset idolum à neophyto quodam esse cōsecratum; enimvero tanti facinoris indignitate commotus, protinus sacrilegis tectis iniici iussit ignem; ut pœnæ magnitudo cæteros à tam nefario absterret scelere. Multis honestis viris supplicij grauitatem deprecantibus, hoc solummodo permisit, ut rem familiarem domo liceret efferre: domum ipsam, sacrilegij receptaculum, omnino incendio absumi voluit.

## CAPVT XII.

*Prudentia, & præcepta Goani Collegij  
Rectori & Gaspari Belgæ tradita.*

**I**AM cæterarum moderatrix virtutum prudentia non modò in conciliandorum conuertendorumque hominum solertia, quæ passim in tota Francisci emicat vita, verum etiam in propagatione religionis, & administratione Societatis, enituit. Quippe satis gnarus nihil æquè obstare Christianæ fidei, ac vitia prauaque exempla improborum Christianorum, non prius ad Ethnicos religione imbuendos accessit, quàm lapsos veterum Christianorum restituit mores. Neophytos autem ingenti labore

## 542 FRANCISCI XAVERII

labore ac patientia Christo partes ipse primū maxima assiduitate coluit: inde Sociis aliis, idoneisque hominibus, excolēdos tradidit. Socios porrò ipsos nulla in loca misit vnquam, nisi antè ab se lustrata. Quos vero mittebat, aduersus omnia incommoda salutaribus ac propriis armabat monitis, rudes imperitosque rerum edocens, quæ ipse longo vsu diuinoque instinctu didicerat. Et quoniam in iis, quæ dixi, præceptis vel maximè Francisci elucet prudentia, haud salubrior illorum hominum magistra, quàm aliorum; operæ pretium me facturum censui, si magnam expone-rem partem eius monitorum: quippe quæ non magis illum admirabilem, quàm nōs prouidos, facere queāt. Paulo igitur Goani collegij Reçtori constituto hæc præcepta

» discedens reliquit: Omnium primum te  
 » oro quæsoque, vt pro tua erga Deum cari-  
 » tate, obseruantiaque in Parentem no-  
 » strum Ignatium, Societatemque IESV  
 » vniuersam, Patres fratresque omnēs, siue  
 » ex Lusitania veniētes, siue tota India spar-  
 » sōs, benignè modesteque accipias, tractes-  
 » que. Equidem de Sociorum omnium vir-  
 » tute eam habeo opinionem, vt (quantum  
 » coniectare potui) nequaquam existimem  
 » eos egere Reçtore: tamen vt nec aliis desit  
 » obediēdi materia, & rectè atque ordine res  
 » admini-

*Opinio de  
 virtute So-  
 cietatis.*

administrētur, placet esse vnum aliquem, ,,  
 cui me absente obtemperent ceteri. Pro ,,  
 inde tua submissione, prudentia, sapientia ,,  
 que fretus, cunctis Sociis te præficiendum ,,  
 celsi, vt omnes qui extra Goam sunt è So ,,  
 cietate pareant tibi, quoad aliud statuatur. ,,  
 Antonius Gomes præerit Goano Colle ,,  
 gio, vestigalia exiger, atque in res necessa ,,  
 rias suo impendet arbitrio. Harum rerum ,,  
 summa ei à me potestas permissa: quocirca ,,  
 tuam auctoritatem neutiquam interpones. ,,  
 Si quid secus visum erit, cōsilio eum reges ,,  
 potius quàm imperio. Iterum te oro quæso-  
 que vehementer, vt, pro obedientia quam *Cura com-*  
 P. Ignatio debes, intentius caueas, ne qua *cordia.*  
 fortè res inter te & Antoniū Gomeſem serāt  
 discordiam; neu domesticis alienisue ma-  
 teriam aliquam præbeat sermonum: con-  
 traque omni ope tendas, vt perpetuò con-  
 cordibus rem geratis animis studiisque. Si  
 quando Socij Comorinenses, ceteri iue qui  
 in Christi vinea elaborant, rem aliquam  
 abs te petierint ad animorū salutem quo-  
 quo modo pertinentem, sedulo eis atque  
 impense curabis. Quoties verò ad mise-  
 ros illos maximis ærumnis oppressos das  
 literas, caue quicquam durius scribas, quod  
 offendere queat afflictos. Cæterum stre-  
 nue Dei causa laborantibus res necessarias  
 impigre benigneque submittes, maximè  
 verò

„ verò Comorinēſibus & Malacēſibus, qui  
 „ grauiſſimam ferentes crucem, portāt  
 „ *ſua* diei, & *ſua* ſtus. Itaq. eis non modò ani-  
 „ rum, ſed etiam corporum ſubſidia ad ani-  
 „ mos pertinentia enixè ſinul ac tempeſti-  
 „ uè ſubminiſtrabis. Quòd ſi quis eorum col-  
 „ ligendi cauſa Goam receperit ſe, haud ſe-  
 „ cus, quàm te illiſque dignum eſt, excipis  
 „ fouebisq̃ue. Idque ego tibi Dei & P. Igra-  
 „ tij nomine mado ac præcipio. Ad hæc om-  
 „ te, mi frater, vt quotidie in virtutibus præ-  
 „ cedas, atque omnibus omnium virtutum  
 „ exemplum ſis, vti adhuc fuiſti; crebroq̃ue  
 „ in Iaponiam literas des, quæ me ſigillatim  
 „ edoceant de tuis domeſticorumq̃ue ratio-  
 „ nibus, & ſcilicet de amore & concordia  
 „ inter te & Antonium Gomem, cateròs  
 „ que Socios, deq̃ue numero & facultatibus  
 „ vel humanis vel diuinis Patrum deinceps  
 „ aduectorum è Luſitania. Id omnino bis in  
 „ anno facies, Aprili mēſe, atque Septembri  
 „ Ac de ſingulis Patribus fratribusq̃ue tota  
 „ India ſparſis, quæ me ſcire velle arbitraris,  
 „ per domeſticum quempiam (vt alienus la-  
 „ bor tuum minuat laborem) perſcribenda  
 „ curabis. Quòd ſi quid erit arcani, id tu  
 „ ſubſcribes manu. Rogo te etiam atq̃ue  
 „ etiam, vti hæc præcepta tibi cordi ſint, ea  
 „ que ſingulis hebdomadis perlegas. & ſimil  
 „ vt mei memor aſſiduè pro me & ipſe de-  
 „ precent

præceris Deum, & tui studiosos ad depre-  
 candum accendas. Alia porrò præcepta P.  
 Gaspari Belgæ, Armuziam ituro, aliisque *Præcepta*  
 Patribus Indiæ cultoribus data. Præcipue *Gaspari da*  
 attende tibi, simul de cultu Dei tuaque sa-  
 lute sollicitus. Profectò enim duobus hisce  
 præfidiis fultus, & aliis plus opis afferes, &  
 ipse ad Christianæ humilitatis religionis  
 que ministeria eris paratior. Itaque Lusita-  
 norum liberos, & seruitia, ceterosque idio-  
 tas Christianis præceptis erudies: neque  
 hoc munus (quippe quod ad salutem ani-  
 morum, hominumque beneuolentiam, plu-  
 rimum habet momenti) committes alteri.  
 In valetudinario miseros subinde agros *Opera misero*  
 reuises, monitosque morbum ferè pœnam *vicordia.*  
 esse peccati, allicies ad conscientiam ex-  
 cutiendam, delictaque expianda. Inde eo-  
 rum confessionibus per otium auditis, cæ-  
 lesti refectos pane, valetudinarij Præfecto  
 commẽtari, necessariisque subsidiis iuari  
 oportebit. In custodias quoque itare con-  
 uenit ad uinctos, eosque hortari, vt totius  
 antè actæ vitæ confessionem instituant.  
 Ex eo enim hominum genere plerosque  
 inuenias, qui conceptas animi labes rite  
 expiauerint nunquam. Et omnes quidem  
 Sodalitio Misericordiæ commendabis, ne  
 qua cuiquam fiat iniuria; cæterùm egenti-  
 bus res insuper corrogabis ad victum ne-

» cellarias, vt miserorum subuenias ege-  
 » stati. Misericordiæ autem Sodalitati, qua-  
*Per externos*  
*elemosynæ*  
*diuidende*  
*pauperibus.*  
 tum in te erit, prospicies. Proinde si quan-  
 do incertorum dominorum pecunia resti-  
 tuenda sit, eam magnopere censeo illi So-  
 dalitati potissimum attribuas. Etsi enim  
 » non desunt egentes, quorum inopia rectè  
 » talibus subleuetur auxiliis; sæpe tamen  
 » mendicantium fraus aut infamia inquina-  
 » re hoc negotium solet. Quæ pestes quem-  
 » uis facilius quàm Misericordiæ sodales fal-  
 » lant, quorum prudentiam satis vsus erudi-  
 » uit ad præcauendum. Quocirca optimum  
 » factu est, rem omnem sodalibus permitte-  
 » re, qui egentibus notis spectatisque elec-  
 » mosynam illam pro portione dispartiant.  
 » Id adeò faciendum multis magnisque de  
 » causis. Primum, quia si per te ipse pecu-  
 » niam pauperibus diuidas, profectò multi  
 » abs te petant subsidia, maximè corporum;  
 » quod scilicet haudquaquam facient, si te  
 » animorum tantum difficultatibus subue-  
 » nire constabit. Deinde, vt suspiciones ru-  
 » moresque fugias eorum, qui illas tibi pec-  
 » unias egentibus diuidendas tradiderint.  
 » Namque (vt proni sunt hominum ad dete-  
 » riora credenda animi) verendum est, ne  
 » quam avaritiæ suspicionem præbeat exa-  
 » ctio pecuniæ: perinde quasi exactum ab eis  
 » argentum per speciem iuuandi pauperes,  
 moliã

moliaris in tuum vsum & commodum ,,  
 auertere. Itaque praestat id muneris in alios ,,  
 transferre, in quos nulla cadat suspicio. ,,  
 Quod si quando tamen res ipsa contra sua ,,  
 deat; sequi licebit maiorem Dei gloriam, ,,  
 maiusque animorum emolumentum. Et apud *Apud amicos*  
 eos, quibus-cum versaris, quamuis amicos *cos viuendam*  
 & familiares, ita semper te geres, vt si ali- *vt si*  
 quando futuri sint inimici. Haec cogitatio *futuri sine*  
 lasciuientem licentiam vitam facile cohibe- *inimici.*  
 bit, vt ne quid amicitia ac familiaritate ,,  
 prouectus offendas; simulque talis cautio ,,  
 illos in verecundiam adducet, sine vlla cau- ,,  
 sa amicitiam tibi renunciandi. Hec, inquam, ,,  
 cautio non alienam modò arcet improbi- ,,  
 tatem, sed nostram etiam pietatem fouet. ,,  
 Quippe si apud te sis, & magis fruaris Deo, ,,  
 & maiorem notitiam habeas tui. Nimirum ,,  
 ignoratio atque obliuio sui ipsius multa vi- ,,  
 tiorum monstra parit, quae amicos alienat, ,,  
 irritant inimicos, vt nostrorum haud igna- ,,  
 riorum, acrius in nos vehementiusque ,,  
 cooriantur. Aduersus Episcopi Vicarium *Reuerentia*  
 egregiam semper adhibebis reuerentiam *erga Vica-*  
 obedientiamque. Quocirca simul atque *rium Epif-*  
 oppidum, vbi is versatur, attigeris; pro- *copi.*  
 tinus eius genibus aduolutus de more of- ,,  
 culaberis manum. Inde petes vt tibi po- ,,  
 testatem faciat concionandi, audiendi ,,  
 confessiones, ceteraque pietatis munera ,,



30 obeundi. Nec vnquam te ab eo quantas  
 31 cunque offensio alienabit, sed accendet  
 32 potius ad illius pectus omni comitatis ge-  
 33 nere permulcendum; vt is aliquando pijs  
 34 meditationibus excultus, & commodior  
 35 fiat, & melior. Caterorum quoque Sacer-  
 36 dotum gratia captanda tuendaque, quo im-  
 37 penitius ipsi quoque ad salutare illas medi-  
 38 tationes pelliciantur. Oppidorum verò  
 39 Præfectis dicto audiens eris: cunctique ob-  
 40 sequio, & (quoad eius fieri poterit) fami-  
 41 liaritate eorum tibi deuincias animos. Ne-  
 42 que vlla de causa, quamuis iusta, in eorum  
 43 offensionem atque odium incurres. Si  
 44 quid sceleris illorum admiserit quispiam;  
 45 primum, opportuno sermone illato, amici-  
 46 comiter eue ei ostendes, magnum te cape-  
 47 re dolorem ex infamia, quæ eius dignita-  
 48 tem nomenque scedarit: tum pari comita-  
 49 te ac submissione ita expones rumores de  
 50 illo vulgatos, vt peccatum suum per se ipse  
 51 & agnoscat, & orrigat. Id autem tum fieri  
 52 oportet, cum spes lætæ prosperumque  
 53 spondet admonitionis euentum. Sin mi-  
 54 nus, omitti totum hoc negotium præstat,  
 55 quàm frustra nisi nec aliud, vt dicitur, la-  
 56 bo adò quàm odiū querere. Dominicis ac  
 57 festis diebus post meridiem seruis & ancil-  
 58 lis. i. e. que libertis ac liberis Lusitanorum,  
 59 tintinnabulo in sacram ædem conuocatis,  
 60 præ

*Admonen-  
 dorum Prin-  
 cipum ratio.*

præter fidei Christianæ capita, ratio quo-  
 que orandi tradetur, animæque curandæ.  
 Atque huius rationis vltus idiotis homini-  
 bus confessione expiatis pœnæ loco impo-  
 netur ad certum tēpus, vt paulatim assue-  
 factos salubris illa consuetudo deinceps se-  
 quatur. exploratum habeo multis eam rem  
 saluti fuisse. Eadem ratio in tabella perscri-  
 pra proponetur in templo, vt potestas de-  
 scribēdi sit iis, qui vti velint. Aliquid etiam  
 temporis atque operæ pacificatio inimi-  
 corum, dissidentiumque inter se reconci-  
 liatio, vindicabit. In controuertis litibuf-  
 que tollendis illud inculcandum, plerum-  
 que plus impensæ in lites fieri, quam quan-  
 titi id sit de quo litigatur. Video hoc officium  
 Iurisconsultis ac tabellionibus ingratum  
 atque inuitum fore. Quocirca isti præci-  
 pue captandi sunt, & appositis meditationi-  
 bus ad æquitatem conformandi. Nam si  
 rectè considerabimus, istos controuersia-  
 rum ac litium (quippe quæ in ipsorum ce-  
 dunt lucrum) architectos ac machina-  
 res esse reperiemus. Si quando incideris in  
 homines fraudibus, libidinibus, odis adeo  
 implicatos, vt non solum hincce vitis expe-  
 dit non laborent, verum necessaria res-  
 puant remedia; omni humanaque  
 ope annitendū erit, vt eorum animi, quam-  
 uis iam depositi, aliqua tandem ratione sa-

*Litium di-  
 rimendarū  
 modus.*

*Scleratos  
 homines cō-  
 uertendi ra-  
 tio.*

» nentur. Proinde illis, nisi planè infaniam  
 » amor & reuerentia quam Christo Deo  
 » Domino suo debeant, proponenda; mo-  
 » tis impendentis ac gehennæ incutiende  
 » metus. Si quos neque amor Dei, neque ti-  
 » mor, flectet; eos verò acerbissimis pœnis  
 » quas cœlestis ira ex improbis etiam in ha-  
 » vita expetit, territari oportebit. Itaque de  
 » nunciandi graues diuturnique morbi, dam-  
 » na & iacturæ rei familiaris, orbitas ac sol-  
 » tudo liberorum, coniugum probra, peri-  
 » cula tum maritima, tum terrestria, casus  
 » inopinati & atroces, atque alia generis  
 » eiusdem, quibus inueterata maximè sce-  
 » lera ac flagitia solitus est Deus vindicare  
 » Quippe multos videmus esse, quos multi-  
 » magis talium incommodorum timor mo-  
 » ueat, quàm cruciatuum æternorum. Vo-  
 » rum enim uero tam effusæ vecordix atque  
 » infanix causa, vel diuini nominis obliuio,  
 » vel ingens negligentia conscientix, vel  
 » cœlestis fidei tenuitas est, hominibus ut-  
 » que nequam & sceleratis: qui velut pecu-  
 » des rebus ijs quas oculis cernunt, quasque  
 » ante pedes habent, cuncta metiuntur, im-  
 » memores bonorum cœlestium, vltimique  
 » discriminis, in quo ipsorum æterna verti-  
 » tur fors, vtrum scilicet beati an miseri futu-  
 » turi sint in omnem æternitatem. Nonnul-  
 » los etiam interdum reperies in peccato-  
 » rum

*Causa obsti-  
 nationis in  
 sceleribus  
 ac flagitijs.*

rum hærentes cœno, qui tuam amicitiam  
 familiaritatemque captent, non vt è vitis  
 extrahantur suis, sed simul vt meritam ob-  
 iurgationē vitent, simul vt tua consuetudi-  
 ne ad opinionem cōmendentur probitatis.   
 Idcirco moneo, vt apud te sis: ac si quando  
 te isti homines ad cœnam aut prādium in-  
 nitent, doni sue colāt; videas ne tua libertas  
 deliniatur muneribus, quo minùs acriter  
 peccantes admoneat. Itaque ad prāndium  
 inuitatus non recusabis tu quidem; sed in-  
 uicem illos ad sacram inuitabis confessio-  
 nem. Quòd si animaduertes, te nihil omni-  
 no proficere, & prorsus ludere operam; se-  
 uerè denunciabis, nisi respiscant, illis iam  
 te amicitiam & consuetudinē renunciare.  
 Neque verò ego cùm quicquā à quoquam  
 accipi veto, parua ac rara munuscula intel-  
 ligo, qualia sunt poma, & alia eiusdem mo-  
 di, quæ remissa grauiter offendunt eos qui  
 miserūt; sed dona magna ac pretiosa, quæ si  
 accipias, capiaris. Si quādo magna vis missa  
 fuerit cibariorum, ea valetudinario, carce-  
 ri, ceterisq; egentibus diuidentur: vt omnes  
 intelligāt, istarum etiam rerum maximam  
 partem dispertiri pauperibus, tibi vix mini-  
 mam quādam particulā reseruari. Hæc be-  
 nignitas plus ad exemplum abstinentiæ va-  
 lebit, quàm taliū recusatio munerum, cùm  
 præsertim qui ea mittūt, sibi ducāt dedecori

*Concionato-  
ribus dona  
respicienda.*

*Imitatio ad  
prandium  
quatenus ac-  
cipienda.*

*cuiusmodi  
munera ac-  
cipi conue-  
niat.*

» nentur. Proinde illis, nisi planè infaniam,  
 » amor & reuerentia quam Christo Deo  
 » Domino suo debeant, proponenda; mo-  
 » tis impendentis ac gehennæ incutienda  
 » metus. Si quos neque amor Dei, neque ti-  
 » mor, flectet, eos verò acerbissimis pœnis,  
 » quas cœlestis ira ex improbis etiam in hac  
 » vita experit, territari oportebit. Itaque de-  
 » nunciâdi graues diurnique morbi, dam-  
 » na & iacturæ rei familiaris, orbitas ac soli-  
 » tudo liberorum, coniugum probra, peri-  
 » cula tum maritima, tum terrestria, casus  
 » inopinati & atroces, atque alia generis  
 » eiusdem, quibus inueterata maximè sce-  
 » lera ac flagitia solitus est Deus vindicare.  
 » Quippe multos videmus esse, quos multo  
 » magis talium incommodorum timor mo-  
 » ueat, quàm cruciatuum æternorum. Ve-  
 » rumenimvero tam effusè vecordiæ atque  
 » infanix causa, vel diuini nominis obliuio,  
 » vel ingens negligentia conscientix, vel  
 » cœlestis fidei tenuitas est, hominibus vir-  
 » que nequam & sceleratis: qui velut pec-  
 » des rebus ijs quas oculis cernunt, quasque  
 » ante pedes habent, cuncta metiuntur, im-  
 » memores bonorum cœlestium, vltimique  
 » discriminis, in quo ipsorum æterna verti-  
 » tur fors, vtrum scilicet beati an miseri fu-  
 » turi sint in omnem æternitatem. Nonnul-  
 » los etiam interdum reperies in peccato-  
 » rum

*Causæ obsti-  
 nationis in  
 sceleribus  
 ac flagitijs.*

rum hærentes cœno, qui tuam amicitiam  
 familiaritatemque captent, non vt è vitis  
 extrahantur suis, sed simul vt meritam ob-  
 iurgatione vitent, simul vt tua consuetudi-  
 ne ad opinionem cõmendentur probitatis. Idcirco moneo, vt apud te sis: ac si quando  
 te isti homines ad cœnam aut prædium in-  
 nitent, doni sue colât; videas ne tua libertas  
 deliniatur muneribus, quo minùs acriter  
 peccantes admoneat. Itaque ad prandium  
 inuitatus non recusabis tu quidem; sed in-  
 uicem illos ad sacram inuitabis confessio-  
 nem. Quòd si animaduertes, te nihil omni-  
 no proficere, & prorsus ludere operam; se-  
 uerè denunciabis, nisi resipiscant, illis iam  
 te amicitiam & consuetudinẽ renuciare.  
 Neque verò ego cùm quicquã à quoquam  
 accipi veto, parua ac rara munuscula intel-  
 ligo, qualia sunt poma, & alia eiusdem mo-  
 di, quæ remissa grauiter offendunt eos qui  
 miserût, sed dona magna ac pretiosa, quæ si  
 accipias, capiaris. Si quãdo magna vis missa  
 fuerit cibariorum, ea valetudinario, carce-  
 ri, ceterisq; egentibus diuidentur: vt omnes  
 intelligât, istarum etiam rerum maximam  
 partem dispertiri pauperibus, tibi vix mini-  
 mam quãdam particulã reseruari. Hæc be-  
 nignitas plus ad exemplum abstinẽtię va-  
 lebit, quàm taliũ recusatio munerum, cùm  
 presertim qui ea mittût, sibi ducât dedecori,

*Concionato-  
ribus dona  
respuenda.*

*Inuitatio ad  
prandium  
quatenus ac-  
cipienda.*

*Cuiusmodi  
munera ac-  
cipi conue-  
niat.*

*Corrigendi  
modus.*

domum remitti, quæ miserint. Iam prauos  
 cuiuspiam mores emendaturus, non prius  
 ,, manum admouebis, quam intimos eius  
 ,, perspexeris sensus. Itaque magnopere tibi  
 ,, suadeo, vt primùm odoraris, atque inuesti-  
 ,, ges, an is vitio aliquo aut mentis pertur-  
 ,, batione occupatus ab animi sui salute ab-  
 ,, horreat. Si æquo erit animo, & ad acci-  
 ,, piendam admonitionem parat; tum verò  
 ,, eum sedulò, quæ videbuntur, monebis. Sin  
 ,, autem ira aut quavis molestia perturba-  
 ,, tum senseris; super sedendum erit moni-  
 ,, toris officio, & affectus animus insinuatione  
 ,, quadam ac dulcedine orationis deli-  
 ,, niendus. Inde ad salutis suæ cogitationem  
 ,, curamque traduci eum oportebit, leuiori-  
 ,, bus initio tentando monitis: quæ si bellè  
 ,, processerint, grauioribus inde oppugnâdo.  
 ,, Ad vltimum, vbi eum in tuam redegeris  
 ,, ditionem, obnoxio ad arbitrium tuum le-  
 ,, ges impones, & quæcunque opus erunt,  
 ,, planè aperteque præscribes. Ac leuandæ  
 ,, molestiæ, iræ sedandæ, vnicum reme-  
 ,, dium est, angoris iracundiæ causam pru-  
 ,, denter extenuare eleuareque verbis. Si iras-  
 ,, tus sit, iniuriam imprudentiæ potius quam  
 ,, malevolentia attribuere; aut delictorum  
 ,, eius pœnas diuinitus expetitas dicere: ip-  
 ,, sum fortassè in parentes, propinquos, ami-  
 ,, cos, aut in alios innocentes commississe ali-  
 ,, quando

*Ira sedande,  
molestiæ  
leuandæ re-  
mediam.*

quando aliquid, pro quo nunc pœnas cœle-  
sti numini iustas ac debitas soluat. Hæc a-  
liaque eiusmodi, quæ ad-extinguendam va-  
lent iram, inculcanda sunt. Quod de ira  
præcepi, ad cæteros impotêtes animi mo-  
tus transferendum. Illud autem vrgebitur,  
etsi aliqua veri species, obiecta animum  
eius commouerit; tamen si colligat se, co-  
gitationemque ad ipsam referens verita-  
tem, res omnes consideret atque circum-  
spiciat intentiùs; profectò intellectuum,  
causam, quamobrem tãtopere moueatur,  
nullam esse. Ita demû hilari latoque vul-  
tu illam animi absterges molestiam: ac pro  
hominis cõditione, & propensione volun-  
tatis, quid facto opus sit, amice enixeque  
commonebis. Iam omni ope efficere nitê-  
ris, vt quos erudis ad pietatem, suas tibi  
tentationes, incurstantesque animum co-  
gitationes, aperiant. Hoc quippe ad virtu-  
tis absolutionẽ præcipuum præsidium est,  
rudibus in hoc genere pugnæ, aut non sa-  
tis peritis exercitatisque. Cæterum si fe-  
ueritas excludit fiduciam) fac:le illi, qui-  
bus à Satana oppugnentur modis, silentio  
supprimet, leuius rati dẽmonis insidias  
subire, quàm acerbitatem magist. i. Ita ne-  
cessario nũtũ præsidio, telisue acerrimi  
hostis expositi, vsque eò incessentur pre-

*Efficiendum,  
vt, quos ex-  
colis, uas ti-  
bi tentatio-  
nes aperiant.*

*Benignitas  
magistro ne-  
cessaria.*



» menturque, donec malis domiti faciât de-  
*Vitia corri-* ditionem. Si quos aut superbia, aut libidine,  
*gendi ratio.* aut alio quopiam vitio tentari senseris; op-  
 » timum erit, spatio ad cogitandum dato, in-  
 » bere ipsos remedia aduersus illa ipsa vitia  
 » excogitare. Quod vt succedat ex sententia,  
 » viam primùm aperies ad eiusmodi res in-  
 » ueniendas : deinde præcipies vt rationes  
 » exquirant, quibus ipsi in cohortationibus  
 » ægros, vinctos, aut alios à talibus deterreat  
 » vitiis. Ita medentes aliis ipsi medebuntur  
 » sibi. Quippe & illa aliis communicata pro-  
 » derunt, & ipsi sua spõte ad ea, quæ alij sua-  
 » dent, incitabuntur. Eadem regula etiam  
 » cæteris vsui esse potest, quos propter impe-  
 » dimentum aliquod non licet absolui. Sci-  
 » tum enim est ex iis percontari, si quem ab  
 » illiusmodi, quo vrgentur ipsi, vitio reuoca-  
 » re conarentur, quam tandem essent initu-  
 » ri rationem: ad vltimum suadere, vt id sibi  
 » consilij capiant, quod in tali re ac tempore  
*Modus adbi-* alteri forent daturi. Illud etiam videndum,  
*bendus in* vt in exercendis alumnis nostræ discipli-  
*exercenda* ne, virtutumque muneribus iniungendis,  
*virtute.* adhibeatur modus; & onera pro cuiusque  
 » imponantur viribus. Nam si maiora erunt  
 » quàm vt ferri commodè queant, non exci-  
 » tabunt virtutem, sed oppriment. Itaque illi  
 » fracti animo, ac debilitati, imponendum  
 » onus detrectabunt, impositum abijcient.

Et

Et quoniam Rex Lusitaniae pro sua munificencia iussit omnia nobis necessaria ubique suppeditari; eius potius quam alterius cuiusvis liberalitate utaris censeo. Nam profecto qui alienas res accipit, libertatem amittit suam: quippe cum beneficentia necessitatem imponat obsequendi beneficio; emptaque beneficio libertas adeo seruiat, ut etiam si quid audeat, eius verba longè minus habeant ponderis, quam haberent si sui esset iuris. Adde huc, quòd si quid ab illo, qui dedit, peccatum sit, liberè increpare haudquaquam valeas. Quod enim os tantum est, ut sustineat allatrare pascentem? 33

## CAPVT XIII.

*Præcepta Ioanni Brauio alijs  
que Socijs data.*

**V**BI mane è lectulo surrexeris, hanc tenebis regulam, ut minimum per semihorà aliquid è Christi vita mediteris; idque hoc ordine, ut initio ab eius ortu factò, deinceps cætera egregia eiusdem factinora, ad gloriosum vsque ascensum in cælum, sensim progrediens meditatio persequatur. Verùm singulis diebus singula attribuentur capita, eadem plane ratione, quam exercitiorum spiritualium libellus præscri-

556 FRANCISCI XAVERII

,, præscribit, vt singuli menses totam Christi  
 ,, Domini vitam meditâdo percurrant . Iam  
*Vota quorū  
die renouā  
da.*
 ,, tibi auctor sum quotidie sub meditatio-  
 ,, nem vota paupertatis, castitatis, obedien-  
 ,, tiæ renouandi, quo vix vllum est homini-  
 ,, bus Deo sacratis tutius contra Diaboli in-  
 ,, testinique hostis impetus munimentum.  
 ,, Quocirca antiquissimū habebis, quotidie  
 ,, salutaribus hūc armis munire pectus. Po-  
 ,, meridianis autem horis, post curatum cor-  
 ,, pus, tantūdem ferè temporis iteratio matu-  
 ,, tinæ meditationis absūmet, eāque pariter  
*Conscientiæ  
excutiendæ  
ratio.*
 ,, excipiet instauratione votorum . Nocturno  
 ,, porro tēpore post cœnam, priusquam cu-  
 ,, bitum eas, recipies te ad excutiendā con-  
 ,, scientiam: & facta, dicta, cogitata eius dici  
 ,, examinans, videbis ecqua in re Deū offen-  
 ,, deris hominē sue: idque perinde exequēris,  
*Emendati-  
onis cura.*
 ,, vt si esset mox secutura cōfessio . Tum de-  
 ,, lictorum omnium veniam à Deo petes, e-  
 ,, mendationē vitę ex animo tibi proponens.  
 ,, Denum precationibus solennibus Pater,  
 ,, & Ave, recitatis, paulisper rationem inibis  
 ,, corrigendi peccata illa quamprimum. Po-  
 ,, stridie igitur mane, inter surgendum ve-  
 ,, stisque induendis, recentia superioris diei  
 ,, delicta rediges tibi in memoriam: diuinā-  
 ,, que ope suppliciter implorata, ne quid co-  
 ,, die offendas, nominatim verò ne in noxas  
 ,, illas domesticas incurras, meditationem  
 aggre-

aggredieris eo, quem dixi, modo. Hoc  
idem quotidie facies. Si quid autem horum  
omiseris per incuriam, id verò tibi religio-  
ni ducēs, de more tuam culpam agnosces,  
prædicabisque apud sodales, quòd tibi præ-  
scripta neglexeris. Cæterùm omnibus in  
rebus, à quibus appetitum vitiosamque na-  
turam senseris abhorrere, strenuè te ipse  
vinces, haud ignarus nobis primam esse  
oportere Christianæ humilitatis curam.  
Nam sine demissione animi, germanaque  
humilitate, non tibi aliis prodesse poteris:  
non Deo ac superis carus eris: non dignus,  
quem Societas I. E. S. V. diutius ferat:  
utpote quæ elatos sui que iuris ac sententia  
homines concòquere haudquaquam  
valet. Proinde studebis sedulò & usque-  
quaque Præposito obtemperare, & quidem  
sine recusatione vlla, aut detrectatione;  
haud secus quàm si imperaret ipse Pater  
Ignatius. Tentationes diabolicas cuiusque  
generis eidem enunciabis, ut eius consilio  
auxilioque instructus, acerrimi hostis pe-  
titiones faciliùs declines atque propulses.  
Quippe submissio hostiles tètationes in-  
dultaque aperiens, haud minus opis impe-  
trat à Deo, quàm inicit gratiæ. Itaq. non so-  
lùm callidissimi hostis artes in prælens  
elulit, sed etiam vires conatusque frangit  
in posterum. Namque ille suas artes depre-  
hensum

*Sui vitio-  
ria.*

*Humilitas  
& obedi-  
tia vobis  
hominibus  
necessaria.*

*Tentationes  
aperiendæ.*

## 558 FRANCISCI XAVERII

» hensum iri cernens, paulatim cum spe vi-  
» ctoriæ amittit oppugnationis voluntatem.

Hæc Brauio Malacæ versanti, alia porrò  
aliis Cocinum petentibus monita data.

» Ante omnia, quantum erit in vobis, amo-

» rem conciliabitis ciuitati; præcipuè verò

» Cœnobarum, ac Sodalitatis B. Mariæ.

» Proinde dicta factaque fidem faciant, ni-

» hil esse vobis potius, quàm omnibus grati-

» ficari, & pietate tum ciues tum sodales il-

» los augere. Comitas in aduendis salutandi

*Comitas in  
salutando  
& aduendo.* causa sodalibus, haud ægre illorū vobis in

» vestris difficultatibus impetrabit auxilium.

» Si qua re ad pauperum inopiam subleuan-

» dam opus erit, ab eis potissimū petetis:

» sed ita, vt egentes edocti à vobis illos ag-

*Cum paupe-  
ribus que  
ratio tenen-  
da.* noscant benignitatis auctores. Hæc autem

» cum pauperibus tenebitur ratio, vt, cum

» suam ipsi vobis necessitatem corporis ex-

» ponent, vos inuicem eis, quam per se ipsi

» non cernunt, necessitatem exponatis ani-

» mi: curatisque eorum mentibus, tum de-

» mum corporibus, si quid opis poteritis, af-

*Nimia grā-  
uitas vitan-  
da.* feretis. In cōgressibus & colloquiis cauendū est, ne nimia quædam grauitas suspī-

» cionem præbeat reuerentiam exigētis ar-

» rogantiæ: sed potius facilitatem vultus præ-

» ferat, affabilitatemque sermonis. Præcipua

» cura erit, vt omnibus in rebus submissè vos

» ac modèstè geratis. Itaque etiam Sacerdoti-

tibus



560 FRANCISCI XAVERII

,, esse diuinum, quod bonis viris ac pijs de-  
 ,, feratur vltro, callidis & humana id arte  
 ,, querentibus negetur: ne scilicet humana  
 ,, paueritas Dei dona contemptui habeat,  
 ,, si fortè modestis iuxta & arrogatibus sup-  
 ,, petant. impenſè igitur rogitandus est Deus,  
 ,, prorsus vt vobis indicet atque aperiat im-  
 ,, pedimenta, quę diuinis conatibus (quo mi-  
 ,, nus sua per vos dona hominibus impertiat)  
 ,, per imprudentiam obijcitis, committentes  
 ,, vtiq; vt auctoritatem vobis abnuat, exi-  
 ,, stimationemq; ad id negotium necessa-  
 ,, riam: id enim uero summæ animi prouision-  
 ,, ne cauendum est. Itaque in examine consci-  
 ,, entia: intentiore cura speciatim exqui-  
 ,, retis, ecquid peccatum à vobis sit in con-  
 ,, cionando, in confessionibus audiendis, in  
 ,, congressibus & colloquiis. eritq; deinde  
 ,, vobis cordi vitia deprehensa corrigere, a-  
 ,, nimumq; noxiis affectibus repurgare.  
 ,, Nimirum quāt acunq; dec. sſio de vitiis,  
 ,, tanta fit cœlestium accessio donorum. Ac  
 ,, nolite mirari imitariq; eos qui nouas po-  
 ,, pulo placendi excogitant artes, popularem  
 ,, admirationem ac laudem aucupantes. Nam-  
 ,, que isti suæ potius quàm diuinæ glorię fer-  
 ,, uunt, de suis cōmodis magis solliciti, quàm  
 ,, de salute animorum. Quocirca illorum ra-  
 ,, tio sanè lubrica est, ac præceps: quippe quæ  
 ,, cæca cupiditate gloriæ elata iactationem  
 ,, habet

*In examine  
 conscientia:  
 in nostra of-  
 ficia ac mu-  
 nera inqui-  
 rendum.*

*Aura pora-  
 laris nullo  
 modo captā-  
 da.*

habet in populo inuisam Deo. Omni ope  
annitendum, vt hæc, quæ à me suggerun- *Meditata*  
tur, & meditando sentiatis ipsi, & exsequa- *exequenda.*  
mini sedulo. Proinde si qui huius generis  
sensus ac motus diuino instinctu in menti-  
bus vestris existent, eos memoriæ causa li-  
teris consignatos exprimeris identidem  
factis. ita meditata exsequendo, virtus ve-  
lut pabulo nutrita crescet. Nam quæ nobis  
talibus de rebus sancti viri scripta relique-  
runt, in iis mirum est quantum interfit in-  
ter gustum sensumque scriptoris, & scripta  
legentium, audientiumue. Res quippe ab  
eo meditata atque percepta, ingenia ipsi-  
met sanctitatis incitamenta, plerumque  
nostros animos haud sanè acriter stimu-  
lant. Quocirca magnopere vobis suadeo, *Meditata*  
vt sua quisque sensa animi ac pietatis diui- *recolenda.*  
nitus hausta literis custodire & impensè  
recolere ne grauemini. Quæ vt in dies au-  
geantur à Deo, quotidie vobis altius radi-  
ces agendæ sunt humilitatis. Quærendi *Fideles mo-*  
etiam fideles amici ac monitores, qui, si *nitores quæ-*  
quid à vobis in vestris peccatum erit mu- *rendi.*  
neribus, amicè vos liberèque admoneant:  
vt vestra vitia quæ vos ipsos fugiunt (in suis  
enim quisque vitiis hebetior est, quam in  
alienis) per alios cognita exuat. Hæc &  
his similia monita Fraciscus Xaverius par-  
tim Præpositis Societatis, partim aliis, da-  
bat.



562 FRANCISCI XAVERII  
 bat. Illa verò egregia quæ P. Gaspari Vi-  
 cario suo reliquit profecturus in Sinas. Cæ-  
 terùm ea nos, item vt alia (ne iteratio pa-  
 riat satietatem) de industria hîc omiffa re-  
 feruamus aliò. Quippe eadem præcepta va-  
 riis hominum generibus informandis ac-  
 commodata cùm sint, placuit in certa ca-  
 pita dirigere, vt sibi quisque sumeret,  
 quod ad se pertinere sentiret.

#### C A P V T X I V.

##### *Præpositos ac superiores Societatis quales requireret.*

**Q** V A L I S ipse Præpositus erat Socie-  
 tatis, tales requirebat ceteros. Super  
 omnia oportere aiebat, eis priorem sui  
 tuendi esse, quàm alios iuuandi, curam.  
 Neque enim alios curæ esse posse ei, qui sibi  
 ipse non est; neque aliorum commodis  
 seruire, qui negligeret sua. Quocirca nega-  
 bat, cuiusuis esse aliis imperare. Quippe  
 Præpositi personam ab hominibus vulgari-  
 bus, ac minùs perfectis, haudquaquam sus-  
 cipi ac sustineri sine ingenti ipsorum peri-  
 culo. Præpositos verò magnopere mone-  
 bat, ne finerent implicari se curis alienis,  
 maximè verò ciuilibus negotiis, vtpote  
 quæ impediunt propria ac domestica. *Nemo*  
*2. Tim. 2. enim militans Deo (ait Apostolus) implicat se*  
*negotio-*

*Sui ipsius  
 cura.*

*Non cuius-  
 nis est impe-  
 rare.*

*Negotia ci-  
 uilia fugiē-  
 da.*

*negotijs secularibus.* Proinde præcipua eis cura *Præpositis prima cura suorum.*  
 esset suo fungendi munere, & sibi cõmis-  
 sos custodiendi, iuuandique: in alienos au-  
 rem, quod suis excolendis superesset curæ  
 operæque, deriuarét, quò illam Christi ac-  
 commodabat sententiam; *Hæc oportuit face-* Matt. 23.  
*re, & illa non omittere.* Itaque præcipuum hoc  
 Gaspari Vicario suo præceptũ dedit: Prior  
 ac potior tui tibi cura sit, quàm eorum  
 quibus præes. *Nam qui sibi nequam est, cui bonus* Eccli. 14.  
*erit?* Tua, inquam, tibi domesticorũque sa-  
 lus antiquior sit, quàm alienorum: quia nos  
 ipsos, nobisq̃. creditos, potissimũ Deo præ-  
 stare debemus. Perindè enim errant, qui,  
 domesticis omissis, curam auertũt ad alie-  
 nos, vt qui Dei suiq̃. immemores, homi-  
 nũ oculis ac voluntatibus seruiũt. Quocirca  
 domesticorũ primũ, deinde, si vacabit,  
 aliorum saluti consules. Iuuandi verò ratio  
 vt maximè communis est, ita prodest plu-  
 rimum. Talia munia sunt concionum fre-  
 quætatio, explicatio Catechismi, confiten-  
 tiũ expiatio. Iam Præpositos submissione a-  
 nimi, moderatione, caritate, prudẽtia, haud  
 secus quàm potestate, præstare aliis vole-  
 bat; eorumq̃. quibus præesset, paternè &  
 imbecillitatè sustentare, & ærũnas ac mo-  
 lestias depellere: magnopereq̃. eis auctõr  
 erat, vt diligere se quàm metui mallèt; omniq̃.  
 ope niterentur, vt eis essent parètum loco.

## 564 FRANCISCI XAVERII

ita demum & ipsos admonitiones prospere  
 adhibebunt ad morum emendationem, &  
 illos omnia in bonam accepturos esse par-  
 tem. Itaque lenitate potius modestiaque in  
 regendo uterentur, quam auctoritate im-  
 perioque, ne gregem pascerent ut *dominan-*  
*tes in clericis*, quod Petrus Apostolus vetat.  
 Epist. 1. Hanc autem rationem precipue seruant  
 aduersus quietos atque demissos. Nam tur-  
 bulentos, arrogantes, immodicosque sui  
 Arrogantes  
 resumdendi. astimatores, acriter de suis arguendos er-  
 roribus, & seueritate, ac, si opus foret, ani-  
 maduersione coercendos, ut virga discipli-  
 nae ingeniorum pernicitatem domet. Quo  
 de genere Gaspari praecepit his verbis: Pa-  
 22 tribus fratribusque tuae curae commissis beni-  
 22 gnum te moderatumque prebe potius, quam  
 22 grauem ac seuerum: nisi forte quis tua be-  
 22 nignitate abutatur. tum enim, ut eius ratio-  
 22 nibus consulas, assumendum est aliquid se-  
 22 ueritatis. Proinde si quem arrogantem aut su-  
 22 perbiu effertis senseris; ex usu erit, uanos  
 22 eius spiritus grauius comprimere retundi-  
 22 que. Nimirum ut lapsis per imprudentiam  
 22 aut obliuionem ignoscere expedit; ita ne-  
 22 cessesse est comprimere & coercere, si quem  
 22 arrogantia retractantem fecerit, & contu-  
 22 macem. Neque vilo modo committen-  
 22 dum, ut quisquam in animum inducat, de-  
 22 mum insolentia pernicitatemque victum Re-  
 ctorem,

ctorem, ipsius indulgere peccatis. Quippe  
 non alia pernicies maior pernicacibus in-  
 genis accidere potest, quàm si ea timidè  
 indulgèterque tractans in vitiis contuma-  
 ciaque conuueas: quippe cùm talis remis-  
 sio maiores eis afferat spiritus, & spem faci-  
 at impunitatis licentiæque. Nolebat mo-  
 deratores superioresque Societatis in ho-  
 minibus ad suum cœtum sine delectu ag-  
 gregandis faciles nimium esse ac libera-  
 les; sed paucos è multis deligere, eosque  
 maximè idoneos: quòd longè plus roboris  
 fit in delecta virorum manu, quàm in infi-  
 nita hominum turba. Tales vtiq; esse deli-  
 gendos, qui ad Societatis institutum nati  
 factique viderentur: quorum scilicet virtu-  
 te confidere liceret, tum domi, tum foris.  
 Quos verò difficultas aut necessitas aliqua  
 magis quàm pietas, diuiniq; obsequij cu-  
 pido, ad Societatem cōpelleret; his haud-  
 quaquam patère debere Societatem. At-  
 que hoc adèd imbiberat animo, vt famu-  
 los mercede aut alia ratione cōductos ha-  
 beri præoptaret, quàm ad Societatem ho-  
 mines minùs aptos, ob domesticorum  
 munerum necessitatem, aggregari. Quo-  
 circa Gaspari ita præcipit: Noli facile ac  
 sine delectu multos in Societatem adscif-  
 cere, sed paucos, & maximè idoneos.  
 Namque & Societatis ratio id postulat, &

*Delectus ha-  
 benus eorū  
 qui asciscū-  
 tur in Socie-  
 tatem.*

*Minùs apti  
 nulla de cau-  
 sa accipien-  
 di.*

» maiori vſui ſunt pauci egregij, quàm mille  
 » vulgares. Itaque imbecillos, inertes, abie-  
 » ctæque virtutis homines reijcies, velut  
 » alienos à Societate, expetete viros nauos,  
 » generoſos, eximiaque virtute præditos, qui  
 » magna efficiẽtes tamen cõtentĩ ſint par-  
 uo. Quos verò animi ac virtutis indoles  
 adeò commendaffet, vt apti ad Societatem  
 cenſerentur, eos diu ac multum exerceri  
 volebat, probarique; donec illorum virtus  
 multis ac magnis experimentis ſpectata  
 foret ſatis. Spectari autem virtutem iube-  
 bat ex ſui iplius victoria, & turbulentorum  
 animi motuum cupiditatumque ſedatione  
 magis, quàm ex ſpecie quadam pietatis, la-  
 crymis, ſuſpiriis, acricque corporis vexatio-  
 ne. Proinde ita præcipiebat *mortificari mem-  
 bra que ſunt ſuper terram*, vt ea mortificatio  
 ad exuẽtum veterem hominem, nouum-  
 que induendum, referretur. Et in hoc ge-  
 nere hunc præſcribebat modum, vt ne  
 nouis inuentis indulgẽdo, ipſa rei inſolen-  
 tia oculos animosque hominum offende-  
 ret. Qua de re Gaſpãri præcipit in hunc  
 » modum: Quos ad Societatem aggregaue-  
 » ris, in impotentibus animi motibus cupi-  
 » ditateſque edomandis magis exercẽas  
 » cenſeo, quàm in corporis afflictationibus,  
 » nouis que eius generis inuentis. Quòd ſi ad  
 » coërcendos interiores animorum impe-  
 tus

*Virtus ad-  
 ſciſcendorum  
 quomodo  
 ſpectanda.*

*Mortifica-  
 tionum mo-  
 dus.*

us externa aliqua admoueat mortifica-  
 tio, talis vtique fit, quæ non irrisionem,  
 sed approbationem moueat intuentium;  
 veluti assiduitas ministrandi in Valetudi-  
 narijs, stipsis Eleemosynæque ad victo-  
 rum inopiam sustentandam corrogatio, at-  
 que alia generis eiusdem. Magnóque non-  
 nullis ad humilitatem adiumento est, su-  
 perioris vitæ ante initam Societatem actæ  
 conditionem, munia, occupationes, aliá-  
 que eiusmodi quæ ad submissionem va-  
 leant, interdum socijs audiētibz enuncia-  
 re. Verùm in hoc genere personarum ra-  
 tio habenda, videndumque diligenter quid  
 cuiusque cōditio ac virtus ferat. Quæ cau-  
 tio nisi adhibeatur, plus damni fiat quàm  
 lucri. Assuefaciendos quoque tyrones cen-  
 sebat, seipso Rectoꝝ indicare, tenta-  
 tionésque omnes, propensiones, motus,  
 sensus etiam pietatis, diuina solatia, pœnas  
 voluntarias aperire: quo scilicet artes om-  
 nes hostis ibi maximè insidiantis, vbi mi-  
 nimè fraus timetur, à peritis talium rerum  
 patefactas eluderent; & si quid fortè aber-  
 rant, ab iisdem in rectam reducerentur  
 viam. Præpositorum verò summam in eo  
 requirebat cautionem, vt ne temere quos-  
 libet initiatos vellent sacris; sed viros tan-  
 tum fide ac virtute diu spectata, prudentiá-  
 que, & doctrina salté mediocri. Hisce enim

*Non quili-  
 bet initiandi  
 sacris.*

præfidijs Societatis Sacerdotes, vt ex instituto viuant, sine magno periculo carere non posse. Quocirca ita Gasparem monet;

- » Sacerdotio aptum idoneumque neminem
- » iudicabis, quem non doctrina ac virtus diu
- » multumque spectata cōmendet. Societas
- » quippe, ad sui instituti ministeria obeunda,
- » probata virtute doctrinaque expetit Sa-
- » cerdotes. Id ad eò vsus ac res ipsa docuit:
- » qui enim tales non fuerunt, eos detrimen-
- » to potiùs quàm adiumento scimus Socie-

*Absentium  
maximè va-  
rio habenda.*

tati fuisse. Ante omnes, absentium & procul à cœtu fratrum in vinea Domini defudantium commodis præcipuè consultum volebat: quippe cùm illi demum operarij (vt ipse solitus erat dicere) *portarent pondus diei & æstus*. Itaque eorum necessitates vel corporum vel animorum cognoscendas simul & subleuandas sedulo dicebat. E re quoque esse, viros bonos illinc aduenientes, quemadmodum se illi gerant, rogitari: ipsis autem per literas identidem adhiberi solatia: nec quidquam scribi asperius, quod aut molestiam, aut desperationem operis exsequendi, afferre queat. Satis eos ærumnarum ibi sustinere, vt tēperandum sit seueritate, ne afflictio addatur afflictis. Ceterum eos crebrò mutari (nisi fortè necessitas cogeret) vetabat, maximè à moderatioribus nondum satis gnaris locorum, nationum,

*Crebra Societatum mutatio fugienda.*

num, negotiorumque, in quibus illi versarentur. Periculū enim esse, ne frugifera ac salubria opera disturbarēt mutatio cultoris.

Rectoribus porro ac P̄epositis antiquissimum volebat esse, vt bonus vbiq̄ue Societatis diffunderetur odor; omnisque offensus & scandalum omni ope fugeretur, vel cum detrimento rei familiaris. *Melius utique esse bonum nomen quā diuitias multas.* *Scandalum omni ope vitandum.* Prou, 22.

Quamobrem magnopere eos monebat, vt virtutum magis quā domorum aedificiis dediti, aedificationem aedium non ad elegantiam referrent, sed ad necessitatem commoditatemque habitationis. *Domorum aedificia.*

Si quid esset in bonis ac fortunis quod facefferet negotium, velut vectigalium pecuniaeque debitae exactio, id munus, haud minū inuidiosum quā necessarium, cōducto procuratori potius quā domestico demāderent. Impensē verō P̄epositis Societatis orabat, vt aliarum Familiarum Religionumque moderatores, religiososque viros omnes ac Sacerdotes, conciliarent sibi, & cum eis quā concordissime amicissimēque viuerent. Proinde ad eos interdum irent salutatum, seu beneuolentiae conciliandae tuendaeque gratiā, seu concordiae coniunctionisque declarandae.



## CAPVT XV.

*Quales esse optaret homines  
è Societate.*

SOCIETATIS homines expetebat demissos, obedientes, moderatos, & omnibus in rebus, à quibus vitiosa abhorret natura, victores sui. Sine his quippe virtutibus neminem è Societate, nec Deo carum acceptumque, nec sibi aut aliis vtilem fore, nec æquo quietoque animo in Societate victurum. Proinde omnes in sui ipsius cognitione multum ac diu versari oportere, & fibris euulsis cupiditatum, veræ humilitatis ac virtutis radices altius agere. Nâque vt qui ex acerbissima Christi morte & cruciatibus dolore ardeat, facilè talem dolorem inurat aliis; ita qui nimios animi sui motus domitos habeat compressosque, haud sanè difficulter eosdem in aliis quoque regere & coercere posse. Neminem verò aiebat hoc nomine multum sibi tribuere debere, quod iam diu esset in Societate: neque enim temporis diuturnitate, sed magnitudine virtutis, Sociorum metiendam esse dignitatem. Quippe cum sui pudere magis quàm sibi placere par foret eos, qui tamdiu versati in schola virtutis, tam paruos in virtute progressus haberent,

*Nemo sibi  
nimium de-  
bet sumere,  
quòd diu  
fuerit in So-  
cietate.*

berent, *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes*. Iam vetabat hominum de se opinionem intueri, ne fortè fallax illa rerum facies superbiam elationemque páreret, certissimã pestem ac venenum Societatis. Cõtrãque auertere animos iubebat ad suã cognitionem imbecillitatis, præcipuè verò ad salutarem illam cogitationem, quantum tandem inter humana iudicia interfuit & diuina, atque inibi fundamenta iácere humilitatis suã. Nam qui intentiùs consideret, quanto secus de hominibus Deus scrutator cordiũ iudicet, quàm homines actionum spectatores, profectò coram Deo quàm maximè demissurum se, humanãque laudes, quippe tam longè abhorretes à vero, pro crucibus irrisionibusque subiturum. Neque tamen cõmittendum esse vt nostrẽ nobis infirmitatis conscij in Christi militia obsequioque cadamus animis: sed potiùs id agendum, vt quàm nostris diffusi viribus, tam freti diuinis, ingètes prorsus animos capiamus, egrègiam numini operam ipso iuuante nauatur. Hanc verò perfectè virtutis consequendẽ ostendebat viã, vt sui cuique prima esset cura, & suam quisque conscientiam bis in die ( si fieri posset) certè semel excuteret; summa vi tendès, vt vitia in se ipso deprehensa prorsus corrigeret: antiquissimam  
insuper

2. Tim. 3.  
*Opinio hominum de nobis contemnenda.*

*Sui cognitio fundamentum humilitatis.*

*Dei fiducia.*

*Rerum di-  
uinarum  
meditatio  
cōmendatur.*

insuper haberet quotidianam rerum diuinarum meditationem ; nullumque diem sine tali mentis pabulo fineret præterire. Et meditationem versari atque hære in vita, cruciatibus, ac nece Christi Domini volebat, utpote materia absolutæ virtutis, propriaque Societatis IESV. Auctor etiam erat, sub meditationem contra Satanæ impetus atque insidias vora renouandi quotidie, tentationesque omnes Diaboli, & virtutum studia, non tantum vitiosas affectiones enunciandi Confessariis, Præpositis, spiritualibusque viris, qui eos consilio possent aut auxilio iuuare. Eam quippe vim esse demissionis huius, ut non modò plus lucis opisque diuinæ impetret ad pugnam, verumetiam importunissimos ludificetur hostes, qui suas insidias patefactas, petitiones depulsas, consilia fracta intuentes, profectò segniores fiunt ad oppugnandum; demumque victi discedunt ab iis, à quibus victores antè discesserant. Obedientiam verò requirebat cæcam ; ut suo iudicio atque opinione omiſsa, omnibus in rebus (diuina scilicet lege salua) sine retractatione aut cunctatione parerent ; ne optata odiose importunèque efflagitarent à Rectoribus, aut eorundem imperium arte quadam ad suam detorqueret cupiditatem, sed vltro suam quisque sententiã dirigeret

*Obedientia  
qualis esse  
debeat.*

ret ad illorum volūtatis interpretationem; seque totos hominum Dei personam gerentium arbitrio permetterent, traderentque, rati omnibus in rebus præcipiendis eam illis mentem diuinitus datum iri, quæ plus & Deo honoris, & ipsis cōmodi, esset paritura. Nam qui secus facerent, sæpe in magnas molestias, perturbationes, miseriaeque incidere dicebat. quæ mala homines pernicioso errore excæcati existimarent à Domini cruce obedientiaque nasci, cum nascerentur ex praua ipsorum voluntate ac iudicio. Quamobrem semper parere mallent, quàm imperare: cum præsertim regi ab alio, tutum sit; seipsum regere, periculosum. Vt enim interdum rectè sibi quis imperet, certè cæco sui quæque amore deceptū sapius errare. Præcipiebat etiam, ut si quando in humilibus abiectisque versarentur ministeriis, impensè enixæque ea exsequerentur, & quàm maximum ex iis humilitatis caperent fructum; nihilque eo tempore gratius & acceptius Deo, cuius nomine illud imperaretur, ab se fieri posse crederent, memores minora munia rudimenta esse maiorum: segnem in infimis animum non solere in summis excellere; contraque alacrem in paruis, facilè in magnis quoque vigere. Namque ut Christus ait: *Qui fidelis est in minimo, etiam in maximo.* Luc. 16.

*Humilia  
munia ani-  
plectenda.*

Illud

*Locus assignatus non deserendus.*

Illud porrò sapienter monebat, ne, tamen uberioris spes fructus aliò eos vocaret, locum sibi à Præposito assignatum desererent negligenter. Haud dubiam enim esse fraudem inferni hostis, futurum atque incertum alieni loci fructum ostentantis, ut nos à præsentis certoque fructu destinatae abducatur regionis: quo videlicet ancipiti distractos cura ludificetur, inanesque dimittat: quippe cum neque agrum alienum à quo absis, neque tuum à quo abhorreas, ambiguus colere animus queat. Salutare hoc præceptum trita illa firmabat Apostoli voce: *Dum tempus habemus, operemur bonum.*

Gal. 10.

*Honos maiorum virtute vanus.*

Quocirca cōfidere eos iubebat, si Deo cordi foret quod expeterent, iniecturū utique illum hanc mentem Rectori, ut ipsos mitteret, quò magis è re foret diuina. Verùm enimvero errare grauitè aiebat eos, qui vellent in honore haberi propter virtutes & facta egregia maiorum suorum, à quibus ipsi degenerassent. Similiter enim istos facere, ut qui alienis ornati vestibus, honorem ac diuitiarum opinionem aucupètur. Nimirum satius esse ipsidem insistèrem vestigiis, maiorum virtutem ac decus amulari, quàm ab eis degenerantem aliena bona ostentare pro suis. Ceterùm illud non sapientius monitum quàm salubrius. Præcipiebat domesticis in umbratili adhuc disciplina

plina versantibus, ne ante tempus in aciem ac pugnam exire gestirent; néue nimium suis confiderent viribus, cernentes iamdiu se grauiore noxa vacare: vtique cum saepe tyronum salutem non tam virtus quam ipse tutetur locus, facile arcés hostiles impetus, illecebrásque peccandi. Proinde dum ponerent tyrocinium, impensè pectus solida munirent virtute, vt tutò deinde inter hostium tela versarentur.

*Non ante tē-  
pus exeundū  
ad alios iu-  
uandos.*

## CAPVT XVI.

*Concionatores Societatis qua-  
les expeteret.*

SOCIETATIS concionatores identi- *cōcionatores*  
dem admonebat, ne seipfos prædica- *non se sed*  
rent, sed Christum crucifixum; hoc est, ne *Christum*  
subtilibus quæstionibus disputationibusque *prædicare*  
à vulgi sensu atque intelligentia abhor- *debent.*  
rentibus tractandis, doctrinam suam atque  
ingenium ostentarent, popularem auram  
plausumque captantes: verum eorum ser-  
mones plerumque in rebus versarentur  
moralibus, planis, & ad vulgi captum ac-  
commodatis; quæ scilicet modestè, piè,  
prudenterque explicatæ, haud parum vale-  
rent ad sanandas hominum mentes. Ita-  
que hoc haberent propositum, vt scèditas  
peccatorum, diuinæque iniuriæ grauitas,  
cum

cum cælestibus obiecta minis, auditores ad dolorem ac pœnitentiã compellerent, Sed operæ præcium est ipsum Gaspari præ-

*Præcipuum  
Concionato-  
ris munus.*

cipientem audire. Concionatoris præcipuum munus est, inquit, Auditori delictorum suorum quàm maximũ inurere dolorem, &, certissimis sempiternisq. inferorum suppliciis ante oculos propositis, eum à sceleribus ac flagitijs deterrere: Satanæ quoque artes atque insidias aperire: ea demum pro concione ferere, quæ vulgi quoque imperiti intelligentia potius quàm admiratio excipiat. Quocirca in concionibus

*Sacræ scri-  
pturæ testi-  
monia non  
frequentan-  
da.*

*Motus audi-  
torum.*

nec sacrarũ literarum testimonia nimium frequentanda sunt, nec dubia & inter Doctores controuersa tractanda; sed certa, perspicua, & ad mores corrigendos fingédosque accommodata. Proinde crebræ vitiorum reprehensiones, graues de iniuriis Christo Domino illatis querimonias, acres cælestium irarum minæ, aeternorumque suppliciorum, quæ facinorosos atque improbos homines apud inferos manent; imminentes mortis (quæ sæpe ex improviso homines nec opinantes occupat) terrores. Certa etiam capita proponuntur per colloquium, siue hominis respicietis cum Deo, siue irati Dei cum homine scelerato. Summa verò vi tendendum est, vt auditorem animi, ad motus dicendi facibus, oculos aliquando

quando aperiant ad agnoscenda conscien- »  
 tia vulnera, sacramentorumque remediis »  
 curanda. ita demum vtilis erunt frugife- »  
 reque conciones. Verum cauendum cili- *Nemo no-*  
 ginger, ne quenquam, neque praesentium *minatim in-*  
 neque absentium, maxime vero Praepo- *crepandus.*  
 sitorum ac Magistratum, nominatim incre- »  
 pet aut compellet pro concione inconsul- »  
 ta vox. Nam si quid ab eis peccatum erit, »  
 tutius ac certius secreta prudensque ad- »  
 monitio domi quemque suae, aut in confes- »  
 sione, curabit. Quippe publica obiurgatio »  
 lubricum est periculosumque negotium; »  
 adeo exasperatur homines palam increpi- »  
 ti magis quam corriguntur: Praepositi pre- »  
 cipue, quorum auctoritas reprehensione »  
 apud populares haud dubie obteritur. Et »  
 quoniam magni honores magnos animos »  
 faciunt, minimeque patientes monitionis; »  
 si quando illorum quispiam sine arbitris mo- *Principum*  
 nendus erit, hic tenebitur admonitionis *admonendo-*  
 modus, ut pro familiaritate grauior aut le- *rum modus.*  
 uior adhibeatur. Nam quae in familiaribus »  
 libertas est, in alienis licentia videri solet. »  
 Ipsam quoque reprehensionis seueritatem »  
 hilaritas vultus mitigabit, comitatusque ver- »  
 borum. Quocirca remoueatur oris ac vul- »  
 tus truculentia, omnisque acerbitas oratio- »  
 nis: interponantur tempestiui complexus »  
 ( si persona illius ferat ) crebraque demis- »  
 sionis



» sionis indicia, quo scilicet hisce ille rebus  
 » delinitus, & quiore animo salubre admoni-  
 » tionis medicamentum hauriat. Namque si  
 » ad ipsam reprehensionis amaritiam acces-  
 » serit acerbitas reprehensionis; profectò in-  
 » genti spiritu homines rei insolentià stoma-  
 » chates, verborum salubritatem aspernen-  
 » tur ac respuant; ad hæc obseruantiam erga  
 » nos vniuersam abiciant, repete amore in  
 » odium verso. Hæc autem de principibus vi-  
 » ris accipi volo, de que his qui sunt cum im-

*Crebritas  
 concionum.*

perio ac potestate. Conciones autem quam  
 creberrimas expetebat, ratus ex communi  
 hoc bono multa ac magna bona priuata  
 manare. Proinde nec concionem temere  
 omitti sinebat, nec concionatores alienis  
 implicari curis. Qua de re, simulque de  
 concionatoris solertia, diuinitus P. Gaspa-  
 » ri præcipit. Nunquam, inquit, publico bono  
 » priuatum antepones. Quare nec audienda-  
 » rum confessionum causa omittetur cõcio:  
 » nec puerorum idiotarũque institutio priua-  
 » tis pietatis muneribus postferetur. Si igno-  
 » tum in oppidũ veneris, prima cura erit ex  
 » probate virtutis ac fidei viris cognoscere  
 » oppidanorum incolarũque vitia, & negotia  
 » iniquè cõtracta; in que scilicet certo impe-  
 » tu conciones incurrat. vt per confessiones  
 » deinde pestes illę acribus admonitionibus  
 » profligentur. Caput quippe est ad homines  
 iuuan-

*Concionato-  
 ris solertia  
 in populi vi-  
 tiis ac mori-  
 bus cognos-  
 cendis.*

iuuãdos, gentis vniuerſe ingenium ac mo-  
 res noſſe, &, quoad liceat, ſingulorũ mor-  
 bos animorum: qui diſſideant inter ſe, qui  
 inimicitias gerãt; quę fraudes, quę iudicio-  
 rum iniquitas, quę perfidia teſtium, quę lu-  
 dicum corruptelã. Itaque ex viris prudẽti-  
 bus ac peritis & hæc percontanda ſunt, &  
 ſimul exquirendum, qua tandem inſiſtere  
 oporteat via, ad illorum mores mentesque  
 ſanandas. Ad hæc omni ope conſtitẽtes pel-  
 licies ad ſuum tibi peccus aperiẽdum; nec  
 alia magis ratione eorum, quibuſcum ver-  
 ſeris, ſaluti conſules, quã ſi eorundẽ ſen-  
 ſus, mores, honeſtẽque vitæ impedimenta  
 perſpexeris. Præcipuũ vtique hoc ſtudium  
 eſſe debet humanæ ſaluti ſtudentium: hoc  
 demum eſt viuos lectitare libros, docẽtes *Libri viuũ*  
 quæ in mortuis libris nequaquam reperias.  
 Neque enim ſemper ab iſtis tradita æquẽ  
 vſui eſſe ſolent, atque illa quæ traduntur a  
 viuis, qui iſdem in negotiis ipſimet in præ-  
 ſentia verſãtur. Hi profeccò libri facilẽ nos  
 doceant, & cautẽ agẽdi cum hominibus, &  
 vtiliter ad populum concionandi pruden-  
 tiam. Nec verò hæc ita dico, vt ſanctorum  
 eruditorumque virorum monumenta legi  
 interdum nolim; ſed vt moneã ex illis ſen-  
 tentias petendas eſſe, quibus vitiorũ reme-  
 dia ex viuis deprompti libris comprobentur:  
 quippe cum ad fidem faciendam tum

» exempla vocésque sanctorum hominum,  
 » tum sacrarum literarum testimonia, pluri-  
*Vultus hila-* mum habeant momenti . In congressibus  
*ritas.* porro & colloquiis vultus hilaritas facili-  
 » talque potius quam tristitia ac feueritas  
 » emineat . Nam si mœstitiã & nimiam  
 » quandã præ te feras grauitatem , multi  
 » profectò tui oris specie deterriti , à tua  
 » consuetudine refugiãt ; parata lupis præda,  
 » quia absterruit pastor . Nimirũ in fomicu-  
 » lis Adæ trahi oportet homines, quos comi-  
 » tas allicit, grauitas terret. Proinde fatius est  
 » dare operam , vt omnibus benignum te  
 » præbeas, & affabilem . Reprehensionem uti-  
 » que benignã fiat, & molliantur spiritu le-  
 » nitatis: caueaturque intentius, ne qua mo-  
 » rum asperitas nostram cõsuetudinem mo-  
*Vera humi-* lestam odiosãque faciat . Concionatores  
*litas.* porro demissè & de seipsis sentire , & pro  
 » suggestu se gerere iubebat , vt submissio-  
 » nem animi vultus & oratio ipsa faciliè de-  
 » clararet . Quicquid boni diceret, facerent-  
 » ue, Deo tribueret, bonorum omnium au-  
 » ctori; quicquid vitij incideret, aut mali, af-  
 » signantes sibi . Oportere quippe aiebat, eos  
 » in suas subinde inquirere conciones , vt si  
 » quid in concionando deliquissent, diuinã-  
 » que gloriæ aut populi offecissent commo-  
 » dis , veniam identidem peterent à Deo .  
 » In talium enim vitiorum emendatione vel  
 » maximè

maximè sacrarum concionum constare fructum. Quo in genere extat præclarum eius præceptum ad Gasparem Vicarium suum, eundemque concionatorem egregium. Ad Christianam, inquit, humilitatem comparandam, cum in cæteris, tum verò in concionandi munere caput est, Deo bonorù omnium fonti, quicquid inde fluat boni, acceptum referre. Namque ille profectò pietatis sensum & populo ad audiendum Dei verbum præbet, & tibi ad prædicandum. Idipsum autem memento accepisse te non tam tuo merito, quàm deprecatione Societatis, diuina Sociis donatidentidem exposcentis. Et simul memor, quicquid pro concione recti piique exprompseris, nequaquam esse tuum, sed ore tuo loquentis Dei, sollicitè ac sedulò diuinum talentum exerce, cuius aliquàdo rediturus es rationem. Nec quicquam tibi tribue, præter delicta, socordiam, elationem, ingratumque animum in Deum, in populum, in Socios, quorum preces id tibi donum diuinitus impetrarunt. Itaque simpliciter etiam atque etiam à Deo petes, planè vt tibi ostendat, quibus nam rebus diuinos impediatis conatus, quominus per te perficiat quæ velit, tua negotiis maioribus obstante nequitia. Ita demum submittes te ex animo coram scrutante corda & renes

» Deo, impensè sollicitus, ne in concionibus  
 » cōgressibúsue cuiusquam animum offen-  
 » das. Hæc meditatio nutritrix est veræ germa-  
 » næque submissionis . Cognitio quippe sui  
 » ipsius, hoc est, imbecillitatis nequitiaque  
 » suæ notitia intimo concepta animo, Chri-  
 » stianam humilitatem ac virtutem parit,  
 » alit, augetque . Illud enimvero meminisse  
 » te velim, ac sæpius animo reputare, multos  
 » concionatores apud inferos cruciari, qui  
 » plus habuerint vel copiam vel lepôris in di-  
 » cendo, quàm tu; pluresque à scelerata fla-  
 » gitiosaque vita ad honestam piàmque tra-  
 » duxerint . Et, quod monstri simile est, cum  
 » plurimis saluti fuerint, ipsi tamen miser-  
 » rimè periere . Cur ita? nempe ob eam  
 » maximè causam, quia ab elatione & ar-  
 » rogantia insolentes, diuina dona non Deo  
 » retulerunt accepta, sed vindicarunt sibi.  
 » Quocirca humanæ auidos laudis, vanaque  
 » sui opinione inflatos, insana gloriæ cu-  
 » pido præcipitem in locum prouexit, vnde  
 » in exitium ruerent sempiternum . Proin-  
 » de se quisque colligat, suisque consulat  
 » rationibus . Nam si res attentius confide-  
 » rabimus, facilè intelligemus, nihil om-  
 » nino in nobis esse, in quo gloriemur, nisi  
 » fortè ex nostra infirmitate ac delictis pe-  
 » tamus gloriam . Hæc enim domi nostræ  
 » nascuntur, hæc videlicet nostræ sunt. Nam  
 rectè

*Humilitatis  
inicia.*

*Superbiarè-  
mediū præ-  
sentissimū.*

rectè factorum culpa si qua est, penes nos est; decus penes Deum, qui per nostram imbecillitatem interdum boni aliquid efficit, abiectis hominibus ad egregia vtens opera; simul vt infinitam vim bonitatè inque declaret suam; simul vt nostram retundat comprimatque arrogantiam. Itaque caue Socios ac fratres præ te contemnas, quasi plus quàm illorum laboris que sustineas. Quin potiùs sic in animum inducas tuum, piis eorum precibus diuinam flecti benignitatem, vt maiores tibi vires suggerat ad munus tuum rite obeundum. Ita plus te illis debere, quàm illos tibi. Hæc profectò cogitatio non modò elationem premet, ne quem omnino despicias, sed etiam accendet caritatem, vt omnes paterno complectaris amore. Magnopere autem suadebat concionatoribus, vt amicos aliquos pararent sibi, siue domesticos, siue alienos, viros prudentes ac pios, à quibus de suarum concionum vitiis liberè admoniti, ea & agnoscerent faciliùs, & corrigerent. Orationi præcipuè dederent se, meditationique rerum pro concione exponendarum: summaque vi niterentur proponenda aliis ipsi prægustare animo, prorsusque eorum vim intimis percipere sensibus. Magnum quippe interuallum esse inter vibrantem

*Monitores  
concionato-  
ris.*

*Meditatio  
rerum expo-  
nendarum.*

584 FRANCISCI XAVERII  
 animi viribus ineditata, & segniter ex me-  
 moria conquisita prominentem. Ceterum  
 volebat ut facta dictis fidem facerent, mu-  
 niaque pietatis ac misericordiae cōcionem  
 sequerentur. Proinde agris in Valetudi-  
 nariis, vineis in custodiis ministrarent,  
 egentibus necessaria compararet subsidia,  
 ceteraque Christianę benignitatis humili-  
 tatisque ministeria impigre obiret. Nimi-  
 rum & hæc officia concionibus iuvari, &  
 his officiis inuicem conciones. Morem ge-  
 rerent interdum Parochis & Vicariis, ro-  
 gantibus ut in eorum templis ad populum  
 verba facerent. Gentem porro quamcum-  
 que erudiendam sermonibus suscepissent,  
 præcipue diligerent, impenseque seruirent  
 auditorum salutis commodisque. Iam con-  
 tentiones & certamina pro suggestu cum  
 aliis cōcionatoribus, maxime cum Episco-  
 pi Vicariis, prorsus vitari iubebat, quamuis  
 iusta causę certaminum, multęque ac ma-  
 gnę, incidissent. Ex talibus enim conten-  
 tionibus non solum Dei populiq; offen-  
 sionem oriri, sed etiam certantium pertur-  
 bationem, cultusque diuini. Societatis uti-  
 que nomen famamque non certaminibus  
 de dignitate sua, sed conatibus in diuina  
 gloria augenda, niti oportere. Proinde non  
 obtrectatione & superbia cum aliis, sed  
 comitate & demissione certandum esse:  
 omniq;

*Certamina  
 cum aliis  
 concionato-  
 ribus su-  
 gienda.*

omniq̄ue tendendum ope , ne dignitatis  
 æmulatio cuiquam nos inestros inuisosue  
 faciat. Quod si quãdo orta fortẽ contiouer-  
 sia nullum inueniret finem , occultis dis-  
 ceptionibus ad Prepositos Ecclesiasticos  
 potiùs , quàm publicis ad populũ offensio-  
 nibus, rem transigendam. Quo de genere  
 P. Gaspari Vicario suo non minùs salubri-  
 ter quàm prudenter ita præcepit: Cum cœ-  
 nobitis sacerdotibùsq. omnibus, facilitate  
 modestiaque certabis. Si qua fortẽ offensio  
 exorta fuerit, eorum siue iustam siue iniu-  
 stam iram tua leniet demissio, quamuis  
 tibi innoxius videaris. Nec grauiorem re-  
 quires vltionem, quàm vt iniuriam premas  
 silentio, vbi nullus est iuri locus. Ceterum  
 si quando eorum quispiam ab officio dis-  
 cesserit, ex animo eius dolebis vicem,  
 quippe daturi, nisi resipiscat, ferius aut  
 ocyus pœnas omnium opinione maiores.  
 Itaque hominis casum miseratus, eiusdem  
 deprecator apud Deum eris assiduus. Ne-  
 que solùm factò aut verbo iniuriam vlcisci  
 religioni erit, sed etiam aliquid apud te ira-  
 cundiæ aut offensionis residere. Ira enim  
 pariter & vltio fugiẽda, cum vtriusque vna  
 origo sit. Verumenimvero multa Deus ac  
 magna iis largitur dona, qui illatas exhibi-  
 tasque molestias Christi causa patienter  
 ferunt. Idemq̄ue tardus, sed grauis vltor est

*Iniurie vl-  
 cijcende ra-  
 tio.*



» iniuriæ diuino numini relictæ, piorumque  
 » ministeriorû aduersariis tandem hæud im-  
 » meritam inurit notam . At nequaquam te  
 » Deus vlciscatur, si factò dictôue aut etiam  
 » cogitato tute iniuriam vlciscaris tuam . Si  
 » fortè ( quod Deus auertat ) inter vos ac  
 » Cœnobitas aliqua extiterit dissensio, soler-  
 » ti consilio suppressenda erit, cauédumque  
 » ne Præfecto vrbis, aut cæteris ciuibus, vlla  
 » alienati animi signa rem prodant. Mirum  
 » enim quantum profanos homines offen-  
 » dat sacrorum Deo virorum discordia. Pro-  
 » inde si qua fortè controuersia oriatur, vtri-  
 » que arbitrum sumetis Episcopum , qui pro  
 » auctoritate litem sine cuiusquam offen-  
 » sione componat : ac meis verbis Episco-  
 » pum rogabis, vt, si quando inimicus inter  
 » fratres seuerit discordias, pacem pater ipse  
 » constituat, & concordiaë auctor quicquid  
 » inter vos fuerit controuersia tollat, ne res  
 » deueniat ad Magistratus, ac tribunalia . Si-  
 » mul memétote, si quando illi vobis male-  
 » dixerint, nequaquam maledictis cum eis  
 » esse certandum ; sed linguâ iræque cohibi-  
 » tâ, cõueniendum Episcopum, vti dixi, qui,  
 » rebus rite compositis, materiam certamini  
 » subtrahat . Tuque inprimis hæud ignarus  
 » Societatis dignitatem & existimationem  
 » non in hominum opinione , sed in Dei  
 » gratia præsidioque positam, enixè cauebis,  
 » ne ita

*Discordie  
 sedanda mo-  
 dus.*

ne ita tueris decus Societatis, vt Dei ho-  
 minumque offensionem incurras. Deni-  
 que concionatores monebat, vt si qui, pri-  
 marij præsertim viri, publicis flagitijs co-  
 operti, ita eorū expeterent cōsuetudinem  
 amicitiamque, vt ex peccatorum cœno  
 nollent emergere; his denunciarent, no-  
 stras amicitias ac familiaritates eò tantum  
 spectare, vt amicos & familiares ad sanita-  
 tem salutemque reuocemus animorum.  
 Quocirca eatenus dumtaxat nos cum ipsis  
 acturos, quoad nostra eis consuetudo futu-  
 ra sit saluti. Atque illud etiam addebat,  
 concionatores, vbi cūque eis res ad victum  
 necessariæ suppeterent, nihil ab alijs acci-  
 pere oportere, quòd dona eripiant liberta-  
 tem. Cæterum si parua quædam mitteren-  
 tur, indicia beneuolentiæ veriùs quàm  
 munera, non esse respuenda, ne amicitiam  
 respuere videaris.

## CAPVT XVII.

*Confessarios Societatis quales  
 effingeret.*

CONFESSARIOS magnopere horta-  
 batur, vt in confessionibus audien-  
 dis, animorum sanandorum cupidine ac-  
 censi, comiter benigneque confitentes  
 exciperent: quo spiritualium medicorum  
 lenitas

*Confessarij  
 benignitas  
 in audienda.*

lenitas eos pelliceret ad omnia conscientia suæ vulnera haud cunctanter aperienda. Proinde ne iniuriò præsertim confessionis grauitatem seueritatemque præ se ferrent, sed facilitatem potius ac lenitatem.

Itaque Patri Gaspari Armuziam ituro tale

- » præceptum dedit: Videndum est etiam at-  
 » que etiam, ne inter audiendas confessiones  
 » metus obstet libertati, seuerè excipiendo  
 » delicta; sed pugnandum potius, vt timidis  
 » animum comitas addat, diuinam efferen-  
 » do clementiam, hominumque noxas ele-  
 » uando, donec libero animo atque ore pec-  
 » catorum omne euomerint virus. Et in  
 » hoc genere cautio adhibenda est vel maxi-  
 » ma. Neque enim desunt qui pudore impe-  
 » diti commissa scelera maiore scelere sup-  
 » primant, salubri confessionis remedio in

*Remedium  
 aduersus  
 verecundiam  
 consuetum.* perniciem verso. Quocirca aduersus exi-  
 tialem illam verecundiam omni ope &  
 arte cerandum est. Flagitiis eliciendis non  
 alia via expeditior, quam denunciare, nos

- » longè grauiora scelerioraque aliorum cog-  
 » nouisse facinora; & simul illa ipsa, quæ ti-  
 » midè cunctanterque exposuerint, aptis ex-  
 » tenuare verbis, vt facilitate confirmatus  
 » pudor fidentiùs reliquas vitæ aperiat labes.  
 » Illud verò ad liberam vocem exprimen-  
 » dam vltimum (etsi rarò assumendum cau-  
 » teque) auxiliũ est, vt tua superioris vitæ  
 pecca-

peccata generatim scilicet vniuerſeque „  
 ſignifices : quod ita eſſe ipſe te vſus doce- „  
 bit ac dies. Hanc ille rationem aduerſus ti- „  
 midos præſcribemat : aliam porro aduerſus „  
 diutinis flagitiis ſcleribusque implicitos : „  
 Donec cõſtens delicta omnia euomuiſſet, *Scleſti ho-*  
 inter fiduciam metumque hæſitanti ani- *mines quo-*  
 mos facerent diuinæ clementiæ miſeri- *modo acci-*  
 cordiæque commemoratione : nomina- *piendi.*  
 timque proferrent homines nefandis ſce- „  
 leribus infames, olim in gratiam à Deo re- „  
 ceptos ; in quorum numerum ipſe quoque „  
 venire poſſit, ſi pari ingenuitate ac dolore „  
 ſua confiteatur facinora. Ad vltimum, per- „  
 ſpectis omnibus conſcientiæ vulneribus, „  
 eorum grauitatem ac turpitudinem acriter „  
 oſtenderet ; fluctuantemque animum im- „  
 pendentis numinis ira, ſupplicis que in ho- „  
 mines conſceleratos diuinitus expetitis „  
 territâdo, ad odium doloremque compel- „  
 lerent peccatorum : abſolutione etiam, ſi „  
 res poſſeat, in aliud tempus dilata. *Obſtinat i*  
 Obſtinatis verò animis non modò æterna infero- *quomodo*  
 rum ſupplicia, ſed etiam pœnas in hac vita *ſteſtendi.*  
 ab hominibus facinoroſis exactas proponi „  
 iubebat, nominatimque notos aliquot ap- „  
 pellari, qui ſua demum ſclera grauibus & „  
 atrocibus luerint ſupplicijs, vt documento „  
 ſui ſimilibus forent. Ac ſe vſu doctum aie- „  
 bat, tales homines longè plus præſentibus „  
 corpo-

corporum fortunarūque detrimentis commoueri, quàm futuris animorum cruciatibus, qui procul abesse videantur. Si quando locupletes atque opulenti negotiatores, Magistratus, aut Præsides vitæ solutioris ad confessionem accederent, ante omnia censebat eos sedulò admonendos, vt sumpto spatio bidui triduiue, intentius in anteaactam vitam inquirētes, delicta omnia ( si diffiderent memoriæ ) mandarent literis, dolorisque sensum cōtritionemque à Deo suppliciter peterent. Inde principio confessionis, rationem ab eis exquirēdam dicebat munerum curationumque quibus preessent, negotiorum quæ tractarent; quæ sedulitate, qua fide in iis se gererent gessissentue. Quippe hisce perconationibus explorari facilius posse, ecquid oporteret restitui, quàm si generatim interrogarētur, num quid cuiquam restituere deberent: quia ad tales interrogationes prorsus abnuere cōsueuerint, seu lucri cupiditate, seu rerum inscitia excæcati. Confessionibus deinde eorum exceptis, mētes monitis quibusdam ac remediis curandas. Neque tamen à confessione absolueudos illico, sed posteaquam ea, quæ deberent, persoluerint. Itaque Patri Gaspari de talibus hominibus præcipit in hunc modum:

„ Confessionem non continuo sequetur absolutio,

*Implicati negotiis homines quomodo accipiendi.*

*Differenda interdū absolutio.*

solutio , sed biduum triduumue dabitur »  
 eorum pectoribus certarum rerum medi- »  
 tatione præparandis, vt interim animorum »  
 maculas lacrymis ac voluntariis eluât pœ- »  
 nis: Si quid cui debent , restituant : simul- »  
 tatibus, si quas habent, depositis, redeant »  
 cum inimicis in gratiam: à libidinis cõsue- »  
 tudine, cæterisque, quibus impliciti sunt, »  
 flagitiis expediantur. Hæc omnia absolu- »  
 tionem præcurrunt rectius quàm sequun- »  
 tur. Namque istiusmodi homines in ipsa »  
 confessione promittunt se cuncta factu- »  
 ros : post absolutionem, fidei datæ imme- »  
 mores, promissa irrita cadere patiuntur. »  
 Proinde elaborandum est, vt hi absoluendi »  
 repræsentent, quod præstare debent abso- »  
 luti. De nutantibus verò in fide cõfirman- *Nutant in*  
 dis, hæc eidem Gaspari præcepta dedit: *fide confir-*  
 Nonnullos reperies, atque vtinam non *mandi.*  
 multos, in Sacramento, maximè verò »  
 Eucharistiæ, labantes fide, siue quòd iam- »  
 diu eius fructu carent, siue quòd magnam »  
 consuetudinem habent cum Ethnicis, seu »  
 quòd impura quorundam Sacerdotum vi- »  
 ta apud imperitos, huius Sacramenti officit »  
 maiestati. Cum his igitur sic agendum erit, »  
 vt primò suspiciones eorum ac dubitatio- »  
 nes elicias, deinde eos docendo in fide »  
 confirmes : vt verum Christi corpus in eo »  
 mysterio contineri haud dubiè credât. Nec »  
 aliud

aliud præsentius tanti mali remediũ est, quàm pia ac diligens ipsius Eucharistiæ frequentatio. Iam verò quoniam in familiaritate mulierum ferme plus periculi est quàm emolumenti, magnopere auctor erat confessariis, vt in confessionibus, in colloquiis, in congressibus earum, in reconciliatione cum coniugibus cauti essent, intentique ad suspiciones rumoresque hominum, non tantum ad culpam criminæ vitandum. Quibus de rebus egregia sanè ac salubria P. Gaspari, Vicario suo, reliquit monita: quæ attexere operæ pretium duxi.

» Cum mulieribus, inquit, cuiusvis conditionis non nisi luce palam, atque in publico, hoc est, in aede sacra, colloquæris. Nec vnquam domum ad eas ibis, nisi fortè grauiore aliquo casu cogente, veluti agræ cuiuspiam confessionem excepturus: ac tum curandum erit sedulo, vt illius maritus adsit, aut cognatus aliquis, aut certè vicinus idoneus. Si fortè virginè aut viduam conueniri oportebit, ad eius domum accedes viris spectatæ integritatis comitantibus: quorum scilicet comitatus non solum offensionem, verum etiam suspicionem hominũ excludat. Talia verò officia conueniendarum mulierum & rara sint, & necessaria. Quippe lubricum negotium est: vbi minimum lucri fit maximo periculo.

Et

*Mulierum familiaritas periculosa.*

*Cum mulieribus cautè agendum.*

Et quoniam feminæ (quæ mobilitas ac le- *Viri potius*  
 uitas muliebris ingenij est) plerumq. mul- *excolendi*  
 tum negotij confessariis faceffunt; cum eis *quàm vxor-*  
 hæc maximè tenēda cautio, vt viros Chri- *res.*  
 sto adiunctos impēsius excolas, quàm eorū  
 vxores. Nam cum naturā cōstantiores sint  
 viri, & ab eis domestica pendeat discipli-  
 na; rectiùs profectò apud eos atque vtiliùs  
 opera collocatur. Rectè enim Sapiens:  
*Qualis est, inquit, rector ciuitatis, tales qui habi-* *Eccli. 10.*  
*tant in ea.* Et simul multæ offensiones ser-  
 monesque, qui oriri solent ex feminarum  
 familiaritate, vitantur. Si quod inter con-  
 iuges oriatur dissidium, ad controuersiam  
 tollendam, animosque eorum sedandos,  
 omnium primùm id ages, vt vterque, ido-  
 neis meditationibus preparati, sacrâ con-  
 fessionem anteaetæ instituant vitæ: abso-  
 lutionemque tâtisper, si videbitur differes,  
 vt ad vitæ emendationem, concordiamque  
 inter se constituendâ, paratiores reuertan-  
 tur. Feminis affirmantibus se enixiùs diui-  
 nis rebus operam daturas, si abstineant à  
 consuetudine virorum, neutiquam habe-  
 bis fidem. Nam & ille muliebris feruor fa-  
 cilè refrigescit, nec vnquam ferè suscipi-  
 tur sine graui aliqua virorum offensione.  
 Coram vxore caue culpam cōferas in ma-  
 ritum, quamuis haud dubiè penes illum sit  
 culpa, sed re in præsentia suppressa, deinde

*Viri potius  
 quàm vxor-  
 ris patrocini-  
 um suscipiendum.*



» tunc arbitris cum ad vniuersam vitam con-  
 » fessione expiandam impelles: tum verò  
 » sub confessionem quàm modestissimè re-  
 » prehensum admonēbis, vt enixè domesticè  
 » studeat concordia: Ceterùm omni cura in  
 » id eris intentus, ne (quod suspiciolosissimum  
 » negotium est) vxoris patronus videaris ve-  
 » nire contra virum. Itaque is amicè ac sen-  
 » sibi monendus est primùm, vt suam ipse  
 » culpam agnoscat, demum comiter ac be-  
 » neuolè absolueendus. In eorum quippe ani-  
 » mos amor flectit, vis frangit. Cauebis igitur  
 » (vt paulo antè dixi) virum accusare au-  
 » dientē coniuge. Namque vt mulieres natu-  
 » rā subimpudentes sunt, ac procaces; facile  
 » viris ipsorum noxas, præsertim Sacerdo-  
 » tum iudicio damnatas, obijciunt. Quocirca  
 » sapius est, re dissimulata, obseruatiā ma-  
 » ritis debitam proponere vxoribus, & simul  
 » demōstrare ipsas, quòd viros suos sepe de-  
 » spicatiui habuerint, graui utique dignas esse  
 » pœna. Proinde demissè ac patienter, si  
 » quid molestiæ à viris accidat, perferre,  
 » cūque dicto audientes esse debere. Noli fa-  
 » cilè cōiugis alterius de altero querelis cre-  
 » dere (sæpe enim & falluntur & fallunt) sed  
 » summa animi æquitate vtrumque audies;  
 » nec incognitâ causâ condemnabis alteru-  
 » trum. Hoc eo dico, vt illis ad concordiam,  
 » tibi ad suspicionum fugam facilior pateat  
 via.

via. Quòd si quando eos inter se reconciliare ipse nequueris, ad Episcopum aut Vicarium generalem rem totam reijcies; sed ita, vt neutrum lædas è dissidentibus. Lædas autem necesse est alterum, si alteri magis fauere videaris. Sûma profectò prudentia opus est; vt ne quid offendas in hoc seculo nequam:longeque prospiciendi aduersi rerum,quæ geruntur,euentus. *Aduersarius namque noster Diabolus non cessat, sed circuit quærens quem deuoret.* Maxime autem imprudentiæ est, incõmoda quæ ex actio- nibus quamuis bono animo susceptis euenire possint, minimè providere. Pecuniam verò neque restitutionis neque eleemosynæ nomine diuidendam pauperibus accipere Confessarios volebat: sed vel arbitrio erogantium, certis piis operibus nominatim, vel generatim Sodalitati Misericordiæ attribuendam curare: ita melius & Sodales illos pauperum egestati, & Sacerdotes Societatis famæ vtique consulturos. Si qui ad confessionem accederent, non tam peccatis, animorumq. suorum incommodis, quàm paupertati ac difficultatibus rei familiaris remedium petaturi, hos, de vsu sacræ confessionis admonitos, ad curam traduci iubebat animorum; demonstrando quanto grauiora animorum incommoda sint, quàm corporum, potremò, si videretur,

1. Pet. 5.

*Pecunia  
nulla ratio-  
ne accipien-  
da.*

596 FRANCISCI XAVERII  
retur, Sodalitati Misericordiae commendi-  
dari. Confitentibus porro non festina-  
tam, sed diligentem nauandam operam cen-  
sebat, monens ut praoptarent confessio-  
nes paucas rite factas audire, quam multas  
temere properatas. Qui enim confitentes  
intentiùs excuti posse? qui eorum odii,  
fraudibus, vitis adhiberi remedia, nisi per  
otium curarentur? An verò dubium esse,  
quin confessio vna rectè instituta multis  
cursum peractis praeferenda sit? cum pre-  
sertim confessio aditum aperiat ad Sacrosan-  
ctum Eucharistiae Sacramentum. Postre-  
mò monebat Confessarios, ut, sumpto spa-  
tio, in auditas ab se confessiones inquiren-  
tes viderent intentiùs, ecquid in delictis  
aliorum expiandis ipsi deliquissent, &  
quaecunque in alienis peccassent confes-  
sionibus, expiarent suis, eaque delicta in  
posterum summa vi corrigere niterentur.  
Hoc quippe studium ad rectè atque utiliter  
Confessarij munus obeundum maximo  
adiumento futurum.

### CAPVT XVIII.

*Cultores animorum quales optaret.*

SOCIOS Ethnicis conuertendis neo-  
phytisque erudiendis operam darios  
non modò lectissimos requirebat, sed huic  
rci

rei maximè deditos; vt nihil, quamuis speciosum ac præclarum, tãto præferrent negotio, quo nihil superis gratius, mortalibus vtilius reperiretur. Nec magnificus solùm hortator erat, sed etiam auctõr, plus rebus ostendens, quam verbis præcipiens. Namque, vt suo loco demonstrauius, Gentilium conuersione atque institutione in omni vita ipsemet nihil habuit antiquius. Quin etiam Socios, qui ex India aut ex Lusitania ad eum venissent, ita vocabat in diuini huius ministerij Societatem, vt spectatissimo cuique eam prouinciam præmium daret laborum. Primarios quippe viros potissimum tanto muneri præficiebat, auctoritatem sequens Apostolorum, qui cum audissent recepisse Samariam verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem, Apostolorum scilicet principes. Quocirca censebat ad Apostolicum munus deligendos viros egregia diuque spectata fide, virtute, constantia, sanctitate: tum quia tales vtiq; viros res ipsa postularet; tum verò quoniam vsu doctus senserat, eam prouinciam esse grauissimis Satanæ tétationibus, molestiis, ærumnis expositam. Proinde in eiusmodi Dominicæ vineæ operariis prudenciam magis ac sanctitatem quàm scientiam doctrinamque experebat, ratus ad tot tantasque difficultates superandas necessariam pro-

Act. 18.

*Plus momē-  
ti in sancti-  
monia est  
quàm in do-  
ctrina.*

*Peregrina  
lingua ad-  
discēde su-  
dum.*

fectò esse virtutem; ad Ethnicorum autem  
conuersionem plus momenti sanctimo-  
niam facere quàm doctrinam. Quòd si vir-  
tutem decoraret eruditio, tum verò aiebat  
egregios perfectòsque Euágelij præcones  
existere, Iaponiæ maximè opportunos, cæ-  
teri que locis vbi acia barbarorum inge-  
nia subtilibus interrogationibus Christia-  
nam religionem solerter explorent. Cæte-  
rum in omnibus Ethnicorum cultoribus  
requirebat ingenium, facultatem, ac stu-  
dium peregrinæ linguæ addiscendæ, haud  
dubius sine sermonis commercio in bar-  
baris ad Christum aggregandis, nouisque  
Christianis instituendis, nihil admodum  
profici posse. Itaque Apottolos, priùs quàm  
gentes docere aggredierentur, diuinitus  
inibutos omnium facultate linguarum.  
Præcipuè optabat omnes ingenti animo-  
rum seruâdorum cupiditate flagrare, nun-  
quam vt eius rei prætermitterent occasio-  
nem, sed auidè arriperent vrgerentque. In  
neophytorum verò salutem atque insti-  
tutionem strenuè insisti iubebat, infantes  
baptismo expiari, pueros erudiri catechis-  
mo, & ante omnia baptizandis infantibus  
incuriam vitari, obliuionemque, præcipi-  
tè, vt, quantum humana ope prouideri posset,  
nemo prorsus periret sine baptismo, vnico  
puerilis ætatis auxilio. Suadebat quoque vt  
verbis

verbis rebusque neophytos conciliantes sibi, studerent ab eis parentum loco diligere colere. Sic enim naturam comparatum esse, ut amor omnia aequi bonique consular, nihilque sit amanti difficile. Porro in novis Christianis excolendis, non fortius quam perseverantius eorum perferrent vicia, infirmitatem sustineret, frugemque temeritatis factae, laborumque (quamvis serae spei) fructum velut boni Christi Domini agricolae expectarent: haud ignari, *Qui seminant in lacrymis, in exultatione messuros.* Quod si talibus initio Christianis non vterentur, quales expecerent, ita se cum iis gererent, ut cum improbis filius boni parentes: Dei que benignitate freti, qui hominum merces suo demum tempore ad bonam perducit frugem, non desisterent eos aliquando tales fore, quales optaret. Proinde nunquam desinerent illos omni studio colere, praesertim cum Deus communis omnium parens, quamvis laesus a nobis, benignè tamen omnibus facere non desistat. Iam cum veteribus Christianis multum temporis esse conerendum negabat, ne fraudarentur novi. Quod si officiosi illorum congressus vitari nequirent, at sermones inferendos de rebus divinis, atque ad animorum salutem pertinentibus: ut aut pii ex culti monitis paulatim fierent meliores,

*Perseverantia in excolendis bonis novis.*

*Psal. 125.*

*Inania officia obmodò eludenda.*

aut certè colloquiorum seueritatem auer-  
 sati nostrum nos negotium agere sinerent  
 in instituendis neophytis . Exiguos verò  
 fructus cum hominum approbatione, ma-  
 ximis fructibus cum aliqua vel minima  
 offensûcula potiores ducebat. paruos quip-  
 pe fructus cum virtutis exëplo perceptos,  
 & diuturnos esse, & semper augeri; cõtrã-  
 que ingentes offensione hominum vitia-  
 tos paulatim corrumpi atque interire. Ita-  
 que eos iubebat aduersus omnes facilita-  
 tem ac submissionem adhibere, *pacem*, vt  
 ait Apostolus, *cum omnibus hominibus habentes*;  
 contentionesque maximè cum religiosis  
 viris ac Sacerdotibus omni ope vitâtes . Et  
 simul præcipiebat, vt facilitatis magis quàm  
 grauitatis memores, hilari latoque vultu  
 exciperent omnes, neminemque omnino  
 aspernarentur, vt *omnes Christo lucrifacerent*.  
 Dictabat etiam, quod boni virtus non pa-  
 riat, humanas artes haudquaquam paritu-  
 ras sine virtute. Proinde cauerent diligen-  
 ter, ne peruulgatâ hominum viâ dignita-  
 tem atque honorem aut appeterent, aut  
 appetere viderentur; neu suis dictis factif-  
 ue ad humanam potius quàm ad diuinam  
 tenderent gratiam. Veram vtique auctori-  
 tatem, egregiæ virtutis comitem, non ho-  
 minum donû esse, sed Dei . Itaque si quan-  
 do homines ipsi per se humanis artibus  
 (omisso

(omisso cælesti præsidio, germanaque vir-  
tute) quærant auctoritatem; diuino consi-  
lio fieri, vt eam parare dum student, fundi-  
tus perdant. Ne scilicet vilia sint homini-  
bus dona cælestia, sed haud secus, quàm par  
est, expectentur è cælo. Nam quibus in di-  
uinarû rerum procuratione, hominum gra-  
tia quàm Dei potior sit, eos non tam diui-  
num honoré spectare, quàm suum. Verùm  
facrilegam illam ambitionē demum in ip-  
sorum ignominiam exitiumq. erupturam.  
Itaque sibi quisque prima esset cura, suum-  
que animum summa vi excoleret; deinde  
in alienorum culturam animorum verte-  
ret curas. Neque enim alienæ saluti cōsul-  
torum qui suam negligeret; neque memo-  
rem fore aliorû, qui obliuisceretur sui: con-  
traque faciliè euenire, vt, cui sua salus cordi  
esset, eius cura in aliorû quoque redunda-  
ret salutem. Quocirca nullum diem rerum  
diuinarum meditatione & cōscientiæ exa-  
mine vacuû sinerēt præterire, & quotidie  
ecquid in diuino obsequio deliquissēt, ec-  
qua in re suo officio aut diuinis defuissent  
conatibus, reputarent: secumque cum suis  
mentibus circumspicerēt, quàm multa per  
eos Deus ipsorû vitio efficere desineret po-  
tius, quàm quid per ipsos efficeret. Alterum  
enim modestiæ absolutæq. virtutis incita-  
mētum esse, alterum superbiæ vecordiæ-



puerorum  
educatio.

Ephes. 6.

ęque diuina facta sibi vindicantis; qua enim-  
uero non aliam pestem perniciosiorem pijs  
hominibus reperiri. Puerilis porro atatis  
educationem præcipuum opus existimās,  
monebat vt Christianā doctrinam puero-  
rum gregibus, quoad eius fieri posset, per  
se ipsi traderent, nec intermisso tam fru-  
gifero opere, neque aliis commisso. Cate-  
rūm neminem pueros offenderent ir-  
ritarētue, sed ad veniam faciles in leui-  
oribus noxis conuierent, *remittentes minas*,  
vt monet Apostolus; quo scilicet timida  
atque alacrius salubrem capefferet discipli-  
nam. Aduersus Magistratus Præpositosque  
Ecclesiasticos moderatione tenderēt, mo-  
destiaque: neque vllis quamuis ingentibus  
eorum delictis atque iniuriis lacerati cum  
eis vllō modo susciperent similitudines. Fe-  
rendo enim & dissimulando magis quā  
obstitendo superiores vinci; si minus vt  
suam ipsi corrigant vitam, at certē vt rem  
Christianam minus impediant. Quocirca  
eos, quasi suorum conatum ac laborum  
patronos, in fructus emolumentique par-  
tem vocarunt, quicquid boni perceptum  
esset, id illis, secundū Deum, acceptum  
referentes: ita demum Christi vineę ope-  
rarios plus adiutorum defensorumque (si  
fortē verbo aut facto ab alijs violarentur)  
aut certē minus aduersariorum habituros.

Iam

Iam auctor erat, benignitatis humilitatisque ministeria non minus saepe quam libenter exequendi; in valetudinaris, publicisque urbis custodiis, aegros ac vinctos officis pietatis, corrigataque stipe, subleuandi; sed ita, ut simul corporibus animisque curandis opera praeberetur, inimicitias sedando, odia restringendo, tollendo lites, dissidentes ad pacem atque amicitiam adducendo. His quippe caritatis officii diuinum amorem in animis nostris accendi, aliorum animos ad similia excitari facta; Dei seruis, ad rei Christianae propagationem, plurimum accedere fidei auctoritatisque. Praecipue verò temere obloquentium rumores contemnerent, qui saepe timidorum conatus frangunt atque debilitant. Extat de ea re egregium praecipuum P. Gaspari traditum, quod tale est: Si tibi pia ministeria obeunti, ut fit, obrectent improbi; de illorum vocibus non magno pere laborabis: ne quis animo aduertit, te homuncionum vocibus à Dei obsequio abterri, id verò laborabis. Nam qui unque talibus in rebus falsam infamiam sermonesque hominum extimescunt, mundi verus quam Christi milites sunt, utpote quos humanus respectus magis moueat, quam diuinus. Ad vltimū illud tibi antiquissimum esse volo, ut memor te Societatis IESU

*Misericordiae  
die operis*

*Obloquentium  
rumores  
contemnerent  
nendi.*

memis

## 604 FRANCISCI XAVERII

membrum esse, omnibus in factis dictisq; tali capite & corpore dignus existas. Hisce ex monitis facile apparet, non modò quàm sedulò serioque Frânciscus socios exemplis pariter & præceptis ad omnem prudentiæ ac sanctitatis excoleret laudem, verumetiam quàm valde omnibus in rebus Xaverij & Ignatij sensus inter sese congrueret, quippe cum eodem tempore (etsi infinito propemodum locorum interuallo disiuncti) Ignatius in Italia Sociis præciperet, Franciscus in India. Sed videlicet vnus atque idem Spiritus illa vtrique dictabat, vt obique Societatem ad certam formans disciplinam, cælestemque ambobus prudentiam inspirans. Nihilo autem prudentior Xaverius in præcipiendo quàm in regendo fuit. Quippe vbicumque locorum esset, à Præpositis Societatis subinde omnibus de rebus certior fieri volebat; cunctisque incommodis non secus medebatur, ac si adesset præsens. Nam discedens imperabat eis, vt ad se certis tēporibus literas mitterent, quibus literis Sociorum tum veterum tum recentium numerum, genera, facultates exponerent; nimirum quibus virtutibus præditi, quibus doctrinis & artibus exculi, quibus addicti ministeriis, quas ad res maximè nati aptique videretur; quæ in vnoquoque cupiditas conseruandorum animo-


*Xaverij  
prudentia in  
rebus omni-  
bus sui mu-  
neris cog-  
noscentis.*

animorum emineret, quos quisque ferret fructus, quibus vrgeretur angoribus, quibus molestis ac morbis tentaretur premereturque. Demum (adeò in rebus etiam minimis attentus erat, ac diligens) de domesticis famulis, ac seruis, de aere alieno, talibusque rebus fieri se iubebat certiorum: deque singulis vel personis vel rebus, utcunque res posceret, per literas precipiebat. Nec mandasse contentus, quid factò opus foret, simul imperabat Prepositis, *Solentur* ut ad se quamprimum scriberent, an sibi *exigit imperata.* quisque mandata curasset, ut scilicet hoc illis imperium curam acueret exequendi mandata. Caterum etsi vltimas Orientis terras perlustrans in barbararum gentium conuersionem incumberet totus; tamen immensa Oceani spatia remensus, socios suæ fidei creditos identidem reuisebat, ratus sibi pro suo duplici munere partiendas esse curas, ut sic adesset alienis, ut non deesset suis. Singulari utique industria ac virtute perfecit, ut si spectes quantum Christi cultum propagauerit, nullum spatium de Societate cogitandi habuisse; sin autem quantopere Societatis res curarit confideres, nihil aliud aut egisse, aut agere potuisse videatur.

F I N I S.

# INDEX RERVM MEMORABILIVM.

## A.

	<i>Abstinentiâ insignes Cacizes Sacerdotes Socoto- rorũ. 93. Bonzj quoq. Iaponũ Sacerdotes. 290.</i>	
	<i>Abstinentia Xaverij.</i>	291.
	<i>Abolutio peccatorũ interdũ differenda. 590. 591.</i>	
	<i>Academia Bandaensis celebris in Iaponia.</i>	328. 329.
	<i>Aedificia qualia probaret Xaverius.</i>	569.
	<i>Amangucium oppidum in Iaponia.</i>	306.
	<i>Amboinus insula.</i>	194.
	<i>Anger Iapon Franciscum conuenit. 248. baptizatur, &amp; Pau- lus S. Fidei nominatur.</i>	265.
	<i>Animi magnitudo inuicta Xaverij. 46. 76. 252. 293. 159. 161. 357. 418. 519. &amp; seq.</i>	
	<i>Antonius Criminalis pro Religione à barbaris necatur.</i>	302.
	<i>Armuzia vrbs sinus Persici.</i>	264.
	<i>Arrogantes retundendi.</i>	564.
	<i>Astrologia Iapones ignari.</i>	323.
	<i>Auctoritas in rebus diuinis caeleste donum.</i>	559. 560.

## B.

<b>B</b>	<i>Aptifino liberatur mulier periculis difficultate partus. 136.</i>	
	<i>Bernardus Iapon cõuertitur 310. Romam destinatur. 395.</i>	
	<i>Bononia diuersorũ Xaverij in sacellam versum.</i>	41.
	<i>Bonzj spei promontorium.</i>	80.
	<i>Bõzj Iaponũ Sacerdotes. 290. apud Sinas nullo sunt pretio 372.</i>	
		Bonzio.

INDEX RERVM MEMORAB.

Bonziorum Antistes Ninxit.	298
Bonzij duo insignes conuertuntur.	329. 347.
Bonziorum præcipui coram Bungi Rege à Xaueio conuincuntur.	350. & seq. 359. & seq.
Bonziorum chirographa collybistica.	362.
Bracimianum religio. 145. 146. versutia. 146. mysteria. 149.	
150. reuerentia erga Xauerium. 148. inepta interrogationes.	
148. 149. vnus eorū baptizatus tradit pueris Catechismū. 150.	
Bungus oppidum Iaponiæ.	333.

C.

Caizes Saracenorum & Socotoraorum Sacerdotes.	91. 93.
Cangoxima vrbs Iaponiæ.	287.
Cangoximana puella ad vitam reuocatur.	298. 299.
Canton Sinarum portus.	422.
Carne Franciscus abstinet, nisi apud hospites.	505.
Castimonia amor.	502. 503.
Ceilanus insula ad Christum conuersa.	167. & seq.
Christi vitæ mortisque meditatio. 16. eius passionem audientes Ethnici lacrymantur.	309.
Cocinum oppidum Lusitanorum.	125.
Comitas Xauerij.	51. 75. 537.
Comorinum promontorium à Xaueio excolitur. 129. & seq.	
Antonij Criminalis sanguine irrigatum, vberimos fundit neophytorum sætus.	302. 303.
Conciones Xauerij.	35. 38. 39. 162.
Concionatores quales requireret Xauerius.	575.
Conciones nunquam sine grati causa omittenda.	578.
Concordia studium inter Socios & alios Religiosos. 584 & seq.	
Concubinarum auellendarum ratio. 112. 113. septem vni subtrahuntur.	275. & seq.
	Confes.

INDEX RERVM

<b>Confessarij munus.</b>	387. & seq.
<b>Conscientia excutienda quotidie.</b>	556.
<b>Corpus Francisci cum viua calce loculo includitur.</b>	438. quarto
post mense integrum reperitur.	440. sanguis inde effluu
mense post obitum quinto.	443. 444. integrum reperitur
mense decimo-sexto.	450.
<b>Correctio fraterna prudenter adhibenda, eiusque modus.</b>	52.
	53. 277. 548. 552.
<b>Cosmus Turrianus Francisco se adiungit socium.</b>	257.
<b>Crux insignis ad Melindam urbem Saracenorum sita.</b>	90.
<b>Crucis prodigia.</b>	166.
<b>Crucis amor.</b>	142. 52. 253. 332. 413. 522.
<b>Crucis vis.</b>	391.
<b>P. Cyprianus in oppido S. Thomæ elaboras vaticinatur.</b>	391. 392.

D.

<b>Dæmones Xauerium orantem verberant.</b>	179. eorum
insidia aduersus Xauerium.	281.
<b>Deum vnum ac trinum colunt Brachmanes, sed vero fabulas af-</b>	
fingunt.	145. 146.
<b>Dei fiducia.</b>	206. 519. & seq.
<b>Dei prouidentia erga Franciscum.</b>	22. 159. 282.
<b>Deum tantum timet Xauerius.</b>	521.
<b>Deum rerum omnium principium Iapones ignorabant.</b>	323. 353.
<b>Deos contemnunt Sina.</b>	415.
<b>Dij Iaponum.</b>	290. 320.
<b>Discordia inter Religiosorum familias exorta quomodo sedan-</b>	
da.	586.
<b>Disimulatio Xauerij in sceleratis hominibus conuertendis.</b>	187.
	260. 276.
<b>Doctrinam Christianam docens, ipsemet urbem obiens, tintin-</b>	
nabulo	

MEMORABILIVM.

- Uabulo pueros conuocat.* 114. *cur cantu eam tradiderit.* 115.  
*quantopere eam alijs commendauerit.* 545.  
*Doctrina si respondeat uitae probitas, permouet etiam Ethnicos.*  
 351.  
*Dominicanorum Laus in India strenuè laborantium.* 391. 388.

E.

- E**leemosynas corrogat Xauerus ad subleuandos pauperes.  
 78. 110.  
*Eleemosynam elargitur ex pecunia diuinitus accepta.* 477.  
*Eleemosynas per externos, quam per nostros, distribui male-*  
*bat.* 546. 547.  
*Energumenus insignis à Xauerio liberatur.* 189.  
*Episcopi reuerentia.* 106. 107. *itemque Vicariorum Episcopi.*  
 547. 548.  
*Ethnicorum consuetudo Christianis periculosa.* 186.  
*Ethnicos ad Christum conuertendi studium, & pro eis ora-*  
*tio.* 499. 500.  
*Euangelij super agrum moribundum recitati vis salutaris.* 388.  
*Examen conscientiae.* 556.  
*Examini ratio.* 560.  
*Excommunicatio tandem omnibus rebus frustra tentatis insti-*  
*gitur.* 403. & seq. 408.  
*Excommunicatus denunciandus, ut vulnus agnoscat & curet.*  
 408.  
*Exercitijs spiritualibus excolendi Vicarij, & reliqui sacerdo-*  
*tes.* 547. 548.

F.

- F**erdinandus Sosa, Hispanorum Dux. 195.  
 Fides 9



INDEX RERUM

<i>Fides vacillans quomodo confirmanda.</i>	591.
<i>Figuenum Regnum.</i>	305.
<i>Fiandum Iaponia oppidum.</i>	306.
<i>Flagellum Francisci multis salutare.</i>	488.
<i>Franciscus à puero virginis pudicitia florē seruauit intactū. 7. primo honoris cupidus. 7. 8. deinde aspernator. 116. 117. Philosophia laurea insignis Aristotelē Parisiis publicè interpretatur. 9. Ignatum primo illudit, deinde sequitur vitæ ducem. 12. uatunatio de Xaueij Apostolatu in Oriente. 10. saltu deletatur, sed elationē animi ex agilitate corporis, grauitèr vindicat. 15. quatruidū sine cibo traducit. 16. ex laceratis coxendicibus eger diuinitus sanatur. 21. 22. insanabilibus ministrans saniem exsugit. 26. 27. Sacrum facies alienatur à sensibus. 40. in Indiam ab Ignatio destinatur. 45. Apostolicus Legatus à Pont. in India constituitur. 50. tres è comitibus mortis periculo eximit. 53. 54. patriam præteriens, diuertere ad matrem noluit. 55. Simonem Rodericum amplectens quartana liberat. 57. Apostolus in Lusitania appellatur. 62. itemq; in India. 117. Sanctus Pater nominatur. 142. itemq; Magnus Pater. 162. caelestibus gaudis affluit. 152. 213. 252. Socotoraos nutibus instruit, quia eorum linguam non tenebat. 94. in Socotora pueros plurimos baptizat. 94. 95. in Comorino promontorio totos pagos saepe baptizat. 134. 137. baptizatorum ab eo ingens numerus. 153. 159. 160. in oppido Tolo xxv. hominum millia à Xaueio baptizata. 112. Iapones plurimi baptizati. 295. 319. 326. vnius anni spatio tria millia Iapones baptizata. 330. quatuor à mortuis excitat. 138. 139. moribundos sanat. 136. 388. ægris de suo lectulo accommodat. 92. eisq; impensè ministrat. 76. 77. 84. 110. leprosis inseruit. 111. septem dies cibo abstinet. 172. illudatur. 307. 313. Lipidibus appetitur. 314. omni-</i>	

MEMORABILIVM.

omnibus sit. 532. 533. cum esset in *haxi*, eodem tempore in *scapha* periclitantibus adesse cernitur. 379. eius forma. 341. 426. aspectus ad studium virtutis accendit. 538. eius funus in *Sanciano*. 438. *Maluca*. 442. *Goa*. 452. & seq. eiusdem corpus integrum. lege *Corpus*. Franciscani in *India* egregie elaborant. 103. 388. apud illos diuerit *Xaverius*. 273.

G.

**G**aspas Belga, eximia virtute vir. 990.  
*Goa* vrbs, caput *India*. 102.  
*Goani* Collegij initia. 121.  
 Grauitas nimia vitanda. 180.

H.

**H**enricus Lusitania Princeps primus viam aperit in *Indiam*. 72.  
*Hieronimus Casalinus Bononiensis*, hospes *Xaverij*. 37.  
 Honoris fuga. 116. 117. odium. 117.  
*Horti Hesperidum*. 73.  
 Humilitatis studium. 518. 519. in concionatoribus maxime. 580. 582. 583.  
 Humilitas *Xaverij*. 50. 51. 141. 142. 516. & seq.

I.

**I**acobus Borbanus, vir egregius, ex *Franciscana* familia  
 Seminarium puerorum instituit in *India*. 103.  
*Iacobus Pereria*, *Francisci* amicissimus. 381. eius munificencia.  
 92 Ibid.

INDEX RERVM

<i>Ibid.</i> reverentia erga Xaverium. 540. officia in mortuum	
442. 443. 452. 453.	
Japonia descriptio.	284. 285.
Japonum scribendi ratio. 250. Dij. 290. 320. lingua varietas.	
242. ingenia & mores.	287 & seq.
Japonum secta. 319. 320. acuta interrogationes. 323. &	
seq. eloquentia.	340.
Jejunij Quadragesimalis religio.	28.
Ignatius Loyola sua comitate permulcet Francisci ferociam. 12.	
Francisci civitati plurimum tribuit 512. 513. ab eo vnicè ob-	
servatur. & Sanctus appellatur.	512.
Indorum ingenium ac mores.	101.
Indum portare sibi visus est in somnis Xaverius.	47.
Infantium baptisimus maxime erat cordi Xaverio.	156.
Inferorum penas Iapones agnoscunt. 324. ab his posse se homi-	
nes liberare Boziji profitentur.	320.
Injuria Francisco. Vata divinitus vindicatur.	150. 151.
Injuria vlciscende ratio.	585.
Joannes Lusitania Rex egregia religione ac pietate. 43. lege	
Rex Lusitania.	
Joannes Alboquercius è Franciscana familia India Episcopus.	
103. idem q̄ Francisci amicissimus.	107.
Joannes Cruasius, Eques egregius.	124.
Joannes Durus, Xaverij socius, fugam ornans, ad poenitentiam	
reuoctur. 183 & seq. in injuriam relegatus videt B. Vir-	
ginem cum p̄ero 1 E S V.	225.
Ira sedanda ratio.	552. 553.
Ira potens Xaverius.	403.

Labores

MEMORABILIVM.

L.

<b>L</b> Abores in gentes Xaverij	78 & seq. 83. 84. 130. 131. cale-
stibus gaudijs compensantur.	152. 213. 252.
Laurentius Luscius, concionator egregius.	319.
Lectus Xaverij.	92. 131. 505. 506.
Legati ex Lapponia ad Greg. XIII. Pont. Max.	308. 369.
Leuca Lusitana.	72.
Libri vini qui.	579.
Litium dirimendarum ratio.	549.
Lusitana gens ad pietatem satis propensa.	61.
Lusitanorum magnum nomen toto Oriente.	100.
Lusitani mercatores Evangelium enunciant.	165. 166. bono-
rijs Xaverium accipiunt.	333. & ad Bungi Regem de-
ducunt.	336. 337.
Lusitani milites religiosè viuunt.	388. 389. Christi cohors ap-
pellantur.	232.

M.

<b>M</b> Aczaves populi Christo aggregati.	165.
Magistratum metus apud Sinas.	4. 5.
Mahometis cultus consenuit apud Saracenos.	91. templam
euertitur.	390. 391.
Malaca vrbs.	185. 186.
Malicensium Lusitanorum egregia de barbaris victoria.	236.
& sequent.	
Manaria insula amplius DC. martyribus decoratur.	164.
Maurica regio.	202. 203.

INDEX RERVM

<i>Meacus vrbs, Iaponia caput.</i>	309. 312.
<i>Meca vrbs, Mahometis sepulcro infamis.</i>	92.
<i>Meliapora vrbs, S. Thoma sepulcro nobilis.</i>	173. 174.
<i>Melinda oppidum Saracenozum:</i>	90.
<i>Miracula Xauerij.</i> 136. 138. & seq. 473. & seq. 480. 485.	
<i>Misericordiae opera quam cordi fuerint Xauerio.</i> 110. 111. concionatoribus vitia. 584.	
<i>Misericordia Sodalitatis uiuanda.</i>	546.
<i>Misse prima preparatio.</i> 33. <i>Xauerij pietas in Missa.</i> 36. 499. <i>extasis.</i>	40.
<i>Missa vsus aduersus morbos.</i> 274. <i>energumenos.</i> 189. <i>pericula.</i> 377.	
<i>Molucca insula.</i>	198. 199.
<i>Mortis contemptus.</i>	206. 410. 413.
<i>Mortificationis studium.</i>	15. 506.
<i>Mortui quatuor a Xauerio ad vitam reuocati.</i>	138. 139.
<i>Mortui a Francisco precibus uiuantur.</i>	191. 224. 429.
<i>Mulieres separatim a viris instruuntur.</i>	156.
<i>Mulierum familiaritas periculosa.</i> 504. 592. <i>cum eis caute agendum.</i> 592.	
<i>Munera accipiens amittit libertatem.</i> 555. 587. <i>quatenus accipienda.</i>	551. 587.
<i>Munerum contemptus Ethnicis miraculo est.</i>	316.

N.

<b>N</b> <i>Agapatanum oppidum.</i>	165.
<i>Nauis ex praedictione Xauerij tandem in nauali dissoluta perijt.</i> 398. <i>altera in portu.</i>	470. 471.
<i>Neophyti per Franciscum a barbarorum impetu liberantur.</i> 161.	ciba-

MEMORABILIVM.

<i>cibarijs iuuantur.</i>	157.
<i>Neophytorum in Franciscum amor.</i>	216. 222. 305.
<i>Neophyti docent alios. 133. à Francisco missi sanant agros, &amp; liberant energumenos.</i>	140. 141.
<i>Nouitij Societatis quibus maxime rebus exercendi. 554. nec ante tempus ad iuandos alios emitendi.</i>	575.

O.

<b>O</b> <i>Bedientia Xauerij.</i>	46. 511. & seq.
<i>Obstinati quomodo flectendi.</i>	589.
<i>Officij diuini attentè recitandi religio.</i>	498.
<i>Olei vasculum diuinitus impletur.</i>	478.
<i>Olyssippo vrbs Regia Lusitaniæ.</i>	56.
<i>Orandi studium Xauerij.</i>	179. 493. 494.
<i>Orat alienatis sensibus.</i>	258. 273.
<i>Oryza Indi &amp; Iapones victitat. 101. &amp; Xauerius victitauit. 131.</i>	

P.

<b>P</b> <i>Arabiarum regio. 122. bellum cum Saracenis. Ibid. baptis-</i>	
<i>mus.</i>	126.
<i>Patientia Ioannis Fernandi.</i>	318.
<i>Patientia Xauerij.</i>	433.
<i>Patriam &amp; parentes visere Franciscus prateriens noluit.</i>	55.
<i>Paulus III. Pontifex equegius.</i>	29.
<i>Paulus Camers, socius Xauerij. 73. Rector Goani Seminarij.</i>	154.
<i>Francisci Vicarius.</i>	271.
<i>Pauli Iaponis studium in propaganda religione.</i>	295.
<i>Paupertatis studium. 59. 70. 77. 78. 108. 109. 128. 508. &amp; seq.</i>	

INDEX RERVM

<i>Paupertas probrum apud Iapones.</i>	348.
<i>Paupertatis studium Iaponibus miraculo est.</i>	336.
<i>Peccatores conuertendi ratio.</i>	589.
<i>Pecuniam respuit Xauerius. 35. vetat eam accipi à Confessarijs etiam restitutionis nomine.</i>	595.
<i>Pedestre iter Francisci.</i>	20. 52. 53. 311. 332. 333.
<i>Periculorum contemptus pro religione. lege Animi magnitudo.</i>	
<i>Petri Vellij egregia liberalitas. 382. aqutitas animi in morte.</i>	383. 384.
<i>Philosophia cognitio perutilis ad Iapones conciliandos.</i>	326. 327.
<i>Piscaria ora.</i>	122.
<i>Pœnitentiam leuem imponit, se satisfacturum pollicens.</i>	262.
<i>Præpositi Ecclesia veneratione &amp; obedientia colendi.</i>	514.
<i>&amp; sequent.</i>	
<i>Probatio Nouitiorum Societatis.</i>	566.
<i>Prophetia donum Xauerij 466. lege Vaticinatio.</i>	
<i>Prudentia Francisci.</i>	541.
<i>Pudor eiusdem insignis.</i>	154. 518.
<i>Puerorum institutio maximè cordi erat Xauerio.</i>	156.
<i>Puluerem de calceis excutit Xauerius in Malacenses.</i>	411.

Q.

<b>Q</b> <i>Vadagesima bine seruatur à Cacizibus Socotorais.</i>	94.
<i>Quirinus Garzonius, ciuis Romanus, benignus in Societatem.</i>	41.

R.

<b>R</b> <i>Religiosos etiam ex alijs familijs in India exoptat Xauerius. 256. eosq; à Societate diligi &amp; obseruari iubet.</i>	569.
--	------

MEMORABILIVM.

369. cum ijs modestia & facilitate certari. 584. 585. concordiam summa ope seruari.	586.
Reliquiarum sacrarum beneficio tempestas sedatur.	399.
Remedia aduersus venena Franciscus aspernatur.	207.
Rex Lusitania Xauerium benigne excipit. 57. & seq. comendat Pratori India. 77. cupit illum in Sanctos referri. 464. 465. eius propagandæ religionis studium. 43. 57. 58. 66. 67. liberalitas erga Societatem.	69.
Rex Amangucij donis cultus fauet Euangelio.	316.
Rex Bungi Franciscum accersit per litteras. 331. honorificè excipit. 338. & seq. ab eo Christianis mysteriis eruditur. 345. 346. Christianæ religioni & Societati fauet. 368. baptisatus Franciscus appellatur.	ibid.
Rex Iusanapatania Manaria neophytos pro religione interfecit.	164.
Rex Moluci, vxorum multitudine irretitus, baptismum aspernatur. 214. 215. filium Francisco promittit ad baptismum. 215.	
Rex Perlensis vltro se Lusitani Regis stipendiarium facit. 241. 242.	
Rex Tanoridis Christianam Religionem profitetur.	389.
Rex Trauancoridis Francisci suspicit sanctitatem.	162.
Regis Sinarum moderatio.	372.
Regina Lusitania pia liberalitas.	147.

S.

Sacerdotum fame parcendum.	255.
Sacerdotium non temere deferendum.	567. 568.
Sacramenta Confessionis & Eucharistia longo intervallo. Roma	ma



INDEX RERVM

<i>ma frequentari cepta. 42. item in Lusitania. 61. sunt</i>	
<i>arummarum solatia.</i>	413.
<i>Sancianus insula.</i>	415.
<i>Sinarum Regnum &amp; mores.</i>	371. 372. 414. 415.
<i>Socotora insula.</i>	92. 93.
<i>Scandalum omni ope vitandum.</i>	536.
<i>Superbiae comprimende ratio.</i>	582. 583.

T.

<b>T</b> <i>Emplum sedes orationis Xauerio, quoties eius erat co-</i>	
<i>pia.</i>	494.
<i>Temperantia Iaponum.</i>	288.
<i>Tempestas sedata diuinitus deprecante Xauerio.</i>	399.
<i>Tentationes Dæmonis aperienda.</i>	572.
<i>Testimonium Vicarij Generalis de Xaterij sanctitate, &amp; eius</i>	
<i>corporis integritate.</i>	482. & seq.
<i>Testimonium medici precipui.</i>	484. 485.
<i>Ternate Molucarum insularum precipua.</i>	199.
<i>Terræ motus horribiles in Maurica.</i>	209.
<i>Thomæ Apostoli vestigia in India. 102. in Socotora insula. 93.</i>	
<i>eiusdem sepulcrum celeberrimum.</i>	173. & seq.
<i>Tolum oppidum.</i>	212. 217.
<i>Tolana victoria.</i>	218. 219.
<i>Trauancoris ora.</i>	158.
<i>Typhon ventus.</i>	268.

V.

<b>V</b> <i>Alitudinarium, Francisci domicilium.</i>	223. 224.
<i>Vaticinatur Xauerius tempestatem imminentem. 173.</i>	
	190.

MEMORABILIVM.

190. tranquillitatem. 380. 469. ventum secundum. 424.	
celestes iras Malacensibus. 188. victoriam de barbaris. 218.	
244. 245. Malacam à barbaris obsessam, ac deinde libera-	
tam. 384. 386. ad ventum duarum biremium. 235. navis pe-	
riculum. 252. lege Navis. scaphæ recuperationem. 376. mor-	
tem Arausio. 196. calamitatem Praefecto Malaca. 408. mor-	
tem sui hospitii. 429. suam & aliorum. 430.	
Vaticinationes variae.	193. 201.
Vaticinatio triplex.	398.
Vaticinatio egregia Petro Vellio facta.	383.
Ventus Xaverio morem gerit.	193.
Vestitus vulgaris Xaverij.	108. 109. 508. 509.
Vestitus splendore aditum sibi facit ad Amangucij Regem. 315.	
itemq; ad Regem Bungi. 337. idem facere cogitabat ad con-	
ciliandum Regem Sinarum. 450.	
Vestis carbasina, cum qua sepultus fuerat, illaesa reperitur.	
451. à Melchiore Numio ad conciliandos Japoniæ Reges	
adhibetur. Ibidem.	
Vicarios Episcopi coli obseruariq; oportet.	547.
Victoria sui ipsius maximum ad perfectionem momentum fa-	
cit.	27. 506. 557.
Vino serè abstinuit Xaverius.	505.
Virginitas & castimonia Xaverij.	176. 502. 503.
Votorum quotidiana instauratio.	17. 18. 572.
Voti seruandi religio.	27.

X.

**X** Auerium castellum gentilitium familia Xaveria. 4.  
 incunabulis Francisci Xaverij nobile. 491. & mortis  
 eiusdem.

*eiusdem prodigiis.* ..... Ii  
*Ximus insula in Laponia.* ..... 285. 2

Z.

**Z**elus animorum conuertendorum Xauerij. 84. 85. 2  
& seq. 530.  
Zona torrida. ..... 78. :

FINIS.



